



00047910

THE
ANATIC SOCIETY OF BOMBAY
TOWN HALL, BOMBAY-400022

THESAURUS
LINGUÆ GRÆCÆ



ΘΗΣΑΥΡΟΣ ΤΗΣ
ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ,
Thesaurus
GRÆCÆ LINGUÆ,

AB HENRICO STEPHANO CONSTRUCTUS.

IN QUO, PRÆTER ALIA FLURIMA, QUÆ PRIMUS
PRÆSTITIT, (PATERNE IN THESAURO LATINO DILIGEN-
TIE EMULUS) VOCABULA IN CERTAS CLASSES DISTRIBUIT, MULTI-
PLICI DERIVATORUM SERIE AD PRIMIGENIA, TANQUAM
AD RADICES UNDE PULLULANT, REVOCATA.

47910

THESAURUS LECTORI,

*Nunc alii intrepide
Me dnce plana via est que salebrosa fuit.*



ANNO M. D. LXXII.

EXCUDEBAT HENR. STEPHANUS.

EUM PRIVILEGIO CÆS. MAJESTATIS, ET CHRISTIANISS.

GALLIARUM REGIS.

A - ESTI
T - Thes
Græcæ
Lin

AX b

HENRICUS STEPHANUS

LECTORI, DE SUO THESAURO.

Θησαυρὸν γλώσσας Ἀσκραῖος ἕκπιυ ἀρίστου,
 Πασῶν δ' Ἑλληδικῆ γλώσσα ἀρίστη ἔφθι.
 Ἄλλ' ὃ με θησαυρὸς θησαυρὸς ἀπέχθη, ἀρίστος
 Μᾶλλον ἰὸν ἐτίροις, ἐστὶ κακίστος ἰμοί.

IDEM DE EODEM.

Thesauri momento alii ditantque beantque,
 Et faciunt Cræsum qui prius Iros erat.
 At Thesaurus me hic ex divite reddit egeum,
 Et facit ut juvenem ruga senilis aret.
 Sed mihi opam levis est, levis est jactura juventæ,
 Judicio haud levis est si labor iste tuo.

SUMMA PRIVILEGIORUM HUIC THESAURI EDITIONI CONCESSORUM, QUE PRODIIT ANNO M. D. LXXII. CAL. MART.

Diplomatibus MAXIMILIANI II. Romanorum imperatoris semper augusti, cautum est Henrico Stephano nequis in universis ditionibus ipsius Cesareæ majestatis, locis atque civitatibus tam sacro Romano imperii, quam ceteris regnis, dominiis et provinciis ejus mediate vel immediate subjectis, nisi ipsius Henrici Stephani aut hæredum præmissi, hunc Thesaurum lingue Græcæ, vel quicquam eorum que in hunc ejus editionem contulerit, excudere aut octensium, a die quo finita fuerit computandum: vel ea que excusa fuerint exemplaria vendere atque distribuere publice vel occulte aut quovis alio prætextu, auit. Alioquin sibi præter amissionem librorum, multam decem marcharum auri puri, irrogatam esse sciat, imperiali fisco et ipsi Henrico Stephano, vel ejus hæredibus, aut ab illis mandatum habentibus, ex æquo persolvendam.

Diploma unum datum fuit Præga, die XF Febr. Anno M. D. LXX.

Subsign.

Maximilianus.

*Ad mandatum sacræ Cas.
 majestatis proprium,
 A. Erstenberger.*

Alterum datum fuit Spira, die XVII Sept. eodem anno.

Subsign.

Maximilianus.

*Ad mandatum sacræ Cas.
 majestatis proprium,
 M. Gerstman.*

Diplomate CAROLI IX, Galliarum regis Christianis. cautum est eidem Henrico Stephano in eandem formam, ad decennium. Et edictum hoc violanti, præter amissionem librorum, multa arbitraria irrogatur, atque ut omne damnum eidem Henrico præstare sarcinæque teneatur. Datum fuit apud sanctum Germanum, Parisiorum suburbium, Julii die XIII, Anno M. D. LXI.

Subsign.

Delomenic.

ΘΗΣΑΥΡΟΣ ΤΗΣ
ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ,
Thesaurus
GRÆCÆ LINGUÆ,
AB HENRICO STEPHANO CONSTRUCTUS.

IN QUO, PRÆTER ALIA PLURIMA, QUÆ PRIMUS
PRESTITIT, (PATERNE IN THESAURO LATINO DILIGEN-
TIE EMULUS) VOCABULA IN CERTAS CLASSES DISTRIBUIT, MULTI-
PLICI DERIVATORUM SERIE AD PRIMIGENIA, TANQUAM
AD RADICES UNDE PULLULANT, REVOCATA.

THESAURUS LECTORI,

DE EA QUAM FECIT QUIDAM EJUS EPITOME,

*Quidam irrumpens me, capulo tenui abdidit ensen:
Eger erant a scapulis, sanus at huc redeo.*

DE MAGNO QUOD IDEM COMPENDIUM AFFERT DISPENDIO AGITUR IN EA
QUÆ PROXIME SEQUITUR EPISTOLA.



HENR. STEPHANI OLIVA.

CUM PRIVILEGIO CÆS. MAJESTATIS, ET CHRISTIANISS.

GALLIARUM REGIS.

1572

R
60483-7
Est/Th
47910

HENRICI STEPHANI ADMONTIO

DE THESAURI SUI EPITOME,

QUE TITULUM LEXICI GRÆCOL. NOVI PREFERT.

PREVIDERAM, lector, quam Græca lingue Thesaurum constructi, fore ut, nisi præmonerem, aliquis ei manus afferre quis videretur (id est, ut eum incisum redigeret in epitomen) minime dubitaret. Hoc adeo quam Thesauri meo posse accidere jam tum prævidissem, operam inter fabricandum ejus corpus dedi, ut alii quam mihi subro talis ejus incisio periculosa esset: quippe qui (ut architectus ille apud Herodotum) aliquod secreti in mea structura mihi reversissem. Ac sperabam fore ut hoc periculum (nam ipsa etiam in præfatione mentionem ejus feceram) a tentanda ejusmodi incisione plurimum deterret. Nec vana certe mea spes omnino fuit: quam aliquot viri docti, in illis quos Epitomes structoribus struxeram animadversis, adnotas manus statim removerunt: (nam hoc unus eorum fateri mihi non erubuit) at quidam, quod a Thucyde scriptum est, IMPERITIA EST AUDAX, confirmare volens (quasi vero testibus ille egeret) manus Thesauri meo quis videretur, non prius removit, quam de vivo multis in locis recitavit. Quid dico? imo vero quam omnes propemodum venas nervosque incidit. Jam igitur cogita qualem Epitomen, si ejus venatione fiat, sis inventurus: et dum hic *ἐπιτομὴν* erumena tua vult consulere, quam male studiis tuis consuluerit. Atqui quum illius Epitomes specimen, ab ipsomet ad me aliquot post Thesauri mei editionem annis allatum, multa reprehensione digna habere ostendissent, ita suam agnoscere incertum videbatur, ut quemadmodum meam pecuniam meliores in merces velle me collocare dicebam, ita illum jam de collocandis velinis suis horis cogitare crederem. Nunc quum in opere illo, contra, quo pede cæperat perrexerit, monere te saltem de eo quod accidit, officii mei esse existimavi: minimeque celare, tibi, dum Thesauri mei Epitomen habere te potes, proverbiale illud contingere, *ὄρασις ἀλόγως*. Ad me quidem certe quod attinet, quom assuetus sim eos tolerare qui ex meis laboribus literariis et sanam et utilitatem aucupantur (cum aliis tum vero ut quos in Herodotum et Thucydides *ἐπιτομὴν* exiguos contuli) hoc etiam aucupium tolerantiam esse dixissem, qui sub hac *ἐπιτομὴν* *ἐπιτομὴν*.

SED nonne et tu (dicit aliquis) hoc alioqui fateberis, si tuus Thesaurus a quopiam *ἐπιτομὴν* qui et cognitione Græca lingue abunde sit instructus, et judicio valeat, fore ut tui Epitome sumtus simul et labori censoris parcat? Equidem de sumtu potius quam de labore id concedam. Nam quemadmodum saepe mercant, ut via brevis longiore ac publica difficiat sit et salebrior (unde fit ut dicatur *ἡ ἴσθρις* semper esse *ταχύτεν*, ut non semper *ἡ ἐπιτομὴν*) sic etiam que in compendium sunt contracta, saepe propter obscuritatem (breveitas, in hoc præsertim scriptorum genere, comitem) plus negotii lectori faciunt, dum lecta, sed non intellecta, decia relegere cogitat. Ac certe, quo majus est compendium, eo magis hoc accidat necesse est.

Quod autem majus simulque magis dispendiosum quam illius Epitomes esse compendium potest? Ejus enim octavo diversa multorum locorum expositiones, nec non ipsorum expositionum, qui etiam diversi sunt, nominis prætermissi: saepe vero ea quoque ex Græcis scriptoribus petita exempla, ad qua, tanquam aurum ad Lydum lapidem, examini meo expositio poterat, atque hoc examini a lectore perspicui cur a Buda, aut Eusimo, cur ab Adriano Turnebo, vel a Petro Victorio, aut Joachimo Camerario, aut Conrado Gesnero, aut alio quopiam eorum qui ejusdem sunt nota, discedere audeam. Quintum voces plurimas, quas Græca lingua ex aliis est mutuata, exclusit: adeo ut quid sit *ἐπιτομὴν* (exempli gratia) quid sit *ἐπιτομὴν*, quid sit *ἐπιτομὴν*, quid sit *ἐπιτομὴν*, atque ab eo deducta *ἐπιτομὴν* et *ἐπιτομὴν*, ex alio Lexico discere oporteat: aut certe divinare, tum felici scilicet divinatione quam ea est qua ipse illum Evangelista *ἐπιτομὴν*, esse Speculatorem in sua Præfatione dicit: quod tam verum est quam dici vere potest Spiculatorem Latinos a speculando appellasse.

PLURIMA emisit præterea que in vulgaribus superioris temporis lexicis leguntur: in Thesauri meo saepe signata hæc dubia literis, v. l. quoniam nulla que non probabam, propter pauca que non displicebant, in mixta, tanquam pascua rivas inter multas spinas, commercari debere censebam. De multis vero prætermissis, que in Thesauri Græci accepta fert lexicographis, tantum obest ut querendum non sit, ut etiam quæ oporteat non adjectas esse multas voces que in Glossariis a me post editum Thesaurum excusis inventur: quorum utilitatem doctissimos viros Josephum Scaligerum et Adrianum Turnebum atque alios passim prædicantes audimus; et locis etiam quos eorum ope tam feliciter restituerunt, hanc testari videntur. Denique et etiam missa fecit que quum ad secretiorum Græca lingue cognitionem pertineant, prout tamen et salis et in eo solum libro tractare dici possum. Atqui cum maxima Græca lingue studiosiorum factura hanc quoque partem resectam fuisse, aperte ostendam quum illa Græca lingue arcana pergam potest facere: saepe enim ad ea que in Thesauri meo ad illud argumentum pertinentia leguntur, lectorem cogor remittere. Hinc autem tractata *ἐπιτομὴν* quendam Græcarum vocum (partim qua a me et ab amicis post editionem Thesauri observata, partim que in lexicis illa posterioribus inventa fuerunt) subjungam: et, si opus sit, in nonnulla que ex aliis (non dissimulatis illorum nominibus) habet, in quodam pariter que mea sunt, secretum cessare agam. Hæc enim omnia non hinc posteriori Thesauri editioni inserere, verum secretum edere visum est, ne ei qui jam priorem omnes, posterior etiam, si habere illam quoque vellet, comparanda esset: sed in illa etiamque corollario dictionum Græcarum cumulum et ipse possideret. Vale.

MAXIMILIANO II, ROM. IMP. SEMPER AUGUSTO, GERMANIE, HUNG.

BOHEM. DALM. CROATIE ET SCLAVONIE REGI, &c.

Ac nobilissimis ejus academiis, Viennensi et Pragensi:

CAROLO IX, GALL. REGI CHRISTIANISS.

Atque omnium ejus academiarum antiquissimam nobilissimamque, Parisiensi:

ELISABETHÆ, ANGLIÆ, FRANCIÆ, HIBERNIÆQUE REGINÆ SERENISS.

Et celeberrimis ejus academiis, Oxoniensi et Cantabrigiensi:

ITEM,

ILLUSTRISS. PRINCIPIBUS AC DOMINIS, FRIDERICO, COMITI PALAT.

AD RHENUM, IMPERII ELECTORI PRIMARIO, &c.

Et clarissimæ ejus academiæ Heidelbergensi:

AUGUSTO, SAXONIÆ DUCI, IMPERII ELECTORI, &c.

Et celeberrimis ejus academiis, Lipsiensi et Vitebergensi:

JOANNI GEORGIO, MARCHIONI BRANDEBURGICO, IMPERII ELECTORI, &c.

Inclitæque ejus academiæ, quæ est Francofurti ad Viadrum,

HENR. STEPHANUS S. D.

ISOCRATES, summus et orator et philosophus, eos qui regibus vestes vel res aurumve cælatum afferrent, vel aliud quidpiam eorum quæ sibi decissent, illis contra supererent, mercaturam majore quodam artificio exercere aiebat quam qui sperte iustiores se profiterentur. At ego sacre tuæ Cæsareæ majestati, itemque vestris regis MM. et Augg. DD. offero quæ mihi contra supererant, illis desunt. Offero enim Thesaurum quem antea (invadit dicto abest) muscum gentium ne renalem quidem thesauris vestris invaditis. Neque vero meum istud munus ejusmodi est ut ejus utilitas ad vos tantum aut vestros aulicos pervenire queat, sed quam late ditissimi vestrarum fines patent, ejus utilitas ad omnes Musarum cultores dimittabit. Quam autem major eorum in academiis quam alibi sit numerus, et has vobis non secus ac patribus filias, curæ esse consistet, rem vobis longe gratissimam facturum me existimavi si eas quoque compellerem. Minus enim verendum mihi fuit (opinor) ne, si vobis eas consociarem, tantum illarum honori addere, quantum vestro detrachere judicaret: quoniam illæ non solum honorem vestrum amplificare, sed etiam immortalæ vobis gloriam comparare possunt. Hujus satem comparandæ studium præ quovis alio principes decere, jam olim Prologus regi cecinit Syracusanus poeta, his versibus, æquantum quidem Musæ mea Latina Græcæm assequi potest)

—quid enim magis præcipuum dicitur—
 Quam decus immortale sibi que musque parare?

Hoc manet Atridis salvum: caligine contra

Nunc adperta latent (nullis dicitur inde regressus)

Quæcumque obtigerat Præmi populantis urbem.

Ubi quod de Atridis canit, nihil aliud illis quam decus immortale salvum manere, idem de reliquis omnibus heroibus, (ut alios immores fortes viros emittam) ac nominatim de Achille, canere poterat: cujus ad tumulum quem Alexander astitisset, O fortunato, inquit, adolescas, qui tuæ virtutis Homerum præconem invenis. At vos in academiis vestris non solum certum vestrarum laudum præconium repositum habetis, sed etiam in illis, non secus ac patres in liberis, vobisipsis quodammodo superstites esse potestis: quandoquidem tanta vicissim in eorum alumnos liberalitas ac munificentiæ vestra extitit, ut vobis, secundum deum, omnia debere dici possint. Ubi vero insigniorem et præcipuum convenientiorem liberalitatis materiam invenietis quam in locis quæ (ut M. Tullius domum Isocrati, officinam eloquentiæ vocavit) omnium liberalium artium velut officinæ quædam sunt? quæ literariis rebuspublicis seminaris esse dici possint? quæ denique ceteris dititionum vestrarum locis non aliter quam animæ corporibus incluse videri queant? Cyrum minorem narrat Xenophon, quem Lyxandrus Lacedæmonius ad eum venisset Sandia, eique dona a sociis attulisset, et ceteris in rebus comem erga illum atque humanum fuisse, et ei quendam conceptum agrum ac diligenter consitum ostendisse. Lyxandrum autem, admirantem proceritates arborum, et directos in quinque ordines, et humum subsectam atque puram, et suavitatem odorem qui afflaretur et floribus: dixisse, mirari se solertiam ejus a quo illa dimensa et descripta essent. Cyrum autem ei respondisse, Atqui ego ista mea omnia dimensus: mei sunt ordines, mea descriptio: multæ etiam istarum arborum mea manu sunt sata. Quanto major et principis dignis præditi materia est, posse de eloquentibus et sapientibus viris dicere, Hos academiæ mea jam inde a pueritia, tanquam teneras plantas, educavit et excoluit: hos formavit, hos omnibus quibus excellunt artibus instituit atque perpolivit. Athenæ ob literarum studia, quæ ibi florebat, Græciæ Græciæ dicta fuerunt: quibus et vos aliquam Germaniam Germaniæ, Galliam Galliæ, Angliam Angliæ habere dicemini. Ex Isocrati laud, tanquam ex equo Trojano, innumeri principes exierunt: innumeri qui in dicendo et scribendo principes extiterunt: quid? nonne itidem ex eorum scholis qui academiis vestris præsunt, prodire solent? quæ a consiliis ad latus semper habetis, aut legatos in exteras regiones mittitis: nonne inde prodeunt et illi qui vobis vicariam in solis vestris sedem obtinent, sive jus tanquam ex ore vestro dicant, sive alia in urbibus, quarum gubernacula illis commissis, administrant?

Neque tamen academiæ eos tantum homines vobis suppeditant qui domi, sed eos etiam qui belli præclaræ vobis operam navaturi sint. Longe enim falluntur qui Musarum cultoribus non posse maris pectora inesse, et ipsi persuasum habeant, et aliis persuadere conantur. Literas quidem certe inter arma sere, (sicut de legibus dictum fuit) minimeque gratam inter illa sedem aliud literarum genus quam portitum Tyrtaei alioquin tubam, habere fateor: sed tantum abest ut eundem et literarum et armorum laude posse excellere negem, ut contra, quemadmodum Græci vulgari sermone eos qui literas didicerant duplo oculatoribus esse aiebat quam ceteros, ita ego imperatores literarum peritos duplicem quandam artis imperatoris usum habere contendam. Etenim si Agamemnon merito decem Nestores, non decem Ajaces sibi optabat, idemque et vos in bellicis vestris rebus optare debetis: nonne ex quatuor quibus imperatorum munus demandare voletis, si duo literati

vint, duo illiterati, (ceteris alicui in rebus pares) illorum magis quam horum prudentiæ confidendum vobis existimabit? Monumenta historicorum evolvant qui fortitudinem cum doctrina copulari posse non putant: et ex illis discant quales viri apud Græcos fuerint (ut alios quamplurimos silentio præteream) Pericles, Themistocles, Epaminondas, Agesilaus, Philolaus, Xenophon: quales viri apud Romanos, duo fulmina belli Scipiadæ, C. Lælius, L. Furius, Fab. Maximus, M. Crassus, uterque Cato: quales numeri alii. Vel unius certe Læculli exemplum eos qui in illa opinione sunt, magnam literis injuriam facere ostendit. Is enim tantum imperator in omni genere belli erat, præliis, oppugnationibus, navalibus pugnis, totiusque belli instrumentis et apparatu, ut Mithridatem, rex post Alexandrum maximus, huic a se majorem docem cognitum quam quemquam eorum quos legisset, fateretur: et tamen cum omni literarum generi, tum philosophiæ ita deditus erat, ut in bello etiam et sub ipsi periculis aliquid temporis illis impertiretur. Verum quid externis exemplis opus est, quin vestra Germaniæ, Galliæ, Angliæ, suos itidem Pericles, suos Agesilaos, suos Scipiones, id est, homines et armorum et literarum simul laude præstantes, et habuerint jam olim, et nunc quoque habeant? Unde vero illi doctrinam nisi ex academijs vestris hauserunt? Quemadmodum igitur dicebat ille,

Sint Marceates, non deerunt Flacce Marones:

ita certe quo plures vobis similes, minirum sui itidem amatores atque fautores, academiæ habebunt, eo fecundiores talium hominum esse poterunt.

Hæc autem quam ita sint, et quam academijs quas illis de causis caras vel potius carissimas habetis, gratificari modo omnibus cupatis, gratiam me a tua s. c. m. et vestris tum R. R. MM. tum A. A. DD. initurum putavi, si minus offerrem quo illas, non secus ac patres filias, munerari vicissim possentis: et quod illis non solum utilis, quam ex eo perceptura spero longe maximam, sed et ipsæ manus vestra (quæ alio etiam omni munificentia genere demereri jam pridem earum amore ceperunt) commendarent. Deus opt. max. huic meo Thesaurò omnes quæ erga vos beneficentiæ thesauros eomites addat.

IISDEM DE HOC THESAURO.

Hic thesaurus, hic est, tua quem Germania, Cæsar,
 Hic quem, Carle, optat multis, tua Galliæ votis,
 Hic est, Elisabeth, tua quem sitit Angliæ dudum.
 Hic illis thesauro Arabum pretiosior omni,
 Pactoli auriferis fuerit magis carus arcus,
 Gratior eoo venientibus iniqua gemmis.
 Germanos ergo hic Gallosque beabit, et Anglos:
 At me, cujus opes tandem consumuit opimas,
 Vestrum est (sic vobis sint regna beata) beare.

DE EODEM.

Insuper alios thesauros licet videmus
 Ferre repertori: tristemque repente fugari
 Pauperiem, vitemque casam mutarier arce.
 At me contra inopem meus hic ex divite fecit
 Thesaurus, gazasque omnes exhausit avitas.
 Si tamen hic animus vestrum pectusque benignum
 Conciliare mihi (quod sit se posse) valebit,
 Tum vero haud aliter quam quondam Pelias hasta,
 Fecerit id vulnus, factoque medebitur idem.

**CATALOGUS AUCTORUM GRÆCORUM,
 EX QUORUM SCRIPTIS VOCABULA ET LOQUENDI GENERA,
 EORUM ITEM UNDE EXPOSITIONES VOCABULORUM
 AUT LOQUENDI GENERUM PETITÆ SUNT IN
 HOC THESAURÒ GRÆCÆ LINGUÆ.**

INDICATUR AUTEM IN QUIBUSDAM, ETIAM EX QUA EDITIONE
 SINT, IN IIS VIDELICET QUORUM LOCIS NONNUNQUAM
 PAGINÆ NUMERUS: IN POETIS AUTEM, VERSUS NU-
 MERUS INTERDUM ADSCRIBITUR.

POETE,

Homerus,
Hesiodus,
Orpheus,
Callimachus,
Aratos,
Nicander,
Theocritus,
Moschus,
Bion,
Dionys. Alex.
Coluthus,
Tryphiodorus,
Musaeus,
Theognis,
Phocylides,
Pythagora aurea
carmina,
Epigrammata
Graeca,
Apoll. Rhodius,
Oppianus,
Nonnus,
Aristophanes,
Eschylus,
Sophocles,
Euripides,
Lycophron,
Pindarus, et cetero-
rum lyricorum
fragmenta.

Ex edi-
tione
Heur.
Steph.

Ald.

Heur.
Steph.

Ald.

Heur.
Steph.

HISTORICI,

Herodotus, Ald.
Thucydides,
Xenophon,
Diodorus Sicul.
Dionysius Hali-
carnassus, Heur.
Steph.
Dion, et Rob.
Appianus, Steph.
Herodianus,
Polybius, Germ. ann. 1550.
Arrianus, Germ.
Strabo, Ald.
Pausanias, Ald.
Philostratus, Ald.
Plutarchus,
nisi numero pag. adjun-
gantur haec verba, Mox
editiois.
Athenaeus, Ald.
Elianus, Rom.
Diog. Laertius, Germ.

ORATORES,

Isocrates,
Demosthenes,

Eschines,
Demades,
Lysias,
Antiphon,
Andocides,
Isaeus, Ald.
Dinarchus,
Lycurgus,
Gorgias,
Leaebonax,
Herodes,
Alcidamas,
Antisthenes,
Aristides, Flor.
Lucianus, Ald. Sunt tamen
hujus et historica quaedam
scripta.

RHETORES, seu
Sophista,

Aphthonius,
Theon,
Libanius.

PHILOSOPHI,

Plato,
Aristoteles,
Themistius, Ald.
Epictetus,
Philo,
Porphyrius,
Iamblichus,
Proclus.

II EX QUORUM
epistolis aliqui pro-
feruntur loci,

Heraclitus,
Democritus,
Hippocrates,
Euripides,
Isocrates,
Eschines,
Demosthenes,
Plato,
Aristoteles,
Chion,
Diogenes,
Crates,
Anacharsis,
Lysis,
Masonius,
Apollonius Tyaneus,
Philostratus,
Aliciphron,
Elianus,
Theophylactus,
Procopius,

Phalaris,
Brutus,
Synsius,
Basilius,
Gregorius Nazianzenus,
Libanius,
Julianus imp.

JURISCONSULTI,

aut qui ad jurispruden-
tiam pertinentis,
Pandecta juris Graeca,
Justiniani novellae,
Theophili interpretatio In-
stitut. Just.
Harmenopolus.

MEDICI,

Hippocrates,
Dioscorides,
Theophrastus,
Galenus,
Oribasius,
Paulus Aegineta,
Aetius,
Alexander Aphrodisianus,
Alexander Trallianus,
Hippiatris auctores.

GRAMMATICI AUT

qui ad grammaticam per-
tinentia scripserunt,
Scholiastae et Lex-
icographi,

Julius Pollux,
Harpocration,
Hesychius,
Suidas,
Etymologus, qui Etymolo-
gicus vulgo,
Ammonius,
Joannes grammaticus,
Thomas Magister,
Phrynichus,
Moscopolus,
Theodorus Gaza,
Eustathius schol. Hom. Rom.
Didymus, qui putatur auctor
brevium in Homerum
scholorum,
Scholiastae, seu enarratores:
Hesiodi, Arati, Apollonii
Rhodii, Nicandri, Callimachi,
Eschylis, Sophoclis, Euripi-
dis, Aristophanis, Pindari,
Demosthenis, Thucydidis, Di-
onysii Areopagite.

Nondum autem editi libri, sunt hi, Xenophontis Ephesi historia, Charitonis historia, Statii historia, Eo-
stathi historia, Longi Pœmenica, Juliani imperatoris varia opuscula, Sextus philosophus, Scholia in Oppia-
num, Lexica duo Graeca: item Lexica vetera Latino-graeca, et Graeco-latina, quae recentiores Glossaria
vocalur.

SACRA SCRIPTA,
aut qui scripserunt quae ad
ea pertinent,

Testamentum vetus, ex interpr. ea quae
LXX. interpretum vocalur,
Testamentum novum,
Canones conciliorum,
Josephus,
Justinus martyr,
Dionysius Areopagita,
Basilius Magnus,

Rob. Steph.

Gregorius Nazianzenus, Ald.
Gregorius Nysenus, Ald.
Chrysostomus, Ver.
Damasceus, Ver.
Clemens Alexandr. Flor.
Eusebius,
Theodoritus,
Socrates scholasticus,
Sozomenus,
Euagrius,
Ecumen. Arethas, Ver.

Rob. Steph.

IN THESAURUS LINGUÆ GRÆCÆ ET LATINÆ.

*Ausonias quondam Musas Robertus egenti
 Excepti grato providus hospitis:
 At nunc Henricus, patria vestigia sectans,
 Errantes Graias excipit hospitis.
 Illa autem memores accepti muneris, ecce
 Æternæ Stephanis constituere divos.
 Vos æternam igitur Stephanis vixite: nunquam
 Æternum præstant vivere Pierides.
 Et vos cum Stephanis æterno fœdere pacti
 Et Graia et Latia vivite Pierides.
 Tu quoque Musarum caltrix, Musis Stephanisque
 Communes colite sæcula turba domos.*

IN THESAURUM LINGUÆ GRÆCÆ.

*Erui ille Argos Agamemnoniasque Mycenæ
 Romanus Troja Mummius ultus æcos.
 Quinetiam longum Romanis fracta tyranni
 Græcia, mox Turca est dilaniata cani.
 Sic perit Sparte, sic vos peristis Athene:
 Sic nihil infelix Hællados Hellas habet.
 Quorum ergo noxæ hic populatore tertius, (inquis)
 Quæ sola superant qui rapit unus opes?
 Immo a te tandem isto prædatore beatam,
 Quas sparsere alii qui legit unus opes.
 O te, inquam, Henrico Hellas prædatore beatam:
 Nam te eodem ditat quæ populata manus.*

IN EUDEM.

*Quid Graias inhiat spolis nunc barbære miles?
 En Graias Gallus congerit unus opes.
 Immo istas Gallus quas vœras somniat (inquis)
 Possideat, reliquis dum mihi linquat opes.*

ROBERTO STEPH. ET HENRICO ROBERTI filio, illi quidem, Latinarum, isti vero, Græcarum Musarum fautori et alumno, TH. B. F. dicavit.

SCIPIONIS CARTEROMACHI PISTORIENSIS

ORATIO DE LAUDIBUS LITERARUM GRÆCARUM

SCIPIO CARTEROMACHUS DANIELI RENERIO,

PATRICIO VENETO, SALUTEM.

ORATIONEM nostram de laudibus Græcarum literarum, multorum petitionibus et quasi conciliis effugiatam, sub tui auspiciis publicamus, Daniel Reneri. Non modo enim singularis humanitas tua benevolentiaque erga non id facere non cogit, sed et Græcæ quoque linguae tanta experientia, ut me ego, quoties de his rebus una (ut fit) confabulati sumus, adiutum abs te in ea maxime tenuerim. Ergo tu quum eam a nobis habitam vulgo pessimum commendaris: editioni quoque plus fortasse iusto fidere nos efficiat. Sumus enim nocio quo pacto persuasi, quod tu laudaris, id a nemine iri improbatum. Quod si ce succedet, tibi laudem conem debeamus: si vero erunt quibus ea re minus sit satisfactum, tuum erit vel tueri nos, vel emendare: utrumque autem nobis optatissimum, ac toto proximum: nam et patrocinium tuum meritum videri, amplissimum et marum et doctrina testimonium cæseri poterit: ac limam tuam subire, nil aliud erit quam accipere τὴν καλλοῦ τῶν λόγων, καὶ τὴν τῆς Ἀθῶναι δόξαν. Vale.

QUUM varia multiplicaque sint, viri studiosissimi, quæ apud diversos homines bona honestaque existimantur, pro cuiusque commodo aut natura convenientia: illud profecto optimum videri debet quod consensu omnium, aut certe probatissimorum, utilissimum humano generi natura edidit. Quod enim beneficia summa omnibus contulit, conferret quoque, id non esse optimum, dici non potest: metitur enim bonitatem beneficentia. Disciplinæ autem a diis immortalibus nihil utilius datum esse homini, tam nemini dubium esse video quam nihil animo ipso divinius: cuius illa sunt possessiones ac facultates. Neque vero obcura sunt aut ignota eorum beneficia hominibus: quum et audiant ea quoties, et videant, atque omnibus pene modis experiant. Quod si disciplina utilissimæ, quantum ad dignitatem esse censendum est: cuius hæc potissimum beneficio manari in lucem: certe maximæ, et cui nihil anteponi vel possit, vel debeat. Id autem esse Græcæ præcipue linguam, quum egregios in quavis disciplina viros, non credidisse modo sed et tradidisse, vel legerim vel audierim: ipse quoque facile me in eandem sententiam adduci patior. Cujus rei vos certe iudices

in præsentia facio, qui quam ejusmodi ornamentis insigniti omnes atque honestati prodant, Græca quoque vel in vobis ipsis admiramini, vel in alio studio prosequamini. Existimo autem quicquid laudis universis simul conveniat disciplinæ, id omne Græca lingue meritis non injuria adscribi oportere. Quod quam verum sit mox audietis. Jam enim hoc Græca lingue laudes exploraturi accessimus, quantumque ex ea manarit utilitatis hominatio generi: quamquam ea Latinis præsertim hominibus contulerit semper, conferreque possit in dies magis uti volentes.

Igitur Græca lingua (si Græcorum scripturam sua prodentium fidem sequimur) vetustissima nobilissimaque est. Quippe que non aliunde traxerit intinam, sed apud suos homines veluti naturali quodam ortu proderit in lucem, atque majoribus assidue incrementis inoleverit. Nam quam Athenenses, quorum purior atque elegantior sermo est, *αἰριθία*; (hoc est indigena, ipsosque sua terra perpetuis incolis propriosque cultores) dici conveniat inter scriptores, qui non videt linguam quoque ipsam non minus *αἰριθία* dici debere? Sermo enim a natura homini datus, certam hominis ætatem necessary consequitur: nisi quid impediat, non enim possunt non loqui homines, expeditis præsertim locutionis vocalibus instrumentis: at quamvis illa quomo lingua ista credamus eos qui non aliunde migrarint, nisi ea que ipsa semper comitata sit? Quapropter hoc plus ceteris nobilitatis Græca lingua sortita esse videtur, quod alia, hominum inventa proculdubio sunt: hæc, naturalis quodammodo existimari potest: quandoquidem in eam primi illi homines nulla arte nullaque industria, sed naturali quodam instinctu ducti fuerint. Cur enim ea potius verba in mentem venissent illis hominibus nullius adhibere rei gnaris, quam alia? Quippe natura ipsa omnium rerum provida, ea voluit lingua instituisse illos homines que ad sui postea investigationem atque expressionem plus aliquid ceteris collatura esset humano generi. Quod non sefellit: tanto enim Græca lingua ceteras omnes antecellere videtur in tradenda rerum cognitione, quanto homo aliquis omnium rerum pertissimus, atque ingenio perspicacissimo ac prope divino, hominem alium mediocrius literatura, tenuissimæque a natura ingenio, antecedit. Non modo enim disciplinæ omnes quotquot unquam fuerunt, et melius et copiosius Græca ipsa et perstravit et tradidit, sed et si alio sermone hæc exprimere aut efferre nitare, plurimum necessaria locis ac prope veritatis ipsis abstulerit. Ideoque veluti mancum merito credi potest quicquid alius literis scriptum legitur: si cum eo conferatur quod a Græcis proditum sit. Nec ita hominum tantum causa evenire dixeris, qui non eam vel curam, vel diligentiam adhibuerint in perquirendis rebus aut tradendis, quam Græci homines. Nam id quoque vere dicitur: (quid enim intelatum illis! ut Plinius inquit) sed ipsi quoque ceterorum sermo non vane patitur expressionem quam Græcus: atque adeo ut plus naturam efficere quam verbis monstrari possit, in aliis quidem locutionibus non procul abest a vero: in Græca autem tentumabest ut vere dicatur, ut melius etiam aliquanto atque significantius nonnulla ante oculos ponat, quam natura ipsa molitur. Id autem Latini interim sermonis argumento intelligere licet: qui quam elegantissimus et sit et habebatur, a Græco tamen longo superatur. Divis quoque Hieronymus, Proprietatem (inquit) Græcam Latinis sermo non exprimit. Quintilianus, Videtur mihi sermo ipse Romanus non recipere illam solis concessam Atticæ veterem. Gellius, Adject (inquit) sæpe minus ad vocabula rerum non paucissimos, quæ neque singulis verbis ut a Græcis, neque si maxime pluribus eas res verbis dicamus, tam dilucide tanque apte demonstrari Latina oratione possunt quam Græci ea dicunt privis vocibus. Et paulo post, Sed hujus, inquam, tui erroris culpam esse intelligi in meo scilicet infamia, qui ne pluribus quidem verbis potuerim non obtentissimum dicere quod a Græcis rectissime uno verbo et planissime dicitur. Cicero, quam Aristippi illud amico scriberet, Habes, non habeo a Laide: *ὄνομα*, inquit, id melius. Lucretius multa se Græce dicere affirmat propter egestatem lingue, et rerum novitatem. Quod si *Λατινὰς* *Γραμματικὴν*, ut sic dixerim, usquequaque referre non potest, cui conjunctissima est, ac prope germana: quid alias lingue existimemus, quosvisque nullum est illi commercium, nulla affinitas: sed (quod dici solet) diametro inter se distant? At habent et illa suam fortasse nitorem, suam elegantiam. Equidem non negaverim inesse aliquod singulis proprie venustitatis, Neque enim verisimile est ingenii cujusvis homines nullam omnino curam proprii suscipere sermonis. Quin potius, quemadmodum calescentium agrorum apud omnes pro loci ac cæli qualitate unus est, sed alius asperius solum, ac natura ipsa horridius multum veri cultus respuit ac negligit: alius contra mitius ac placidius omnem admittit curam, omnemque industriam: sic quavis locutio splendoris quidem aliquid in se retinet: sed ceteris multa negata sunt, Græca omnia sua complexa est, atque eousque ut que apud omnes alius peculiaris naturæque sunt, ipsa quoque reddat non minus eleganter quam apud illas ipsas imbeantur: nulla autem vim ejus penitissimam possit esse exprimere. Quo fit ut nostri, quibus aliquid efferre cogitant, quo nil venustius, nil elegantius intelligi velint, Atticos lepores, Atticos sales, Atticam veterem, Atticam eloquentiam, aut Atticam demum aliquid id esse dicant. Quamobrem quod de Platone inquit Cicero, Jovem, si loqui velit, non aliter locutionem quam scripserit Plato: si idem aut simile quiddam de Græca lingue pronunticemus, non aliunde dicturos nos arbitror, naturam, si loqui velit, non aliter quam Græce locuturam. Quod et in quibus comprobavit, sua quidem mysteria omnibus sane hominibus in medio proponit perquirentis, ut curvis in ejus arcibus liceret ingenium exercere: at perfectam de his ipsis atque absolutam tradere cognitionem, Græcis procul dubio suis concessisse et quasi divinitus reservasse videtur. Itaque soleo necum ipse quosdam ex Græcis ridere nonnullumque, qui adeo sibi invideri videntur ut quicquid in disciplinis Græci profecerint, id aliorum inventis totum tribuere consuerit. Quid enim (quæso) sunt aliorum inventa nisi minuta quædam et pusilla, que casu magis quam ratione habita jure existimes? ut licet in his poetica illa ut *ἄνθη* *ἔπαινον*, id est, fortium arces, peperit. At vero que a Græcis et comperita sunt et tradita, non tantum homines explorasse aut retinisse credas, quam naturam ipsam de se singula prodidisse: atque adeo ut in ceterorum scriptis, aliorum ipsorum hominum sermo sit, in Græca natura ipsa, quod dixi, loqui videtur.

Quod si ut tempus aut locus pateretur singulas nos vel scientias prosequi, vel artes, ut quæ a Græcis et inventa in ea et tradita sunt, cum ceterorum omnium quos scimus traditionibus conferremus: profecto nemo vestrum (si arbitror) relinquereetur qui non tantum Græca a ceteris distare magnitudine fatretur quantum elephantem a canice. Quod enim (ut alia omittam) philosophia ipsa, omnium scientiarum parens ac domina, alijmentum in seipsum habuit et alio genere quam a Græcis: tantum enim abest ut quicquam ceteri contulerint philosophiæ, ut si qui etiam a barbaris ejus aliquando studio incensu fuerint, ad Græcos migrarint: atque idem siquid ex philosophia postea reliquere voluerint, nil non sua magis quam Græca lingue efferre dignum judicarent: non tam remunerandi gratia (ut existimo) eam linguam cui acceptum referrent quicquid scirent, quam quod aut ipsorum aut impossibile videretur, vel dici vel tradi recte philosophiam alio quam Græco sermone. Hæc Testis atque Anacharsis et Scythia Athenas philosophandi studio se constulcrunt: Chæone Ponto, Cæjus, et superioris Anacharsidis, extant Græca quoque epistolæ perquam elegantes, nec minus præceptis referunt. Phavorinus vero e Gallie, non modo plurima Græce in philosophia concipiat, sed et Romæ quoque, ubi vivit, multa sæpe Græca disputavit: quemadmodum Gellius ex nostris, ex Græcis Philostratus, auctores sunt.

Philon Judæus non Hebraice magis quam Græce philosophiam illustrare conatus est. Masonius autem omnium Stoicorum Neronis tempestate celeberrimus quum e Vulsinio esset, Romæ proxima urbe, Græcia potius scriptis quam Latinis monumentis philosophiam agere voluit. Prætereo quot Syri, quot Egyptii, quot Thracæ philosophiæ mysteria Græce scripserint: Orpheum, Musæum, qui taneta inter potætas connumerantur, attemen possunt et philosophiæ adscribi, quum vetus illa theologia nomini carminibus tæxeretur. Sed quid opus est alios connumerare? quam Aristotelem, ipsam philosophiæ magistrum, Thracia nobis tulit, Græcia excoluerit. Cujus celebrioris quoque exponentes non Græci, Græce eum interpretati sunt: Porphyrius e Phœnicia, Iamblichus e Syria, Ammonius et Philoponus ex Ægypto, Simplicius e Phrygia. Quin et in aliis quoque artibus multi multa Græce scripserunt, non Græci: de grammatica, exactissime Apollonius — et Herodotius, Ægypti: de musica atque astrologia, Ptolemaus itidem: arithmeticam Nicomachus et Iamblichus, Syri: et geometria notuabil. Dialecticæ quoque ante Aristotelem ab Archyta Tarentino scriptum aliud legitimus. Neque id nunc dico, non posse homines aliter philosophari quam Græce: sed quicquid ceteri philosophati fuerint, aut inchoatum quiddam aut non absolutum consistere, sed quod extremam et quasi Apelles manum desideret. At dicit aliquis, Pythagoram, Platonem, atque alios philosophandi studio in Ægyptum se contulisse. Ego vero non negaverim aliquod inde in Græciam retulisse hos viros, ex his præsertim quæ ad divinitatem pertinent, quæ ab Hebræis multo ante in Ægyptum pulsas manasse verisimile est. Nam et legisse Platonem Hebræica scripta, et lecta imitatum fuisse, auctor est Eusebius, atque ea in Græciam linguam translata: quando et Trismegistum, qui omnem pene veritatem (ut ait Lactantius) nescio quomodo investigavit, Græce scripsisse videmus. Hebræicam tamen veritatem interim excipio: nam de humanis rebus atque artibus agimus, non de divinis inventis: quanquam hæc quoque postea a Græcis potissimum explicata sunt, quam ratio propagandæ veritatis jam non refragabatur. Quid quod et Indos philosophos Græcia lingue ignaros non fuisse scribit Philostratus, et cum Tyanensi Apollonio Græce nonnumquam fuisse locutos?

Atque hæc de Græca lingua, quantum vel nobilitate, vel usu ceteras antecellat, dicta sufficiunt: nunc quantum Latino sermoni adjumenti præstet, dicemus. Nam aliæ profecto locutiones sciti sine Græca lingua parum recte possunt: ut vero optime loquantur, nihil impedit. At Latinus sermo ne loqui quidem potest exacte sine Græca lingue cognitione: tantum vel cognationis vel conjunctionis cum illa sortita est hæc nostra, ut esse fortasse possit sine illa, bene autem esse non possit. Quemadmodum homo sine virtute ut sit, nihil prohibet: ut vero bene sit, fieri non potest, si virtus non adsit. Quare quid aliud esse dicemus Græcam linguam, si ad Latinam referatur, quam ejus virtutem, ex qua sua illi felicitas comparetur? Quod si Ovidianum illud sub ejus persona prætulimus, non ab re fortasse dixerimus,

Ergo ego sum virtus, ego sum tibi nobile regnum.

Minime autem indignari debet sermo Latinus quod e Græco manarit, sed gloriari potius: nam quod ab optimo auctore initium sui traxerit, fieri non potest quin sit et ipsum optimum, atque illi proximum. Non potest ergo non esse cuius rei accommodatissimus Latinus sermo, qui e Græco processerit: ac mihi sane videtur, quum utrumque considero, nihil aliud esse Latinum sermo quam Græci exemplum atque imago; ut quicquid in illo sit, in hoc quoque eintat. Principio enim si elementa, ac literas, carum inter se contextum intueare, eandem in utraque inveniri rationem: si verba ac voces, eodem modo significare, eodemque modo necti ac construï, ac pene sim habere eandem. Ideoque si qua etiamnum innoxia nobis ac ligenda sint, ita demum habitura fidem dicit Horatius, si Græco fonte cadant. Nam et multa nos a Græcia exacte transpositis literis nostra fecimus. *ἡμετέροις ἢ Διονυσίου λόγουσιν εἰπέναι, nos formam: ἢ ἡμετέρας, nos veras;* multa immutatis, *ἄλλο, fur: ὄρε, nos: multa additis, ἔξ, sex: ἡγελλας, serpyllum:* multa eadem permansere. Infinitum esset omnia persequi, ut dictionum eadem ratio, ut nominum ac verborum inflexio, ut præpositionum, adverbiorum, conjunctionum eadem observatio: sed minutiora hæc quam ut in præsentia examinanda sint, et a nostris grammaticis abunde tractata. Orationis vero compositio ita pendet e Græco, ut quæcunque a Græcia tradita sint in ratione dicendi, eadem a Latinis et serventur et servari jubeantur: nam et quas dicunt sententiarum et quas orationis figuras, in usu a Latinis non minus receptæ sunt quam a Græcis, et earum nomina aut Græca adhuc usurpantur, aut Græcorum imitatione significantur, vim quoque rei appellatione ipsa exprimentis: quam qui non vident, rem quoque ipsam non diligenter animadvertunt. Neque vero casu evenisse dixerit tantam hæc convenientiam, sed industria, sed providentia: quare nomini Græca lingua duce procedere Latinam posse, verissime affirmari potest. Quemadmodum enim, si principium rei atque origo nescitur, scrii ea res non satis recte potest: ita Latina lingua, si Græca ignoretur, ut bene teneatur, non fit verisimile.

Quod si te ad disciplinas artesque contuleris, ac rerum cognitionem sectari volueris: jam vero hic quam pene nihil effeceris, si te Græcis privaris? Omitto enim grammaticam, quæ, ut multa habet propria peculiarique in unoquoque loquendi genere, sic multa etiam retinet Græcæ Latineque lingue ut communia ut quod de altera traditur, alteri non minus conveniat: quare Græcis quoque niti auctoribus ac nostrum loquendi usum non renovere nostri. At vero Dialecticæ tam potest sine Græcis literis incoluntis sciri quam sine Aristotele: nisi forte a recentioribus vel nosci vel tradi melius existimemus: aut iis libris perdisci posse qui e Aristotele trahati habeantur: quos si aspiciat ipse, non recognoscet, sed (quod de aquila dici solet, pullos nacta non legitimis) rejicit, ac nolit pro suis: quippe qui Aristotelici solia radios non ferant. Possem hoc loco afferre singula quoque vocabula quibus utuntur dialectici, quæ aut Græca habeantur, aut Græcorum imitatione sint facta: quorum etiam nonnulla male a recentioribus accipiuntur: in his enim Græca ratio sequenda est: quæ qui ignorant, sæpe falluntur. Quam multa autem sunt apud ipsum Aristotelem, quæ aut Latine transferri optime nequeunt, aut, si transferantur, sensum ipsam Græcorum non usquequaque reddunt? Quod ea de causa dictum velim, quod nonnulli existimant, si legant Aristotelicas quasuncunque translationes, statim se sententiam tenere philosophi. Quæ res plerisque fallit, et quidem non indoctos: quum et qui transferunt, plerumque ipsi hallucinantur, atque aliud pro alio reddant: et qui legunt, aliter plerumque accipiunt quam ab eo dicantur. Tam igitur Aristoteles sine Græcis literis intelligi optime potest, quam sine se. Quomodo enim vim saltem ipsam Aristotelicæ locutionis intelligent, quam ille adeo elaboravit ut aditum eo pacto sine philosophiæ præcluserit securibus atque inertibus ingenis? Quanquam sunt qui hæc sane non magni faciunt, immo vero et contemnant: qui et dialecticæ usum longe melius teneri hæc nostra tempestate affirmant quam Aristoteles ipse calluerit. Quæ res vellem equidem, pro mea in nostros viros benevolentia, tam vere quam sinuose diceretur. Sed nos hæc aliorum judicio relinquimus: ne, quod Græci dicunt, *ὄντις τὰ ἰσχυρῆσθαι εὐλόγησθαι*: neve, dum alios arrogantia fortasse arguimus, ipsi arrogantiores reperiamur, qui supra credidam iudicare audeamus.

Trasce igitur ad poeticam, cuius et inventio et usus, ita totus Græcorum est, ut quod de furore ait Plato, in eadem esse hominis constitum qui sine furoris ea quam vult specie ad poeticas fores accesserit, de ignaro Græ-

carum literarum dici possit, incassum scilicet eum laborare : nunquam enim ingressurum musarum penetralia. Nam, ut omittam principem omnium Homerum,

— a quo, cœn fonte perenni,
Fatum Pieris ora rigantur aquis;

ut alios Græcos poetas, qui quasi viam straverit posteris ad quodvis poematis genus : nonne fabule ac figmenta ipsa poetica, quibus tota vis atque universa pene constat poesis, ita Græcorum propria sunt, ut vel ab illis sint accipienda, vel illorum more confingenda? Quod si qua etiam a nostris conscripta extant, ea aut e Græcis pendunt, aut manca sunt, et ad Græcos nihilominus referenda. Quia et figure ipsæ verborum, et quos tropos appellant, tralationes, comparationes, similitudines, (qua quasi condimenta sunt totius poetice compositionis) vel a Græcis mutuanda sunt, vel illorum imitatione tractanda. Ideoque inquit Horatius,

— vos exemplaria Græca
Nocturna versate manu, versate diurna.

Inventio quoque ita Græcorum pene peculiaris est, ut nostri, quotiens aliquid acutius aut elegantius afferre volunt, id totum a Græcis transferant, integris sententiis verbisque servatis. Quid quod et nomina ipsa vel locorum vel hominum, quibus in poetis nonnumquam uti cogere, Græca sunt magna ex parte? In quibus, si Græcam originem ignores, plerumque fallere necesse est. Quod non modo nostris tempestatibus hominibus contigit, alioqui non indoctis : sed et vetustiorum nonnullis, ut Siodonio, Prudentio, Aratoro, Juvenco : qui Græcorum nonnumquam quantitate sepe sunt abusi. Carminum insuper, numerorum pedumque genera, Græcam habent et originem et appellationem : que tametsi a nostris quoque traduntur, attamen a Græcis et copiosius explicantur, et melius intelliguntur. Rursus verborum ac rerum copia a Græcis tota sumenda est : quibus (ut ait Martialis) nihil est negatum : siqua enim sit apud nos dictionum compositio faciendi, aut vocabulum innovandum, sequenda est Græca figuratio : ac, si qua in syllabarum quantitate licentia uti velis, nisi Græcam adhibeas observationem, non probare, sed aut argute aut impertite fecisse videbere. Itaque non immerito Aristophanes negas ac deliramenta ceteras omnes nationes existimari voluit in iudicandis poetis, excepta Atheniensibus : quos et natura sapientissimos appellavit. Nec injuria Minervam idem totam sibi vendicant, quim et ceteri dii, qui aut poetice aut eloquentiæ numina esse creduntur, Græcis et ipsi adscribantur : nam (ut inquit Horatius)

Græcis ingenium Græcis dedit ore rotundo
Musa loqui.

Ac de poetica quoque hactenus.

At (puto) orator evadit quæ egregius sine Græcis literis, Cicerone duce. Negari profecto non potest, Marcum Tullium, veluti normam esse dicendi in sermone nostro, si tota teneatur in eo vis atque universa dicendi ratio : sed id qui fieri potest sine Græcis literis? Quemadmodum enim in disciplinis, qui ante Aristotelem philosophi mathematicè claruerunt, usos esse nonnumquam demonstrandi figuris, sunt qui scribant, sed demonstrationem omnino ignorent : eodem modo potest et quis sine Græcis literis loqui fortasse ex arte aliquid, sed id ut se facere sentiat, nam quomodo fiat ut sciat, vix credi potest. Vis enim ipsa dicendi tota pendet e Græco tanquam e sui auctore. Huc accedit, quod que de arte a nostris traduntur, aut confusa sunt et involuta, aut parum idonea ad explicanda singula, que in orationis artificio latent : que vero a Græcis, anxie pene dixerim diligenter et observata sunt et perquisita : denique ceterarum ætatum aut scientiarum potest in alios quoque nonnulli redundare : at oratorie inventio atque usus totus Græcis debetur. Quod ne Virgilium quidem dissimulare potuisse palam est, quum inquit, *Orabant causas atque melius*. Nulla enim verborum magis palatior ornatum quam Græca lingua : atque adeo ut non veritus sit pronuciare Aristides, aliorum omnium non barbarorum modo (ut ait) sed Græcorum quoque locutionem, si cum Atheniensium sermone comparat, puerosum esse habitationem vocem. Quod tametsi nimis magnifice dicitur, attamen non prociat abest a vero. Idem enim de Attica venere dici potest, quod de Periclis elocutione scriptum reliquere tum Empolis, tum Aristophanes : in ejus scilicet libris leporem ac persuasionis deam insciscere : atque in eorum mentibus qui audissent, quasi quosdam aculeos relinqui solitos : denum fulgere eum, tonareque, atque omnia permiscere. Demosthenes quoque Athenienses ipsos eo minus credi a ceteris queritur, quo paratiores sint ad dicendum quam ceteri. Hinc Cicero noster, tametsi tantus in eloquentia, se quidem conari, Demosthenem autem perficere : se velle, Demosthenem posse, ingenue professus est. Et Quintilianus Ciceronem a Demosthene quantum fuit, effectum scribit. Quo fit ut non falso Aristides dixerit Athenienses solos trophæum sibi erexisse, nullo sanguine, subactis omnibus gentibus oratione ac disciplinis : proindeque homines se snosque a diis immortalibus petere optareque ut Atheniensibus potissimum similes evadant doctrina atque ingeniorum culta : qui cibus humani animi esse censetur : cujus inventio non minus Atheniensibus deberi creditur, quam frugum, quam illis primum largita Ceres dicitur. Nec mirum profecto videri debet si ex omnibus orbis partibus Athenas ofim homines conflere soliti fuerint, discendi gratia : ut enim cetera animantia eo præcipue trahuntur naturali impetu, ubi vesci atque impleri cibo maxime possint, ita et homines (qui aut animus tantum sunt, ut Platonicus voluit : ut potissimum animus, ut Aristoteles) illuc sua sponte duci verissimum est, ubi largissima sit copia inquitribus cibi, ac vere divini : quem discipline ipsæ suppeditant, que Athenis in primis claruerit : inde factum est ut nostri quoque poete doctas Athenas perpetua quasi appellatione vocitarent. Sed de oratoria satis.

Philosophia vero pars tantum naturalibus recentioribus Latinis in usu semper est habita, quam Aristoteles diligentissime est persecutus. At divinor illa que Platoni adscribitur, et quam veteres quoque Romani admirati vixque sunt ut divinitatem quandam inesse ejus viti scriptis intellexerint quidem, explicare autem non ausi ferunt : ac secuti postea nostri Græcique theologi Christianæ religioni maxime convenire demonstrarunt : hæc hactenus jacuit nostris his philosophantibus, nunc vero a plerisque desideratur magis quam habebatur. Nam siue Græcis literis degustari fortasse potest, hauriri non potest.

At mathematicæ scientiæ tam possunt sine Græcis literis perfecte teneri, quam sine Græcis auctoribus : ejusmodi enim sunt que ab aliis traduntur, ut siquid modo vel paululum a Græcis diverterint, in profundum labantur erroris, unde educere sese postea atque explicare nequeant. Quemadmodum enim qui iter ingreditur, si semel excedere eam e via aut aberrare contigerit, quo longius processerint, non magis eo tendit quo vult, quam recedit inde, se fugi : sic qui in disciplinis, præcipueque mathematicis, præscriptum semel ordinem inquit, didicenda discit. Satis enim est nescire aliquid prorsus, quam perverse scire : quum deterior longe sit dispositio ignorantia, quam negationis, ut Aristotelice interim loquar. Quam autem fallantur qui mathematicas res sine Græcis literis, et illis (ut aiunt) pedibus aggressi sunt, facile intelligi qui Campani expositiones in Euclidem cum Theonis editione ac Procli commentariis conferet diligenter : aut Euclidis ejusdem Perspectivam, atque opus aliud de Speculis, cum is que Latine scripta sunt isdem de rebus : aut mathematicas Aristotelis quæstiones in libris quos Problematum appellat : atque in omni philosophia rimetur quem

admodum a Latinis intelligantur. Quod si Boetii quoque arithmeticon, tametsi diligentissimi Græcæque doctissimi, ad Nicomachi præcepta, Iamblichi ac Philoponi commentaria referant accuratius, perspicent profecto quam Græca ipsa non modo exactior, sed et veriora dicantur. De musica illud satis dictu fuerit, omnia instrumenta, sonos, proportionēs, consonantias, nervos, Græcam habere appellationem. Præterea Græcos musicæ scriptores, Euclidem, Aristoxenum, Nicomachum, Ptolemaum, Plutarchum, Briennium, Porphyrium, atque alios: quum apud nos unicus sit Boetius, exceptis divi Augustini paucis, et Macrobio, ac Marcini Capelle nonnullis. Nos nostram hanc musicam a vetere illa jampridem descivisse, cum pluribus indicis, ut credam compellor, tum Olympiodori quoque gravis philosophi testimonio maxime movere, qui cæterarum disciplinarum, arithmeticae, geometriae, astronomiæ reliquias sua quoque tempestate servari scribit: de musica autem illum verum usque pavit,

Ἡμῶν μὲν ὅλος ὁ κόσμος ἀνεργάτος, εὐδὲ τι ἔχει.

id est,

Nos clarum audimus nomen, nihil inde tenemus:

quasi nihil sit reliquum veteris musicæ. In astronomia quoque multa mihi videntur esse apud Græcos quæ a Latinis desiderantur. Nam præter Ptolemæi scripta, et ea non nimium fortasse fideliter ad nos translata, pauca sunt quæ ad veram astronomiæ usum aditum præbent. Quid enim simile apud nos habetur τῶν *Εὐκλείδου φασημάτων*, quæ veluti astronomiæ elementa traduntur a Græcis. Quin et Theodosii *σφαιρικά*, uti principia totius astronomiæ sumi debere, auctor est Philoponus: quippe quæ exactiora sunt, et eandem obtineant rationem ad astronomiam quam geometria ad optices, ad harmonices arithmetica: siquidem *ἀλλότριον*, hoc est, immaterialiora, sint, ut scribit David, philosophus non incelebris. Theodosii autem *σφαιρικά* sequi dicit Philoponus Autolycei opus *περὶ τῶν κοινῶν σφαιρῶν*, hoc est, de sphaera quæ movetur: indeque postea principium sumere astronomiam, utpote minus exactis minusque certis demonstrationibus utentem quam ita faciant: quæ enim in Astronomia demonstrantur, summam extremamque certitudinem non polliceri dicit, sed quod proxime accedat. Umbrarum insuper ratio non abesse ab astronomia præceptis creditur: cuius rei a Græcis quoque traduntur demonstrationes: nec desunt qui de his scribant. Sed nos hæc aliis penitanda relinquimus: satis enim habuimus inuisse.

Medicina vero eo magis indiget Græcis literis quæ majus periculum affert ignorantæ medicamentis, aut agritudinis: quod evenire illis nunquamque verisimile est qui Græcæ nesciant, quando Græcis vocabulis omnia pene vocentur apud medicos, et ejus artem auctores Græci præcipue in pretio habeantur: a quibus siqui in alia lingua claruerunt, veluti rivuli fluxerit manarintque, ac si quid habent, inde accepterint, quantum non purum id sincerumque secum ferant. Quæ res non modo a nonnullis nostræ quoque tempestatis medicis animadversa est, sed scriptis etiam prodita. Ad summam non video quid in quavis disciplina sciri recte possit si Græca ignorentur.

Nec fuerit juris quoque consultis hoc inutile: nam et multa habentur in Græcis legum codicibus quæ apud Latinos nusquam legantur: siquidem (ut Politianus præceptor noster dicere solebat) multa Græcis legibus addidit Justinianus, quippe quæ Latinis notiora existimaret quam ut scribi oporteret: Græcis autem (utpote alienis admodum a Romanis moribus consuetudinibusque) explicanda latius censuit, quæ vane remanere, illis æptiora quam nobis, proptereaque inde petenda. Accedit et illud, quod in *Latinis Pandectis* quæ nunc Florentiæ videntur, integra legum interpretamenta Græco intertextura adscripta: quæ et ipsi vidimus, legimusque: et Græca testimonia citata, ut *Homeri* *σεντημῆρο*: et Græca verba addita significantia gratia atque expressione. Quod non ab re fecisse videtur Justinianus, inter Græcos magis quam Latinos referendus: quæ in Græcia semper vixerit, quod ex Procopii certe historicis licet animadvertere.

Et quoniam in historiæ mentionem incidimus, quantum hac quoque in parte utilitatem præstet Latinis hominibus Græca lingua, hanc facile dixerim, quum multa sint a Græcis petenda et nostris quoque rebus: non enim omnia adhuc ad nos translata pervenerunt, sed quæta pars, atque ea nescio an satis fideliter: quæ de re (ne, quod dicitur, cum larvis lucter, mortuos insectando) dicere nunc supersedeo: præsertim quum jam plerique animadvertere incipiant quàm sit erratum in historicis potissimum translationibus: et nos hæc et plerique alia quæ perperam in singula disciplinis traducta habentur, copiosiore oratione, non maledicendi certe studio, sed ad nostrorum hominum utilitatem aliquando ostendemus.

Theologia demum etiam nonnulla a Græcis dissidet in præsentia, attamen multa est ab illis olim mutata, et nunc quoque potest. Sunt enim veteres Græci scriptores quibus non minus quam nostris veritas ipsa roboratur: quippe quos secuti nostri, quorumque placitis innixi, totius religionis validissima firmissimamque jecerunt fundamenta. Quis enim (quæso) Basilium illum magnum non complectatur, Christianæ quoque fidei hostibus admirandum, incertumque doctorem an eloquentem? Quis duos Gregorios, Nyses et Nazianzenum, non duo belli fulmina, (ut poeta Scipiones) sed duo religionis lumina, vel potius soles nunquam obscurandos? quorum alter theologi cognitorem meruit apud suos, et divum nostrum Hieronymum quantum est, effecit: alter, propter philosophiæ quedam veluti afflatum, tanto quoque fuit lepore, ornatuque verborum, ut Basilii fratrem vel potius discipulum (ut se ipse appellat) facile possit agnoscere. Præterea Athanasium, minus his fortasse cultum, sed certe non minus divinum. Transeo Damascenum, non theologum modo acutissimum, sed acrem et philosophum et dialecticum. Taceo Chrysostomum, non abs re profecto cognominatum auri oris. Omitto et alios, quorum et scripta et sententiæ ita circumferuntur a nostris, ut pro onculis haberi videntur. Quid quod omnia quæ de Christo literis mandata sunt, Græce primum composita feruntur, excepto Matthæi evangelio? Quare fieri non potest ut nonnullorum fides a Græco petenda non sit, quemadmodum eorum quæ a Mose aut propheta scripta sunt, ex Hebræis petitur volumnibus: quod facere nonnunquam videtur divus Hieronymus, et fecisse ante eum Origenes credi potest, atque Apollinaris, vir uterque doctissimus, et Hebræicæ linguæ studiosus. Quoquo igitur te veritas, præsto adest Græca lingua, operam suam in omnia præstatur: quam si refojas, non tam illam rejicisse quam te necessariis admodum rebus fratribus videre. Atque hæc sunt quæ de Græcæ linguæ vel nobilitate vel utilitate dicenda sese nobis obtulerunt: siquidem fortasse multa Latino homini: non enim video invidiam veritatis quod Latinus apud Latinos ita Græcæ extulerim, ut pene nihil nostræ esse contederim. Quod non tam laudandi gratia aliena, quam nostros homines adnoventi, dictum existimari potest: quippe quum in ea perdidicenda majores nostri ita laborare sint soliti ut vir sine illa quicquam se scire putarent. Semper (inquit Cicero) ad meam utilitatem cum Græcis Latini conjunxi. Quintilianus a Græcis incipiendum præcipit. Ovidius quoque inquit,

Nec levis ingenius pectus coluiste per artem

Cura ut, et linguæ edidicisse duas.

Claudius Cæsar utramque linguam nostram appellare solebat: nec injuria, quum ita Græcam linguam tenerent veteres Romani, ut nihil apud eos differret Græcæ an Latine vel scriberent vel loquerentur. Eumus tria

corda se habere jactabat, quod triplicem linguam calleret, Græcam, Latinam, et Oscam. Ovidius, dum in Scythia exulare, atque advenarum congressum nonnumquam desideraret: Ejus, inquit, qui accesserit, sive Græca scierit sive ille Latina voce loqui, certe gravior usus erit. Nero imperator apud patrem consulem juvenis adhuc pro Rhodijs atque Iliensibus Græcæ verba fecit. Vespasianus Græcis quoque jocos extemporabilibus suis tradidit. Cicero nem tam Græcæ quam Latine declamare solitum, nemo est qui ignoret: eundemque Græcæ aliquando Rhodi orasse: quem quum audisset Apollonius, exclamasse fertur, Græcam quoque eloquentiam Romanæ a Cicero transferri. Idem quum de temporibus suis Græca scripsisset, Græcorum quorundam honorat, Græcam omnem nationem a scribendo deterruit. Scripsit iisdem de rebus et Poppo-nius Atticus, qui et cognomentum adeptus creditur quod Atticam linguam ita referre crederetur, ut natus educatusque Athenis videretur. Quod Theophrasto, homini Græco ac divine eloquentiæ viro, contingere non potuit, quominus a vetula argueretur tanquam non Atticus, sed externus, dum cupit nimium Atticus videri. Bruti Græcæ epistolæ (quæ adhuc in manibus habentur) et Plutarchus Judat, et Philostratus omnium imperatorum epistolis longe anteposit: et Mithridates quidam regii generis summo pere admiratur. Marci quoque Romani imperatoris Græcæ epistolæ vehementer probat Philostratus. Quam multi autem ex Romanis Græcæ potius quam Latine historias scribere aggressi sunt? Albini meminit Gellius, Luculli Plutarchus. Divi Claudii Græcæ historiarum, præter Suetonium attestacionem, citat Stephanus, Græcæ auctor. Arrianum, cujus de Alexandro Macedonum rege Græcæ extant historiarum, et de Epicteti Stoici dissertationibus opus, inter primates Romanorum numerat Lucianus. Eliam, cujus multa adhuc Græcæ scripta leguntur, Romanum fuisse scribit Philostratus, et (quod majus est) Græcam linguam in urbe didicisse, ac nunquam excessisse Italia. Germanicum Cæsarem Græcæ quoque scripsisse poemata, auctor est Quintilianus. Quin et Græcæ ejus epigrammata adhuc leguntur: nec non Tiberti, Adrianique, omnium elegantissima. Nostra quoque tempestate non defuero qui Græcæ scriberent: ut præceptor noster Politianus, (quem et Joanni quoque Argyropylo, Græco homini, sæpe admirationi fuisse vidimus) ut vester Hermolaus, nunquam satis laudandum. Nemini igitur mirum videri debet Græcam linguam adeo a nobis probari commendarique, in qua videmus majores nostros non minus laborasse quam in Latina: cujus et parentem et alticem illam procul dubio et crediderint et prædicarint: a qua etsi nihil aliud, disciplinæ certe nostræ fluxerint, ut ait Quintilianus. Quomadmōdum autem qui de parentibus optime mereri student, non aere fore creduntur si tota eorum dignitas atque existimatio in eos referatur qui non solum fundamenta jecerint suæ felicitatis, sed eo quoque perducerent unde illi nunc apud omnes in pretio sint: sic non indignari debet Latina lingua si tota ejus gloria in Græcam redeat, omnium bonarum artium magistram. Quum enim vetus lex sit (ut Aristides inquit) altoribus universam referre gratiam, quoad fieri potest, tantum abest ut me Latina offēdere putem, Græcæ laudando, ut et gratificari me magis existimem Latine lingue, quod gratiam si non omnem, saltem quam possum, ejus (quod dicitur) verbis, illi referam, cui et debere se plurimum et debuisse, semper ingenue professus sit: quippe quæ nihil unquam stude abhorruerit atque ingrati animi vitium. Benignum est autem fateri per quos profeceris, inquit Plinius. Studium autem nostrum hæc in re tantum abest ut ostentare in presentia vobis studeam, ut vehementer doleam, me non tam hæc dicere coactum, quam sentire ac sequi, veraque quotidie experiri. Neque enim existimetis, me tantum laboris exhaustisse ab ineunte ætate, aliena sectando, ut pene neglexerem mea, nisi pervidissetis et doctissimorum quorumque exemplo, et veterum testimonium, omnem vim Latine lingue in Græcâ consistere. Quod quum et re ipsa nemum cognoverim, non committendum putavi quominus et vos et singulos quoque honorarem vestris studiis, quantum in me esset, ad eadem adhortari, amare, accendere, ne difficultate rei detereremini. Tanta est enim illi (quod jam diximus) cum Latinitate conjunctio atque affinitas, ut eadem propemodum utriusque conveniant. Quare non video quid hæc in re sit cuiquam pertimescendum, quum nihil pene novi sit offēnsurum. Sed quod de animis nostris aiebat Plato, reminisci eos, quum essent corporibus obducti, omnium quibus multo antea divinitus fuissent iniebat, id Latino homini evenire credendum est Græcâ discenti, eadem quam resumere: quo fit ut non magis præceptor vobis opus esse dixerim, quam monstratore, qui in memoriam suggerat excitetque Græcâ veluti vestigia, quæ amboscure tenuaque, vestris ingenijs jamdiu reposita conditaque servantur. Ad quam sane rem Græci fortasse hominis opera commodior quam nostra: ego vero, ut non negaverim, sua melius Græcos tenere quam nos: ita affirmaverim, nostra nos melius nosse quam Græcos: insuperque tam posse nos res illorum perdiscere, quam illos nostras. Quam itaque Latini docendi sunt Græcâ, nescio an Græci studium Latine sedulitate anteponendum sit: non tam enim intelligendi (quamquam id quoque) ratio habenda est, quam explicandi. Quod si quis prononciationis tantum Græcæ studio, ejus ad unguem perdiscenda gratia, Græcum sibi cupit præceptorem, Quintilianum audiat, præcipientem, non esse dandam operam literis Græcis superstitionis, ut et plurima oris accidant vitia, et in peregrinum sonum corruptus sermo perduret: sed ita docendam esse Græcam linguam comite Latina, ut neutra alteri officiat: quæ res si Latinis melius quam a Græcis accipi potest. Siquis autem examamissum utrumque se præstaturum confidit, illum intrare et ipse: Et dicam, monita non eget iste meis. Nos vero operam nostram, quibus ingrata non videbitur, pollicemur, non magis duces præceptoresque professi nos ipsos quam comites sodalesque: quippe qui nullum laborem, nullam molestiam recusatissimus: dum vos ita Græcis imbuamini, ut disciplinas inde omnes, quascuque liberbit, facillime adipiscamini: a quibus eo postea perdiscendi sitis ubi quum fueritis, licet jam humanam felicitatem (si qua modo est in hæc vita) quasi manum prehensam tenere: quam si dimiseritis, vobis ipsi defuisse videamini.

Non est autem car vos moveam ulterius uti homines esse meminere, quibus felicitas hæc, quascuque sit, debeatur: nam hoc tam cuius novit esse debet, quam quod vivat. Illud potius nostra interit, confirmare vos atque adhortari, ne laborem reformidatis, qui voluptati (quam in ipso statim limine Græcarum literarum percipitur) adeo junctus est, ut non magis laborandum nobis esse videatur, quam voluptati honestissimè interveniendum: qua ut ampliore quoque perficiamini, nihil mihi videor omisissus, nihil præteriturus, quod queri a vobis ut desiderari noverim: si modo ejusmodi sit futurum quod et nobis quoque non ignoretur. Quid enim literato homine turpius, aut ab humanitate alienius, quam si aut scisse aut didicisse frustra videatur? Frustra autem et scit et didicit, qui nec commentando nec docendo cuiquam prodest. Sicut enim in animantibus proprium ac naturale maxime opus esse censetur, procreare tale aliquid, quale ipsum est, si integrum absolutumque sit: ita erudito homini nihil convenire magis dixeris quam efficere relinquereque post se sui simillimos in studiis ac disciplinis: si aut homo fuisse videri vult, aut non indoctus homo: hominem enim hominis causa natum credi par est. Quare neque invidere cuquam in literis, fas judico, neque suppressere quequam quod utile futurum existimes aut viventibus aut posteris. Nam (ut ait Theophrastus)

Ἦν μὲν ἄνθρωπος καὶ ἀγγέλος, οὐκ ἔστιν ἄλλο
 ἔστιν οὐδὲν, μὴ ἀλλοτρίον τολύβιον.

Ἄλλὰ τὰ μὲν μῦθοι, τὰ δὲ θεϊκότερα, ἄλλα δὲ ποιεῖν.

Τὶ σφιν χρεῖται, ποῖνος ἐπιστάμεος;

Hoc est,

Musarum interpres si quid sapientius unquam

Noverit, incidia sit procul inde mala.

Nuncque alia inceniat, nunc monstrat, plurima condat.

Si solus sapiat, nempe quis usus erit?

Quippe (ut Plato siebat) non minus ad felicitatem pertinet bonos efficere, quam bonum esse: ideoque nulli magis idem familiaris se offerre solitus erat quam cum plurimo usui esse posset: quoniam se suisque rebus maxime frui valeret. Quod mihi quoque video esse faciendum, in ea presertim civitate que non tam potentia atque imperio ipsius sit Italiae metropolis, quam quibusvis virtutibus, totius orbis grande specimen atque ornamentum, vel potius nature miraculum: quum que imperium vitia comitari solent, non modo ita refugerit ut non inesse possint sese republicæ, sed ne excogitari quidem. Quare beatum iudico eum quem cuius studio incumbentem degere in ea contigerit: sed beatissimum, quem literarum facultates exceperit: quum tot presertim tantaque undique suppetant affluentque ad eam rem commoda, ut fingi fortasse plura possint, haberi certe non possint. Ibi enim (ut alia omittam) tanta librorum copia, quanta post Gothicam ruinam unquam fuit, nec veteribus vero Romanis aut Græcis florentibus, in his que extant, facile credi par est: quum novo hoc invento careat imprimendorum librorum, qui et pulcherrimi jam atque emendatissimi prodire incipiunt, Abbi potissimum nostri opera: de quo illud habeo dicere quod de Porphyrio inquit Sulpicius, Omnium bonorum nobis auctor Aldus. Vobis vero illud mihi videor accommodaturus quod Demosthenes, quem interpretari sumus, Atheniensibus protulit: ferte autem (rogo) æquo animo Græcis ne pauculis verbis vos alloqui: ἡ μὲν οὖν παρὰ κατὰ, ἃ ἄνδρες Ἑστέ, μνημονοῦσι φωνὴ ἀρετῆς ἴσχυι τῶν Ἑλληνικῶν ὕμνῳ λόγων ἀπολαπτὸς ἴσχυι, εἴπερ ὅτις εὐτοχίας αἰσῶν φρονήσῃτε. hoc est, Præsens itaque tempus, o viri Veneti, quasi emissæ voce pronuntiat capessendas esse vobis Græcas literas, siquid de felicitate vestra cogitatis. Nam, ut Virgilianum quoque carmen in vos transferam, Via prima felicitatis (quod minime remisi) Graia pandetur ab urbe. Experiēsimini igitur jam, et capessite Græcas literas, ultro sese vobis offerentes. Dixi.

M. ANTONII ANTIMACHI

De literarum Græcarum laudibus oratio, in Ferrariensi Gymnasio publice habita.

In degenda hominum vita, si qui alicui prodesse conantur, quantopere laudandi sint, spectatissimi viri, non vos prætere quidem: quum et ingenii acumine et longo regum non præstito, ac doctrina atque prudentia antecellatis. Qui vero publica utilitati se non solum sibi, sed et patriæ et amicis ac humanæ societati sese aptos arbitrantur, quanto laudum præconio extolli mereantur, itidem vos non ignorare existimaverim. A qua sane animi sententia quam nec ab ineunte ætate, nec etiam postquam nostra canescere cepit oratio, unquam abhorruerimus: nihil præclarior, nihil commodior, nihil conducibilis atque præstantius in toto vite cursu esse duxerimus, nihilque magis ex æquo unquam optaverimus, quam plurimis benefacere, ac de omnibus pro virili mea (modo daretur occasio) bene mereri: amicorum precibus (quorum benevolentia aliquid recusare, non solum turpe, sed propæmodum nefarium videbatur) et cohortationibus hujus celebratissimi gymnasii instauratoris Lodovici Bonaciaci, viri plane in omni scientiarum et virtutum genere eminentissimi, (cui ex isto hominum flore qui vivunt, paucos admodum pares invenias) non spe honoris aut gloria, cui sapiens quisque semper studuit, nec lucri cupiditate, sed potius quo id quod in animo habebam, re facilius prestare possem, Græce profertim publicum munus non inviti susceptimus. Eo itaque consilio huc accessimus, ut quæ ad communem Græcæ discere cupientium utilitatem spectare videntur, diceremus, ac de literarum Græcarum laudibus verba faceremus: non quod ea dicendi facundia, is verborum ornatu, et eloquentiæ vis, atque is denum orationis thesaurus et splendor, qui tam magno oneri sustinendo par esset ac tantæ rei dignitas postularet, necnon tot clarissimorum virorum conspectus mihi multo jucundissimus mereceret, in me reperiatur: sed ut fretus humanitate vestra, qua erga omnes qui virtutibus imitantur, uti consuevistis, hujusmodi opus aggrediar, ac propositam rem pro tenuitate ingenii mei persequar. Cujus plane tanta est magnitudo atque præstantia, ut nemini vel mediocriter erudito deesse possit oratio: sed in exitu inveniendo major omnino, quam in initio inchoando, dicere volenti se offert difficultas.

Tanta est antiquo literarum Græcarum, amplissimi viri, dignitas, et tanta dignitati conjuncta utilitas, (quarum notas antiquissimis temporibus, seu Cadmo, sive Danao auctoribus, sive Orpæo admonente, Græcos habuisse, memorie proditum est) ut eæ, non solum apud illos qui ceteras gentes atque nationes barbaras appellabant, vrum etiam apud barbaros ipsos maximo in usu fuerint, et ab ortu ad occasum usque pervaserint: quando Druidas Gallorum religiosior in publicis privatisque rationibus literis Græcis usus fuisse constat: et Romanorum temporibus in Helvetiorum castris tabulas repertas esse literis Græcis confectas, et ad Cæsarem perlatas, ex historicarum lectione late admodum patet. Quibus in tabulis ratio confecta erat, qui numerus domo exisset eorum qui arma ferre possent: et item separatim pueri, senes, mulieresque. Brachmanas itidem (e quorum numero celeberrimus Calanus ille fuit) et gymnosophistas Iudorum sapientes, eadem in usu habuisse, easdem Iudorum ipsorum regem Pharaotem calluisse, compertum est. Apud Romanos vero quanto in pretio, quanto in honore semper sint habitæ, (quum pene eadem a principio cum Latine fuerint, eas in Latium afferente Nicostrate) etiam me tacente, vel facillime potestis intelligere.

Nullum enim studiorum genus, quod aliqua sapientiæ luce præfulgeat, nullas prorens ingenius disciplinae esse comperio, quæ non e Græcorum fontibus emanaverint: Latinoque in omnibus liberalibus artibus illorum secutos imitatosque fuisse vestigia. Nam si a grammatica exordii voluerimus, cuius inventorem si qui eam rem diligenter perverstigarint, Mercurium ferunt: sine qua ad nullum scientiæ gradum pervenire valeamus, quom ea duce orationis congruitate assequamur, ac ad alias scientias faciles aditus adipiscamur, nome eam totam a Græcis haberi fatebimur? Quid de poetica, quæ tautopere divinitatis est particeps, ut summus ipse

rerum omnium opifex statim pene a mundo, verbo, non manibus eoudito, sua mysteria per eam literarum monumentis mandari voluerit, dicemus? Quid de oratoria facultate, ac flexianima omnium regina rerum oratione, que motus animorum quo vult impellit, loquemur? Quid de dialectica, que disserendi artem aperit, verumque a falso segregat, ac nos ad veritatem ducit, sentiemus? Quid de philosophia, legum inventrice, morum disciplinarumque magistra, que bene beateque vivendi rationes demonstrat, ac diducit bonorum et malorum finem, quid fugiendum, quidve expetendum sit, proponit, ad sedandos animi affectus atque perturbaciones plorantium valet, natura secreta rimatur, rerum omnium causam perscrutat, humana despicit, cogitantemque celestis, hæc nostra et exigua et minima contemnit, immortalitatem animæ docet, ac nos Deo optimo maximo (ad summam cujus intelligentiam consideratione nos ducit, quantum homini licet) quam simillimum efficit, iudicabimus? Quid de medicina, reliquarum artium parente atque educatrice, et altissime, que universas scientias conplexitur, singulas disciplinas cogitatione prosequitur, rerum omnium cognitionem nutritricam et continet, ac humanam vitam conservanda, necnon extincta morbis corpora ab inferis pene revocandi potestatem habet, rogati respondebimus? nonne hæc omnia nos a Græcis mutuatos esse (nisi ingrati nuncupari velimus) confitebitur? quando ab ipsis et Mathematicis accepimus. Nam arithmetican, reliquarum ducem, ex cujus numeris animam creati, ac singula constare Pythagorici sentiebant, et quaternarium numerum (in quo prima solida demonstratio invenitur) rerum omnium opificem causamque esse affirmabant, quod ab eo, tanquam a radice atque principio, cuncta dependerent: ac geometriam, que cum superiori adeo connexa colligataque est, ut sine ea haudquam videtur posse consistere, quum punctum referatur monadi, linea autem numero binario, ab aliquo ad aliud, et trinario conveniat superficies: qua (dum ejus lineamentis, formis, intervallis ac magnitudinibus utimur) mare, terras, cælumque metimur, quin a Græcis suscepimus, nemo, ut opinor, vel impudentissimus negaverit. Musicam vero a Mercurio numeris, vocibus et modis inventam, quam veteres omne continere dixerunt, eo quod eorum que sunt, absque symmetria et analogia nihil existat, nec etiam aliquid eorum que sunt, si absque congrua symmetria atque analogia confectum fuerit, unquam bene habeat, sive arte fabricatum fuerit, sui natura comparatum: sive sensu comprehendatur, seu solius intelligentiæ speculatione percipiatur: que duo mirum in musica (totius harmoniæ) reperiuntur, ex cujus cognitione harmonicam mundi rationem conjicimus: et item astronomiam, (cujus scientiam Chaldaei diuturna siderum observatione putantur effecisse) que temporum varietates, totius anni ordinem, astrorum influxus, ortus, obitus, trajectory, motusque stellarum, ac cœli meatus conversionemque explicat, quid cuique eventurum sit prædicit, Græcorum beneficio (quibus tantum debemus) Latinos itidem habere fatendum est. Nec, mea quidem sententia, ullus adeo pervicax, adeo obstinatus mentis, duræque cervicis, ac tam perversi iudicii reperitur, qui aliquo modo id audeat inficiari. Ex quibus omnibus sane rebus quanta hominibus commoda, quantæ utilitates humano generi, quod honores proveniant, non meum est dicere, quam res ipsa per se loquatur. Ideo non est quod vos (qui incredibili discendi cupiditate ardētis) ad hujusmodi literarum studia, ex quibus maximos atque uberimos fructus percipietis, nisi vobis ipsis deesse volueritis, cohortemur. Currentes enim incitare videtur absurdum: quam tanta (sicuti accepistis) dignitatis, honoris, commoditatis, splendoris, utilitatis atque præstantiæ sint, ut unusquisque qui in bonarum artium studiis proficere exoptat, eas velit nolit cogitare expetere: præsertim quum illis qui eas consecuti fuerint, maxima præmia non sine nominis celebritate proponantur, amplissimi honores non absque immortalitatis gloria reserventur. Reliquum est, ut demonstrata tanta rei majestate, (ex qua, ut intellexistis, innumeralibilia mortalibus bona pariuntur, et ad homines conflunt) in ea comparanda operam, curam, diligentiam, industriam ac studium ~~semper~~ *semper* vobis pollicear: que omnia, sine ulla laboris vel temporis intermissione, me libentissime præstaturum spondeo: nec aliqua in re, que in discendo vobis vel commodo esse possit, me vobis unquam defuturum recipio. Quod quum contigerit, Bonaciolo, viro non minori experientia quam doctrina ornatissimo, ac (ut supra memoravimus) omnibus egregijs animi dotibus atque virtutibus undecunque refertissimo, qui hujus clarissimi gymnasii non minus ornatu quam utilitati semper studeat, mehercule velim referat acceptum: eo quod ipse omnium unus procuraverit effecerique (ne quod verum est inficiemur) ut Græce profutendi munus oberimus. Ago insuper humanitati omnium vestræ, si non quas debeo, saltem quas possum gratias: ac si obsequendo et de vobis bene merendo gratia referri poterit, eam me quandoque libenti animo cumalissime relaturum, affirmare non dubitaverim: propterea quod hodie frequenti ac jucundissimo conspectu vestro, me (que vestra est benignitas) orandum amplificandumque susceperitis: cujus benefici memoria apud me residet sempiterna necesse est.

EX CONRADI HERESBACHII

Oratione in commendationem Græcarum literarum,

EXCERPTA.

SIVE autem auctore Javam, lingue hujus, sicut et gentis, primo fundatore, literarum Græcarum initia e Babylonia illa linguarum orta varietate, atque in Græciam translata, sive temporum injuria neglectus character usus, et a patribus ante repertus, velut postliminio a vicinis, sive Phœnicibus, sive Ægyptiis (apud quos patriarcharum monumenta conservabantur) repetitus sit, etiamsi certo non tradatur, tamen alterum probabile videtur, Græcicam literaturam non simul ceptam absolutamque. Primi per figuras animantium Ægyptii sensus *ægyptiæ* explicabant: et antiquissima monumenta saxis impressa, literarum inventores perhibent. Inde Phœnicæ, quia quasi præpellebant, traditur intulisse Græciæ: hi gloriam adepti sunt quasi repererint que acceptant. Quippe fama est Cadmum, classe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis, artis ejus auctorem fuisse. Quidam Cecropem Atheniensem et Linum Thebanum, et temporibus Trojana Palamedem xvi. literarum formas, mox alios ac præcipue Simonidem ceteras reperisse. Quum autem Palamedem ad deos retulisse hoc inventum testetur Philostratus, et Plato scribat apud Ægyptios se audisse deum quendam ali illic nomine Theuth, qui cum alias artes, tum literas invenerit: nonnulli ad Assyrios referant: alii denique æternum fuisse literarum usum: verisimile apparet, sicut Latine a Græcis, ita Græcis ab Hebræis mutuatas: quod elementorum ipsorum vicina nomina magna ex parte commutata, contendit Eusebius, Josephi et Clementis testimonia citans: et sibi valent, id non mirum in tam diuturno et variarum gentium usu:

quam et Græcæ vetustas Cadmeas in tripodè incisas, ab his quibus nunc Græci utuntur, etiam *diserepare* Herodotus refert, et Delphicam tabulam in aede Minervæ Romæ testari scribat Plinius: quæ vero Græci et Latini eorum initia ignorarunt, et ad deorum inventa, sicut alia pleraque, ita hæc quoque retulisse, quam tamen multis ante seculis apud Hebræos fuisse deprehendantur. Porro quum Phœnicæ et Ægyptiæ (a quibus literæ primùm in Græciam translata memorantur) et posteritate Cham fuisse constat, tique nos post sortitionum liberorum Noë pulso semine benedicto Sem, e sua hereditaria sorte ad filios Japhet migrare compulerint: et postea Israelita, duce Josua, hereditaria terra sancta recuperata, exactam Cham stirpem alias sedes querere adegerint: quo factum ut profugi vicinas Græciæ regiones occuparint, et illic artes plurimas et patriarcharum reliquias secum adduxerint: (uti etiam idololatram perversumque per apostatam Cham, ejusque nepotem Nemrod, institutum deorum cultum Græcos Ægyptiis debere proditum est) et ex his fuisse Cadmam et Phœnicæ ejus colonias, quas in Græciam deduxerat, verisimile est: quod signum cum deorum portentoso cultu, et hoc literarum bonum et patriarcharum reliquiis attulerunt: atque hinc esse quod alii Syrii, alii Phœnicibus literarum inventionem acceptam ferant. Syriam autem ac Phœniciam et Ægyptum, Hebræorum fuisse sedes, in confesso est, apud quos patrum monumenta conservabantur: et constat Græcos sapientia studioso discendi cupiditate frequentes eo, ut sacerdotes et prophetas audirent, profectos fuisse, (id quod de Orpheo, Musæo, Dædale, Homero, Lycurgo, Solone, Democrito, Heraclito, Platone, aliisque innumeris memoria proditum) et quæ illic didicerant, Græcè tradidisse. Unde quæ de Chaldaeorum, Phœnicum, Ægyptiorumque inventis prodita sunt a Græcis et Latinis, ea omnia ad Hebræos et patriarchas pertinere certum est: et qui illi diis suis inventoribus tribuunt, ea constat longe ante ab Hebræis reperta usurpataque fuisse. Cui rei argumentum præbet vini inventum, quod illi Baccho tribuunt, quum multis ante seculis a Noë patriarcha vitæ cultura reperta fuerit, ut recte post sacram historiam admonuit Lactantius. Ad eundem modum de frugum, medicinarum, alitque inventis iudicare licet, quæ omnia ad factitios mortalesque deos retulerunt illi: quum apud Hebræos vetustiores pleraque usurpata sunt priusquam ad Græcos pervenerint. Sed ob id laude sua pinnis fraudandi sunt, qui ab aliis inventa, meliora reddiderint, atque sic excolerint ut non ab eorum sed sua inventa esse videntur: ut mox latius declarabitur. Græciam autem felicissimam ingeniorum altricem fuisse constat: adeo ut appareat, hujus universi opificem, et linguarum virtutisque dispensatorem Deum Opt. Max. hominibus qui secundum naturam optimam regionem nati, eam etiam linguam voluisse largiri quæ idoneum tradendarum honestarum artium præberet instrumentum, et fida virtutis eruditionisque custos esset: idque vix ita; *Moræ*; citra controversiam Græca lingua, assescuta. Nam etsi initio rudis et contracta, sic tamen exulta propagataque, ut nulla lingua vel elegantior, vel latinæ se sparsisset: nulla quam non hæc elegantia et copia omnique ornamentorum supellectile superaret: inter omnes tantum emicans quantum ignes inter *luna minores*. Nam quum lingua potissimum in hoc divina dispensatione tributa, ut quæ velis, commode ac significanter (ut diximus) expripias: quæ, obsecro, significantioribus magisque appositis vocibus singula declarat quam Græcæ? Adeo ut non abs re Socrates apud Platonem contendat, Græcorum vocabula imprimis non temere pro institutis voluntate, sed naturali *λογική* naturæque perspicuitate rem velut oculis subjicere. Unde exquisita in Græcis vocabus vix *καὶ ὀλίγα*, Atticus lepos, Musa Attica, Laconismus, et id genus alia singularia ejujstam appositaque in exprimendo ea lingua venustatis proverbialia pepererunt. Hinc quod gravissimus inter Latinos poëta, Graius, inquit, dedit ore totundum Musa loqui. Adde quod et Musas *αὐτῶν* inter deos ipsos hinc Græco sermone usuros, si humana lingua uti voluissent. Porro quum septuaginta duo linguæ numerentur, ex his septem præcipue, quæ recensentur *Ἰβερικῆ, Ἀσσυριακῆ, Ἀραβικῆ, Ἰβητικῆ, Ἰβητικῆ, Ἰβητικῆ, Ἰβητικῆ*, Latinarum, Dalmatarumque: tamen nulla ex omnibus his, quæ vel latius sparsa sit, vel præstantiora ingenia nacta sit, vel denique plures honestas disciplinas tradidit. Neque enim solum hæc lingua se continuit ea parte quæ Græciæ proprie dicebatur, hoc est *Ἄγῶ* pelago et Ionio atque Isthmo conelusa; neque ea tandem regione quæ magna Græciæ dicebatur: sed præter insulas et peninsulas, amplissimamque regnâ, Peloponnesum, Cyprum, Rhodum, Cretam, Asiam minorem, Macedoniam, Epirum, Mysiam, Illyrium, Ithraciam, Dalmatiam, Syriam, Ægyptum, ob Alexandrum victorem longe lateque complexa, est, sed Gallia Germanique etiam communis est. Nam et Massilia celeberrimum Græcarum disciplinarum gymnasium habuit: et in nobili Clivensium oppido Menianæ scholæ præfectus Græcus rhetor Athenis ortus, teste Eumenio: et Druides, Celtarum sacerdotibus, Græco sermone in sacris usi: additque Julius Cesar, Gallos in publicis instrumentis Græcas literas usurpasse. Britannorum pars quæ Cornubia dicitur, reliquias Græcæ lingue profuderit. Quid dicam de Germania nostra, in ejus lingua innumera vestigia Græcæ lingue remanent: et nos observavimus aliquando aliquot centurias vocabulorum quæ mere Græca sunt. Postremo neque Scythas a Græcâ lingua abstulisse, declarant Anacharsis et alii plerique. De Italia et Roma nihil attinet dicere, ubi Græcorum lingua præpotendum ipsa Latina vulgariter fuit: et clarissimi scriptores in Italia et mediâ Roma Græcè scripserunt. Siquidem Elianus (ut scribit Philostrotus) Romanus fuit, et Italiam nunquam egressus, et tamen ejus extant Græcæ historiae. Item Plutarchus, Strabo, Dionysius, Appianus, Diodorus, et innumeri alii Romæ vixerunt, et scripta sua illic ediderunt Græco sermone: quemadmodum in Syria et Ægypto Josephus et Philo Judæi Græco quam nativo uti maluerunt. Græca lingua in ipsa Syria Romanos imperatores facundos habitos, Mutianus testatur apud Tacitum: eosque ad exercitum Græce locatos. Adde, imperatores ipsos, non solum Romanos, quos omnes prope Græcè peritissimos fuisse constat, et multorum carmina extant Græca: sed Germani etiam imperatores (quos aliqui *ἰβητικῶς* esse solitos novimus) Græcam linguam calauerunt. De Carolo magno traditum quod Græcos legatos audiverit, et Græcè responderit ipse. Otho II, imperator in bello quod in Apulia cum Saracenis et Græcis gesserat, insidias interceptus quum Græcè sciret, eoque sermone uteretur, hostes fefellerit: ut non animadvertentes eum esse Germanum, facile pecunia se redimi pateretur. Porro, si lingue aliquis utilitatem aestimare velimus, quid hæc una communis, quidve ubique ad omnes disciplinas percipienda vel tractanda utilis ac magis necessarium? nempe quæ, velut Delphico gladio, ad omnia et ubique uti conveniat: primum quum (ut dictum) nulla gens, nulla schola, nullum virtutis ac disciplinarum imperium, quod hæc linguam, velat commune utilissimumque organum, non arripuerit: deinde nulla lingua plures vel disciplinas, vel bene vivendi præcepta tradidit, et per orbem transmisit, ac fidelibus conservavit. Quotæ quoque plures, eosque clarissimos in omni disciplinarum genere scriptores exhibuit: eorumque scripta et instituta, cum omnis doctrinæ liberalis, omnis sermo elegans sumi possit. Aut quæ tandem lingua vel disciplina, quæ hæc colonias non duxerit? quæ indidem, cœu et locopletissimo mercato, supellectilem non compararit, aut potius, cœu ex ubere artium eruditionisque fonte, rivus non diduxerit? Nam, ut Homerus de Oceano canit, *Ἐξ ὧντι πάσης, ἰβητικῆ, ποταμῶν καὶ πᾶσα βιβλῶν, καὶ πᾶσα χερῶν καὶ ὀφθαλμῶν πάντα γίνονται*: ita ex hæc lingua, velut quoniam bonorum omnium mari, discipline, artes, præceptiones, atque adeo ipsa eleantur, manant. Hinc poetica, rhetorica, dialectica, grammatica, disciplinæ quæ mathematicæ vocantur: hinc politica, ethica, therapeutica, physica, theologica, et (ut uno verbo multa complectar) universa ipsa philo-

sophia, disciplinarumque omnium orbis, quam encyclopiam vocamus: quæ omnes artes Græcos etiam nunc fontes respiciant, ut ne nomen quidem alia quam nativa et Græca admittant, neque nos alia nominibus eas agnoscamus: eoque jure se nobis permittentes, ut a fontibus secludi non patiantur. Nam et tota lingua Latina, et disciplina ex lingua tradita, ex hac fluxerunt, adque hujus ductum se sic composuerunt ut instar affumæ et discipulæ *επισηκουσα* in τῆς *ῥητορικῆς* manu fulciantur ac sustententur, ab illius ductu ne latum digitum discedentes. Id quod a literis, velut ab ovo, ordinetur per omnes disciplinas ostendere, non fuerit difficile. Siquidem literæ omnes, una duntaxat atque altera denta, inde mutantur sunt: etiamsi jucundissimis illorum carminis, altera vocali, altera, consonante, quibus talia apud eos spirant dulcitas. Adde quod nos six quatuor literis, illi duabus expriment: ut apparet in dictione *ἑὴν, ἀνδρόβηρον*. Scribendo autem et pronuntiando quæ sunt præcipua Grammaticæ partes quam Græca lingua rudes passim fabantur ac sese traducant, satis liquet, quom imperiti Cræste pro Christo, Eleison pro Eleeson, et sonent et scribant. Neque minus in etymologiis peccatur, quom innumera nomina (velut exempli gratia, in e primæ inflexionis, et patronymica omnia: item Dido, Sappho, Laches, et id genus similia) citra Græcorum inflexiones usurpan legitime non queant. Taceo generum rationem, articuli in oratione vim. Quid memorem syntaxæ, figurarum rationes a Græcis pendentes? Taceo quod Nonius Marcellus universa fere Latina vocabula repetit a Græcis. Sed, ne in elementis balbutiamus, sat fuerit, si perspicuum fecerimus, Latina sine Græcis, quibus superstructa sunt, non posse subsistere: æque ipsis elementorum crepundis Græca discentem, operæ pretium facere laboriosæ compendium parare.

Ceterum ut ad seras disciplinas progrediar, inter quas primas facile sibi vindicat Poetica, (seu vetustatis auctoritatem spectes, sive rerum traditarum utilitatem atque economiæ prudentiam) hujus et iustus et inventio Græcorum est. Unde Horatius, poetam formaturus, ad Græcos, tanquam ad certissimos ejus artis magistros, relegavit: —*scō, inquit, exemplaria Græca Nocturna versate manu, versate diurna*. Nam ut ceteros, Musæum et Orpheam, poetarum antiquissimos, præteream, ex uno Homero, tanquam universæ eruditionis fonte, disciplinarum omnium seminaria hausta, cum per se perspicuum, tum Piutarchus singulari libro contestatum reliquit: neque poetas solum iidem hortos suos irrigasse, sed oratores admirabile illud dicendi artificium figurasque, ac denique philosophos reip. bene vivendi præcepta mutuasse declarat. Neque vel consiliorum vel litium artes, vel similitudines, vel amplificationes, vel argumenta, vel digressiones ulle, quæ ab illo non sint commonstrata: Quid obsecro tentari potuit quod ab illo in suis poematis non sit excogitatum vel animadversum? Quæ regio, quæ pugna, quæ forma, quæ sententia, qui denique motus animorum, quæ ferarum figura, quæ ille cæcus non viderit? quom ita nobis eas depinxerit ut eas quasi videre, quom legimus, videamus! Ac verissime his succinens poeta Latinus de Homero, *Qui quid sit, inquit, pulchram, quid turpe, quid utile, quid non, Plinius ac melius Chryippo et Crantore dicit*. Quibus hoc addere licet summe laudis loco, singula propemodum verba ejus poeta, quasi apophthegmata esse, et proverbii loco usurpari, ut testatur Macrobius. Et an Latino Homero, alioqui absolutissimus, superatus sit, apud eundem licet intuari, Homerica cum Virgiliana conferentur. Hoc constat, Latinos primarii nominis poetas magis cum laude Græcorum poemata vel trasulisse, vel imitato fuisse, inopia magis impulsos quam superandi fiducia fretos. Siquidem Virgilium, Latinorum coryphæum, vemo negat quom Æneidos partem ex Homeri poeti transcripsisse, atque in totum se ad Homeri *imitandum* composuisse: Georgica ad Hesiodi *ἔργων καὶ ἡθῶν* imitationem feliciter scripsisse: Bucolica impari cotatu ad Theocriti *facilitatem* expressisse, critici fateantur: etiam illorum inventis jam frueretur. Terentius (cui proximus, mea sententia, locus inter Latinos poetas debetur) adde etiam Accium, Cæcilium, Pacuvium: nunquid Menandrum solum interpretantur, vixque levem illius assequuntur umbram, juxta Fabii sententiam? Quamquam in comædiis aliquid præstitisse Latinos, etiam totæ et Græcorum myrothecis mutatae sint, fatendum est: tragœdia certe Græca tota est. Siquis enim Seneca apud Latinos (quod quidem sciam) extant tragœdiæ, atque illæ ex Euripide interpretate. Deus bone quam non accedit ad illius elegantiam, artificium, ac sententiarum gravitatem! Jam, si utroque cum alteris conferas, amon reperies omnia Latinorum inventa, fabularum ingeniosa involucria, compositiones illustres, allegorias appositæ, affectus acriter, mirandos motus, compositiones significatioris, ac breviter suppellectilem quandam nativa quondam poetice copia affluentem? E regione apud nos pigriora fere omnia, gratia non solum inferiora, verum etiam a dignitate plerumque et a decoro aliena. Quamquam non inficior quin nostrorum poetarum carmina, si seorsum legas, venusta appareant et eleganter scripta, atque etiam ut in nihil melius posse fieri censens: et si componas et conferas Græca ipsa unde illa descripta sunt, ac singula considerate atque apte junctis alternis lectionibus committas, comperies vix *Συγκομιῶν τῆς δεξιῆς*, ut est in proverbio: adeo jacere ac putere incipiunt Latina, ut quæ Græcorum, quæ amulari non poterant, luminibus gratiosè obsolescant. Cujus quidem rei apud Gellium, lingua Latine acerrimum censorem, requirere judicium atque exempla licebit, ubi Cæciliæ cum Menandri, Virgilii cum Homeri et Theocriti, versus exponuntur, quos ab his mutati sunt: Diomedes hercle et Glauci arma non dispari magis pretio æstimari possunt. Atque hic mihi Cicero ignoscet, qui Latinos a Græcis sumta, meliora reddidisse clamat. Sed quis hæc deprehendet? quis aut artificium aut translata aliunde intelligat, nisi hujus lingue suppellectile instructus?

Poeticæ excipit rhetorice, cum numerorum et figurarum ornatu, tum structura orationisque filo atque charactere propemodum conjuncta: quæ quom omnia, perinde atque inventionis et elocutionis, ita argumenta et formalia a Græcis fontibus hauriuntur. Quandoquidem in hac illi scis regnant ut Cicero fateatur hanc Athenis et inventam et absolutam: sive dividendi, præparandi rationem, consilium, ordinem, sive affectuum motus spectes, figurarum et troporum picturas, eorum summatum omnium apparatus inde fluere videas. Et haud scio quid aliud poeta oratorisque nostri quam poesin et oratoriam civitate donaverunt Romanæ: qui, siquid eximium præstiterint, id ex illorum omnijugis præti, veluti flosculis, decerptis, illorumque virtutum imitatione comparaverunt. Cato jam senex, Græcis alioqui parum amicus, commentarios sibi collegit, e Theocritidis orationibus et Demosthenis, quas in dicendo magno sibi usui fuisse testatus est. Quid Ciceronem, Latinæ lingue principem, in eloquentia illam arcem subvexit, nisi Græcorum studia, inque his amalandi contentio? Nempe qui totum se ad Demosthenis vim, Platonis copiam, Isocratis jucunditatem, Periclis fulminia, Theocritidis maturitatem, neque certe infeliciter, composuisse deprehenditur, beatissima quondam immortalis ingenii benignitate suffragante: adeoque Græcorum studiis operam movavit, ut se Græcis declamationibus exerceret: Græca ubique cum Latinis conjungens, modo Latina Græce, modo Græca Latine versando, stylum exercuit. Idemque filio (cui non nisi compendiosissimam fidelissimamque rationem præcipere potuit) faciendum suadebat. Quod si hodie juventuti præmaderi queat, felicis disciplinæ tractarentur, neque tum exaugues ingeniorum venæ existerent. Nihil enim mirum omnes bonas disciplinas jam diu sepultas, cum Græca lingua abolita, tum nulla declamandi exercitio: quæ tamen primaria sunt ingeniorum fomenta in eorum animis qui ad eruditionis aliquem fructum pervenire contendant.

Dialectica, historica germana, quum utraque alteri coniungenda esset, nostri hanc neglecta prorsus altera, veluti dextra mana, ad meras cavillationum stribiligines, aniles rixas, protraxerunt: ut nullum hodie vera dialectica in scholis remanserit vestigium. Quorsum parva (prava dicere debeliam) logica? quorsum barbara non solum, sed inepta etiam atque inutilia illa quibus iuventus in publicis gymnasiis oeneratur commentaria? quorsum pro Aristotele, Porphyrioque, genuinis et Græcia elegantissimis, earumque artum peritissimis magistris, ineptis et corruptissimis tralationibus uti coguntur? quis quum nec intelligant ipsi professores, tamen miseram iuventutem ediscere cogunt, ad nihil profuturas. Et tamen ex ipsis fontibus artis hæc facillime percipi poterant.

Quid de mathematicis loquar? quum peculiare ejus artis voces nondum sint Latinitate donatæ, neque commode inopia lingue Latine omnes possint, fit ut identidem harum literarum imperitus in his explicandis intelligendisq; offendat: quum oblique occurrant trigoni, tetragoni, monades, triades, diapente, diatessara, excentrici, sycentrici, epicyclii, eclipses, et ejus ordinis tanta turba ut annis deficeret si omnia vel commemorare vel ostendere sutur loca ubi interpretes nos in foedissimos seculum errores traxerunt.

Idque non in logicis ac mathematicis solum, sed per totam philosophiam, evenit: quæ quum tota sit Græcorum, nos vix faces quasdam ex illorum fontibus hausimus, easque e tam multis transfusas. Interim tamen nostri philosophastri nullis dum vel Græcis vel melioribus literis adscerentes ad philosophiam veluti *πριγοπιστρα*; solum Alexandri Galli doctrinali, cum communi omnium copiosiorum, instructos, statim Icarum in morem ad philosophiam ardua (hoc est ad volandum sine pennis) transmittunt. Cicero, aliqui Græcorum gloriæ æmulus, philosophiam declarat citra Græcam eruditionem neque percipi neque subsistere. Nam quum apud nos pauca admodum eaque a Græcis desumpta extent digna lectu, (sophistarum enim iugas et delira commentaria non libet inter philosophiæ scripta referre) apud illos tam copiosa, pretiosa, nitidæque philosophiæ suppellectilis monumenta nobis sunt reposita, quæ si in sua lingua legantur, et cum Teutonicis his conferantur, (hoc est, quæ in Latinam linguam translata) pure dici poterit quod poeta de exanimato Hectore, Hæi mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo Aristotele et Platone! Nam præter hoc quod parum commode multa vera, parumque significanter expressa, etiam pleraque prætermittunt, quæ non sunt satis ascusci interpretis, nonnulla de suo addiderunt: alicubi obscuriora relinquuntur, quæ subinde lectorem diligentem vel cruciant, vel fallunt: ut cernere licet in libris meteorologicis, et De cælo, ac physicis Aristotelis, utlissimis quidem libris, sed a nostris non intellectis in scholis rejiciuntur. De Platone quid dicam? si nisi sua lingua legatur, nemo judicare poterit de illius divina vel doctrina vel eloquentia: reclamante quadam inexplicabili et copia et suavitate, in qua vir ille in ea lingua supra humanum ingenium viomnatur. Quare doctissimus juvenis Thomas Lupsetus, quum alterna opera Platonem legeremus Lutetia, is subinde versus Platonem, notum aut Academicam sappam appellare consuevit quoties Latinum cum Græco conferremus: adeo divina illius virtutes extra Græcum sermonem percipi nequeunt. Idem de Xenophonte, Theophrasto, Plutarcho atque ceteris gravissimis philosophis, et doctrinæ castitate et eloquentiæ dotibus admirandis, judicare licet.

Jam vero ut per ceteras philosophiæ partes progrediamur, intrice ac therapeutice, naturalis philosophiæ et honestæ et necessaria disciplina, si pure proque dignitate tractetur, certissimumque *πρὸς τὰ εὐδαιμονία* compendium afferens, sed barbarorum linguæque Græcæ imperitorum scabiæ cum occupatæ, Deus bone quam squalida et strigosa reddita, quamque periculosis erroribus et imposturis elegantissimæ simul *utlissimæque* professio deformata est! ubi pro Hippocrate et Galeno, lujus artis *κακοειδίας*; et qui citra Græcorum eruditionem percipi non poterant, nescio qui barbari *Αιγυπτιακοὶ* in scholas recepti sunt: quum illi interim multorum iustar esse poterant, et revera Homericæ encomio digni, *λαρπὴ δολιχὴν ἀστράθην ἀλλυτοί*. Tota enim medicina, sicut et reliquæ philosophiæ partes, a Græcis petita. Idque indicant ejus artis pharmacorum, unguentorum, cataplasmatum, potionum, ceronatum vocabula: item mimentium, plantarum, gentiarum, morborum, remediolorum, instrumentorum, ponderum, mensurarum innumere nomenclaturæ: quæ quum apud nos etiam recepta, circulatorum atque lujus lingue imperitorum abusa detrita corruptaque, non intelligantur, non raro fit ut indocili medici potiones pro cataplasis, et (ut dicit poeta) *φάρμακον πάλαι παραφάρμακον ἄργυρον καὶ ἰσθὴν* ministrent. Id quod designavit quidam, suppositorium, hoc est pessum, pro pillulis præbens deglutendum. Et tamen hæc impostoribus non dubitamus vite nostræ arbitrium concedere: nempe ut per experientia mortis agant: quum bene sit in nulla professione periculum majus: ut de his vere scripsit Pinius. Atqui videmus nunc, Musis hunc fortunantibus, ac melioribus literis reviviscuntibus, quosdam Græcorum literarum admiculo fretos, streamam operam navare ut hæc disciplina sua dignitati restitueret: hæc jam incumbentibus Theodoro Gaza, Leoniceo, Mabardo, Copo, Ruellio, et alius plerisque ætatis nostræ *ἀργυράτοις*, qui Angiæ illud barbarorum medicorum stabulum e Græcorum fontibus abluentes, ejus disciplinæ candidatos ad ea collinare docent, sine quibus *ἀσκησι* τείνονσι.

Ad jurisprudentiam (hoc est *νομικὴν*) vemo, professionem et arplissimam et religiosissimam, nempe Reipub. humanæ societatis ac pacis tenende magistratam. Quæ arte quum et hæc Academia maxime celebratur, et nos olim, nondum satis politionum literarum viatico instructi, ad hujus studium perpulsi, atque etiamnum studiosior nostrorum scopum definximus: ne illotis manibus tam serice ac sacrosanctæ artis studium capesseremus, (quæ divinarum humanarumque rerum, justæ et injustæ notitiæ proficiter) Imperatoris consilio admodni existimavimus satis *παλαδοφροσύνην ἢ δειξιὸν κακῶν*, ut dicitur in proverbio: et ad utriusque linguae studia, veluti ad suavisimas pellices reversi, tantisper dum illarum consuetudine instructis atque exatiatis liceret cum legitima pro dignitate *σπουδῆ*: quum citra illas, nullas severiores disciplinas exacte tractari posse exploratum sit. Jam vero sat scio esse plerosque sic persuasos, ut existiment ad jurisprudentiæ studia Græcam eruditionem non tantopere requiri: quos tamen, si me patienter audierint, bonam spem concipio, sententiam eos immutatos. Primum enim nemo diffiteri potest, juris nostri originem et reipub. instituende formas Romanos a Græcis petitas instituisse. Deinde (ut ante quoque commemoratum, Romanis Græcam linguam familiarem et in deliciis habitam) majorum gentium jureconsulti, qui justitiæ magis quam imposturarum ac litium studiosi, quum utriusque lingue periti et in omni disciplinarum genere exculti essent, non existimabant quæquam fore tam impudentem qui ad hæc religiosissimam artem accederet, nisi et ipse Græcæ eruditione instructus esset. Unde subinde e Græcorum thesauris *καίματα* proferunt, quibus vel in respondendo vel interpretato jure utuntur: non solum voces et sententiæ Græcorum philosophorum, poetarum, oratorum, tanquam gemma et lumina orationis, ad res significantius experimendas, adque propositum probandum sufficientes, sed et epistolæ et rescripta Impæ. atque aliorum jureconsultulorum responsa Græco sermone subinde inserunt. Neque id abs re: quantoquidem jurisprudentiam cum philosophia conjunctam, et Cicero et Ulpianus testantur, nempe politice ethiceque portionem esse. Philosophia autem cum suis predictisq; orbem disciplinarum complectitur, quam Quintilianus, vir in jureconsultulorum seminariis consulens versatus, causis agendis necessariam existit. Ad hæc jureconsulti committere fateantur, in causis dicendis philo-

sophorum, poetarum, oratorumque auctoritatem allegandam et recipiendam. Id quod Paulus jurecos. comprobat: quam Hippocraticam auctoritatem septimo mense partum legitimum nasci. Et Julianus sequitur Aristoteles sententiam in respondendo, qui tradit quinque simul liberos nasci posse. Etenim venditionisque contrahende modus ex Homero allegatur. Unde hic Accursius, quantumvis ab his literis alienus, tamen necessitate veritate ipsa compulsus, erumpere cogitur: Nota, (inquens) poetarum et philosophorum auctoritates in causis allegandas. Idque fecisse jureconsultos passim videre licet, suas t. l. et horum scriptis locupletantes: ut cum alias innumeris locis, tum ff. de t. l. ex Demosthene et Chryppio et Theophrasto, item ex Aristotele titula de usuris, et Platone, ff. de nudinis l. secunda. Sic tit. de penis, animadverso delictorum suppliciorumque ratio ex Homeri carminibus petitur, quemadmodum eo titulo capitalium causarum qualitas et Demosthenis sententia sancitur: sed quæ loca depravata lectoribus judicibus sæpe imposerunt. Notanturque hæc eruditioris litium deciores, ob linguarum meliorumque literarum incitium capitaliter hallucinationes plerisque. Animadverterunt igitur jureconsulti veteres, non modo lenocinios verborum, sed sententiarum etiam gravitate scetere literas humaniores: quæ etiam testimoniorum et judicati non raro obtineant vim. Solon, e septem Græciæ sapientibus unus, Homeri versus sententiam suam, judicibus approbasse dicitur: ut videlicet Salamin insula a Megarensibus occupata adjudicaretur Adiensensibus, abicatis Megareis. Quare non temere a Justiniano Homerus omnis virtutis eruditiorisque parens celebratur. Et quantumvis jureconsulti, qui juris prudentia sylvam pervagati fuerint, non est obscurum, leges exacte recteque intelligere citra Græcæ lingue peritiam perinde esse ac si quis sine pedibus ambulare tentet: tamen quis hic mihi ex his que dicta sunt, ἀπαρτίη credere nolit, hinc ego jubebo mox aspiciere ea que sunt ante pedes, hoc est ipsa juris incunabula: et reperiet in ipsa statim juris divisione, jus scriptum et non scriptum vocari ad imitationem Græcorum. ἴσως καὶ ἑρμῆς, ubi hæcenus imperitum vulgus ridicule legit, fonoi monoi. Verum ut hæc leviora, et que §. item pretium, tit. de emt. Et §. 1. de injur. item §. de subus ad l. Aquil. et alia plerumque Institutionum loca transilium, unum proferam de donatione locum, ubi donationis causa mortis, ratio et Telemachi Homericæ exemplo declaratur, locus hæcenus a paucis dum recte explicatus: ac primum (quod equidem sciam) a nobis ex Odys. libro 9. interpretatus. Id quod celeberrimi nominis jurecos. Claudius Canticula testari poterit: qui ex meo exemplari a me adnotata excepit, atque hinc alii quidam imitati. Quemadmodum et de pub. jud. obscuro loco et Xenophonte lucem addidimus. Ubi Accursius, cum Academicis jubei lectorem ἑρμῆς, Græcum (inquens) hoc totum: omittit. Sicut alias, hoc Græcum est: (inquit) quod legi non potest. Quid (obsecro) id aliud est quam cæcum cæco ducatum præbere, et utrumque in foveam, hoc est in errorem, provelere: o infelicia tempora! At vero ipsas Pandectas, hoc est apothecas, atque adeo juris vicibus campos ingressas, Deus bone, quam hic se offerunt multa nostrum institutum comprobant. Siquidem in ipso limine, hoc est titulo libri, offendere cogitur: ac nec ipsum proœmium intelligere poterit Græcæ lingue ignarus: ubi pro ἄδρας, ubi ἄδρας, loco πρῶστρας, coloritas, hoc est, pro gressibus Græcis nescio que κίβηλα et carminata, Græcæ videlicet lingue inopia, supposita atque imata sunt: in quibus tamen nominibus Justinianus juris civilis gradus distinguere voluit, quemadmodum et hodie Baccalareorum et Licentiariorum ac Doctorum vocabula recepta sunt: ut totius proœmii intellectus ex his vocibus pendeat. Ad eundem lapidem impingitur l. 2. C. de vet. jur. ennel. ubi pro κατὰ τὴν ἀρχαίαν τὴν ἑλληνικὴν, ubi Græcum est: et mox pro παρὰ τὴν ἑλληνικὴν, πατρίαν: perinde ac si hoc scripturam interpretetur *πιστέον*. Quid (obsecro) excogitari potuit absurdum: quam tamen totius constitutionis sententia in his lateat vocabulis, que de legum interpretatione loquitur. Lib. 5. ff. ex Adriani principis rescripto Græco, parum fideliter vero, Accursius hircum mulget, et Bartholomæo ac ceteri cribrum supponunt: utriusque inepti, privatum Atheniensem magistratum, hoc est ἀρχοντα, ad quoslibet magistratus referentes, genium rescripti sententiam pervertunt: ita ut incertum relinquatur quid sibi volerit princeps, quem dixerit, magistratus cognoscere de his rebus pro quibus tutores fuerint: non enim rebus tutores dantur, sed personas. Ad eandem errorem regulam exigi poterunt tit. de appellat. ubi Ulpianus disputat an adversus principis rescriptum appellari possit: ut si forte præses aliquis ad Imp. scriperit, atque responsum sit, an hic appellandi locus. Jureconsultus rescriptum Græcum citat: ejus tam verba quam sententia corrupte reddita, tamen oraculi vice legatur supposita, explosis genuinis. Nam pro eo quod Græce, *ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ τῷ βουλομένῳ ἀποκαλιθεῖται πρὸς τὴν ἀρχαίαν*, horum loco legitur, Provoceare habet enunciatione licentia existit. Ita ut Accursius senserit, ab enunciatione, hoc est a perverse principi narratis, appellari posse: quum sit accipiendum de eo ad quem provocamus, et ab ipso rescripto, non autem a quo: ἀρχαίαν enim hic non enunciationem (ut apud Aristot. ἀρχαίαν) significat, sed sententiam et responsum, ut Andreas Alciatus eruditè animadvertit. Succedunt non minoris momenti errata, inter que est Eudæmonis cujusdam supplex ad Antoninum Cassarem libellus. Tota lex Græco sermone a Volusio Metriano jureconsulto retetur: ex perversa autem interpretatione Græcæ legis, juris aliquot professores magni nominis in eum venerunt errorem, ut, hujus legis testimonio freti, affirmarunt imperium maris ad principem Rom. non pertinere: ut alio errore alium trahente, addiderunt, Venetos non esse sub imperio Rom. quum Græcæ ipsa, si rite intelligantur, exerte contrarium probent, atque omnem ambiguitatem fide discutiant: *ἔγω δὲ κέρως κέρως, ἔδὲ νόμος, τῆς θαλάσσης*: non quod Imp. non sit dominus maris, sed quod lege Rhodia iudicet, et non privata lege. Eiusdem notæ in L. Lucius, ff. de servit. inb. pr. Bartholi lapsus: nam interpretis imperitia veluti bubulis naribus ductus, nescio quis ἀποροδοῦντος comminiscitur distinctiones de concessionibus personalibus, et que ad heredem transeant: quum quod Græce legitur, *χαρὶς καὶ ἐν*, nihil ad heredes faciat. Possem innumera rescripta, epistolas, legesque integras, perinde atque alias Græcæ et vocæ et sententias, commonstrare: nisi ab eruditissimis nostræ ætatis jureconsultis Budæo et Alciato petere liceret, que passim per totum corpus juris sparsa, incitiatique hujus lingue depravata, periculosos errores pepererint, et Græce peritis perspicua sunt. Cujusmodi sunt, L. 2. ff. de legib. L. pen. ff. quib. caus. pæ. vel hypo. L. Ticia, et L. Codicill. ff. de leg. 2. Adde L. cum quis ff. de legat. 3. Item Alex. rescriptum §. de appell. L. 2. de nudinis. L. septima, ff. de pollic. Scavoie nuncium in L. thias, ff. de fidei-commis. hb. L. colorum, ff. de verb. sign. Postremo totum titulum de excusationibus l'æ. Græce scriptum si Modestinus ipse non fateretur, tamen orationis ductus clamaret, sordidus, et incultus, a quodam utriusque lingue æque imperio translatus: quod quis facile deprehendit (nisi proærus plumbeo sit ingenio) si cum mudo et culto jureconsultorum stylo conferatur. Ridiculum quam Accursius hic se torqueat, hasitans et Latinone in Græcum sermonem, an contra, conversus sit, in omnes formas pueriliter se versans, neque elabi potest: ut tacem voces que identidem occurrunt leges pervaganti, non parèntium tamen momenti: in quibus simul et is, quisquis est, qui Græcæ interpretanda suscepit, et cum hoc glossatoribus fide lapsi sunt, vel perserperant ipsa Græcæ interpretando, vel submotis germania nota inuenies: ut in L. 3. ff. de l. l. *ἢ τὸ πλεονεξίον*: et in L. observare, de off. procos. *ἐν ἑσθῆ, κατὰ τὸν, ἀπὸ τῆς ἑσθῆς*: et L. athletas ff. de his que no. infæ. ἄρβαστα. Sub tit. de edil. edi. morborum. Sub tit. de grad. nomen propinquitates, de verb. significat. omnis generis vocabula Græca occurrunt a jureconsultis citata, in quibus interpretandis ridiculus est Accursius. Unum proferam et quibus cetera, sicut leonem ex unguibus, licetibi astimare. Parabolanos inquit medicos

esse ab eo quod multas parabolas habeant et loquaces sint: et Archierontes, sacerdotes quibus delicta sua in metallum damnati consistant. Atque hac tanta fiducia sui profert (tanquam certus suarum interpretationum) ut quicquid, quantumvis ineptum, in mentem illi venerit, pro oraculo recipiendum postulet: revera quod a Thucyde dictum, τῆς μὲν ἀπαιτίας ὁρασίης efficere, declarans: quum alibi arrogantius jactare non pudeat, nomen sibi Accursio fataliter inditum ab accurrendo juris tenebris. Equidem affirmare potius auiam, ab accersendis tenebris nominatum. Sed dicit aliquis, de vobis iureconsultum, sicut nec medicum, esse solitum, si de rebus constat. Sed quomodo (obsecro) de rebus constare poterit, si voces quibus res significantur, non percipias? cui tandem divinare dabitur germanam legis sententiam, si verba quibus ea constat non intelligantur? Annon voces sunt rerum nota, sicut et scripta vocis sunt symbola? Quorsum attinet iureconsultos tam anxie de vocabolorum significatis disputare? quorsum titulus de verborum significatibus, et de legatis, aliquis passim legit, ubi iureconsulti in legibus et elictis vocum rationes diligentissime explicant. Condotarij facile poterat iureconsulti qui in infeliciose secula incidissent, si non ita terse aut etiam Latine scriperant, quam aliqui in respondendo plerique ingeniosi fuisse deprehendantur: verum qui tanta impudentia bona studia corrumpunt atque conspurcant, quæ suam ignorantiam tegant, si per Nemesium digni sint ut a studiosis omnibus lapidibus obruantur, aut certe stercore conspergantur. Eoque major gratia habenda Budeo, Alciato, ac similibus viris immortalis laude dignis, qui hoc Accursianum nobis sterquilinum exportant. Quanquam hic non desunt qui obgumant, non esse hac cultiores disciplinas de pane lucrando: hoc est, *ὄβρις ἤτις τὰ Δάφρα*. Certe L. munus, ff. de muneribus et hono. Arcadij responsum declarat, etiam iureconsulto necessariam esse harum cognitionem: ubi frumenti et olei comitores, *στῆλαι* et *δασύπυροι* appellati, a legeis explodi, ab eruditis Græcis lingua restituantur. Ceterum hic de priori jurisprudentia seculo. Italia vero et Roma Gothorum irruptione vastata, imperijque sede Constantinopolim translata, ipsa simul jurisprudentia schola eodem connavigavit: et quum tota Italia atque adeo Latino orbe exularet, in Græcia servata est. Imperator autem qui legum exuvias concenteraviat, quanquam analphabetus, tamen qua Græca ipse, et in Græcia aulam habebat, ac denique iureconsulti uteretur Græce quam Latine peritoribus, quorum opera leges descripsit: et quia ad populi usum ejus regionis leges conderet, necesse fuit promulgare sanctiones in lingua qua populus uteretur. Roma enim barbarorum incursum occupata, Beryto feræ motu diruto, sola Constantinopolis et imperij sedes et jurisprudentiæ schola fuit. Hic a Justiniano, (ut dixi) Græco principe, Græce editæ sunt Novellæ, hoc est *novæ* constitutiones: quas post Pandectarum, Codicis et Institutionum editionem, princeps ille veluti proprias ac absolutum juris promtuarum per suos consiliarios componi jusserat, Græcoque sermone vulgavit. Sed post in Latinum sermonem translate non minus barbare quam inepte, adeo ut sententiam pluribus locis parum assequi queas, hellenismo subolescente. Quum autem alibi Græcum exemplar conservari dicatur, spes est fore ut propædium in commanen studiosorum usum et magnam reipub. utilitatem produratum sit. Jurisprudentia igitur jam in solis Græcorum scholis versante, factum est ut et Pandectæ *κατὰ ἰδέαν* transferrentur in Græcum, et Institutiones, Pandectarum epitome, quo Romanorum ritus peregrinis gentibus declararentur, explicatus et copiosius in Græcam linguam translata Politianus testatur. Et nos eas et bibliotheca Bessarionis, quæ est Venetiis, exhibitæ inseximus, et loca quedam deceptissimus: futurumque speramus ut aut nostra aut aliorum opera Græcum exemplar Latinis scholis illustratum in locum propædium produratum sit.

Sed ne diutius vos removeri in iureconsultorum schola, et *saluti in propria arena longius expugnabilem* videam, ad theologiam consensendum, *causæ professionem* quæ sacrosancta religionis nobis oracula tradit, atque adeo salutis nostræ summam. Eæ vero quum et ipsa Græco vocabulo a verbo Dei appellerent, neque o spinosis questionibus, aut vanis sophistarum argutis, sed ex novo et veteri instrumento, eque Prophetarum et Apostolorum doctrinis, divini spiritus dono et inspiratione haustus, reverenter flagitanda sit: non video quo pacto eam assequaris aut certe pro dignitate tractare, deque ea recte judicare possis, si sermonis Græci, quo hæc tradita, rudis sis. Siquidem totum novum testamentum (quod nobis latum æternæ redemptionis munus exhibet) Græce ab Apostolis et Evangelistis traditum: quibus reliquis totus mundus nihil habet venerabilius. Ad hæc, ut in Græcia Christiana fides plurimum propagata, et Christiani primum appellati, ita theologos nobis præbuit æ regio et scripturæ singulari peritia et eloquentia vitæque sanctimoniam commendatos. Nam quos talis, obsecro, ab Apostolorum temporibus ulla lingua vel atas, quos cum Basilio, Chrysostomo, Nazianzeno, Eusebio, Origene, Theophylacto, Athanasio, Epiphaniu, atque innumeris aliis, iisque gravissimis, Græciæ theologis conferas?

Aliquanto post.

Porro quanquam declaratum sit, nullas apud Latinos disciplinas citra Græcarum literarum eruditionem exacte tractari posse: idque ita clare commonstratum per omnia Latinorum studiorum genera, ut inficari nemo possit: tamen non desunt passim in academiis literarum hostes, qui, non dico, müssent apud se, sed publicas etiam decretes ab his linguis deterrent. Quorsum (inquunt) hæc studiorum novatio? quid nobis cum istis linguis, jam plus octingentis annis hic non usurpatis? et tamen hæc ætas nobis ingentia illa præbuit et theologice et aliarum professionum columnina? Thomam, Scotum, Bonaventuram: qui ob singularem in scripturis vel emnesitatem, vel perspicaciam, doctores sancti, subtiles, scrupulici, irrefragabiles appellati: item Bartholomæum, Baldum, Alexandrum, Durandum, juris monarchas: in medicina, Averroem, Arnoldum de villa nova: in philosophia, Occam, Buridanum, Tartaretum, quæ innumeros alios in sua professione celeberrimos viros, qui Græcæ literas nunquam attigerint? Quod autem dicunt hæc linguæ esse novam: quid audio? novare hæc linguæ? quia ipsæ eam non didicerunt? quum Græcam constet ante Latinam fuisse, et qua omnes disciplinas traditas, adque Latinos velut e fonte derivatas, supra satis demonstratum arbitror. Certe constat, hæc a nostris olim usurpata, et ante his mille annos Celtas et Germanos hæc linguæ usum, cum in reliquis fere rebus, tum privatis rationibus et tabulis, Cæsar ostendit Comment. belli Gallici.

Nihil olim apud Romanos referebat, Græcæ in Latine loquereris, quum Romanorum literæ in fastigio essent: et Claudius Cæsar utramque linguam, nostram appellare solebat: qui et ipse Romanus Græcæ scriperit historias, quas citat Steph. *ἑστὶ τῶδε*. Imo et Rome natos, neque Italiam egressos, Græca monumenta reliquisse. Adde, Gallos et Germanos hæc lingua non modo in scholis, sed publicis administrationibus usos: ut de Carolo et Friderico Imp. inque nostra lingua tam multa ejus linguæ vestigia extare, supra admotum. Et hinc est quod Quintilianus (qui viginti annis juventuti instituendæ præfuit) Græca cum Latinis non solum conjungenda censuit, sed a Græcis etiam suspicari: quem morem sua ætate durasse, T. Livius lib. 9. ab urbe, narrat. Et Pontifices atque Imperatores hæc respexerunt, quum decretis, privilegiis ac stipendiis harum linguarum profectores in publicis scholis instituerunt. Porro quod atas hæc aliquot seculorum præclara tulerit ingenia ex omni scientiarum genere, non diffiteor: attamen longe futuros absolutiores si in feliciora secula incidissent, et hujus linguæ presidio adjuti fuissent. Negare enim non possumus, quin plerique

foede hujus inopia lapsi sint: et haud dubie longe rectius et elegantius sua quique scripta tradidissent, si Graecorum litera exornati fuissent.

Paulo post.

Sunt et alterius classis harum literarum impugnatoreS Suffeni, qui etsi scioi et rhetoricastru videri velint, et Latine lingue deos se existimantes: id inde est quia vident hujus lingue peritos praeferru, literaque felicitu tractare: vulpecula instar .Esopicae, quae, quum pira in arbore assequi non poterat, insipida cavillabatur: ad eundem modum et his literis destituit, et tamen eruditulu videri volentes, antequam sugilandi captant occasionem: acute se et valde salse impetisse studia rati, quoties vel Graeculos esurientes per contumeliam appellent: vel illud ζῆλος καὶ φρονήσι, ex poeta, in Graecorum mores jactent. Mirum autem quam sibi Cicero-nianu videantur, quando illas ex oratione pro L. Flacco calumniam tabellas proferunt. Ceterum donemus, quod Cicero testatur, Graciam a veteri illa, quae gloria, opibus et imperio floruerit, degenerasse: fuerintque, serviente Gracia, tales aliquot Graeculi, vel leves, vel turpiter quibuslibet quæstibus expositi, quales taxat poeta, et Lucianus notat in libello περί τῶν ἐπὶ μισθῶν σοφιστῶν: an ex illis deget universam gentem æstimare, aut linguam execrari tam multis modis utilem? Perversum per Nemesin certe iudicium. Quin pro his producunt Aegestios, Socrates, Phociones, Aristides, et innumeros alios, vitæ continentia morumque gravitate insignes: et totidem quot apud Romanos, qualescunque virtutes spectes: adeo ut Plutarchus in πρὸς ἀλλήλους; non dubitaverit cum Romanis præstantissimis Graecos modo et virtute non inferiores opponere. Quod si paulatim veterum morum severitas una cum imperio declinaverit, ut esse rerum vicissitudo, ut nihil usquam stabile: quid mirum? quum idem hodie liceat cum in aliis gentibus tum in Romania desiderare, si cum veteribus comparas.

Paulo post.

Quod si Græcis voces sunt ad quamlibet rem significandam, etiam parum pudicam, appositæ, sunt in eadem lingua quæ sacrosancta mysteria eadem dexteritate expriment. Quare non vitium hoc, sed laus est lingue, posse significanter et vivam rem exprimere: quo dono siquis abutatur, id non lingue sed abutentis vitium. Quod si ea omnia abijcenda essent que in abusum rapi possunt, ipsa elementa tollere et medio necesse foret. Neque Græci solum laudibundis verbis utuntur, verumetiam Latini Cœciliam meum et suavium, annuila vulgula, blandula, dixerunt. Quod si quis re per se non inhonesta male ad obscenitatem abutatur, impuri hominis, non lingue, morbus est. Romanis antiquam severitatem obtinentibus, Graecorum elegantia, luxus videbatur: nunc mirum si Cicero, Græcis alioqui parum popularis, quo causam suam, hoc est Latine lingue eminentiam, commendatorem redderet, Graecorum fidem moresque elevarit apud suum populum, quo nullum nimen præsentis duccret, palpando, atque linguam, cujus ipse princeps fuit, velut simis suos catulos foret? Non immerito repetuntur (ut testatur Hieronymus) atque adeo ingrati tudinis a Græcis accusatus Cicero: quum ipse fateatur præclara illa ingenii ornamenta, philosophiam et oratoriam facultatem, a Græcis accepisse, atque Athenas invetrices vocet omnium doctrinarum: in quibus summa dicendi vis et inventa et perfecta sit: neque quoquam vel in philosophia vel alio quovis eruditissim genere citra hæc literas posse quicquam laude dignum præstare. Cujus rei fidem majorem facit, quod filium, quem unice diligebat, Athenas miserit, ut suo exemplo Græca cum Latius conjungeret: idque non in philosophia solum, sed in dicendi quoque exercitatione. Unde satis liquet, Ciceroem in hac causa perinde atque in aliis quibusdam, non ex animo sed contra conscientiam testimonium plerumque scripsisse. Neque dubium quin si Græce lingue, uti Latine et a se illustrata, patrocinium suscepisset, aliis usus fuisset argumentorum, et diversa longe protulisset. Verum enim verum quum Latinam, etiam (si diis placet) Græca locupletorem facere contendat, et ostendere, Græcos vocæ, quæ inepti significato exprimitur, carere: hic quam fuerit æquus, facile intelligunt qui Græce norunt: quum eam significationem non semel expriment, et vocabulis oppido quam apposita. Id quod erudite simul et copiose declarat utriusque lingue antistes Guilelmus Budæus. Quod si donetur Græcos eo vocula carere, non tamen ex hoc protinus convinceretur, Græcam linguam jejuniã esse, et Latinam Græca copiosiorẽ: si expendamus quam multa sint que quum Latine dici commode non queant, Græcis vocibus efferrim: ut liquidius ante demonstratum.

Paulo post.

Jacebant logicæ disciplinæ cum mathematicis: philosophia omnia obscurata, hæc lingua semel sublata: medicinis cum jurisprudentia, poetica simul et historica: brevier omnes disciplinæ et monumenta ingeniorum sic barbarorum commentis conspurcata fuerant, ut, nisi hæc lingua revivisset, ad solidam eruditionem perveniendi nulla spes affulgeret, &c.

HENRICI STEPHANI AD LECTOREM

Epistola, seu Prefatio in suum Thesaurum Linguae Graecae.

ΓΛΩΣΣΗΣ τοῦ θησαυροῦ ἐν ἀποδόσει αὐτοῦ
Φιδαλῆς, πολλῆ [ἐπιπέτῃ] ἐν χάριτι κατὰ μέτρον ἰδέσθαι,
at Ascræus olim vates cecinit: at ego, non ut αἶψι, sed ut παραδίξω, canere de Græca lingua non dubitarim,
Γλώσσης θησαυροῦ γλώσσης παρὰ πάντων ἄριστος
Ἑλληδικῆς, πασῶν χαρίτων τῶν μέτρον ἔχουσα.

Æquis enim dici vel fingi præstantior et major thesaurus possit quam is qui ad alios etiam maximos thesauros, vel potius ad eos qui soli vere sunt thesauri, quosque possessorum quilibet et facile et tuto portare secum potest, (ut Pricænis ille Bias se omnia sua secum portare siebat) tumim ad omnes liberales et ingenias artes, viam nobis aperit? Quæ vero χάριτες non comitantur cum sermone qui ipsas etiam deas que ἱερουργίας appelluntur Χάρτες, reddidit χαριστήρια? Si enim alio quam Græco sermone loquantur, non videm χαρίεσσα ὅσα fundere poterim. Adeo ut quemadmodum ait Hecuba apud Euripidem,

—ἀδύς γὰρ ἐκ τ' ἀδοξούντων ἰδὼν
Κἄν τῶν δοκίμων, αὐτὸς εὖ ταυτοῖσιν εἶναι:

ita dici possit, (si et hic παραδίξω mihi liceat)

—λόγος γὰρ Ἑλλᾶδος τις ἔστιν
Γλυστὴς τι καὶ ἄλλος, ἀπὸς εὐ ταυτοῦ στίχου.

Et merito: quum Græcus ille sermo dulcior melle fuit. Nam quod de Nestorea lingua testatus est Homerus,

Τὴν καὶ ἀπὶ γλώσσης μάλιστα γλυκύνει μέν ἀπὸς:

id generationem etiam de Græca (si alia cum ea comparantur) dici posse videtur. Sed hæc lingua (quæ est ejus miranda felicitas) quamvis susapte natura sit *μάλιστα γλυκύνει*, valet etiam, quum res postulat, verba fundere *υπερβαρῶς ἑκάστα χρισμῶσιν*. Quid quod unum idemque vocabulum et *λακίον* et *τραγέλιον* hæc lingua potest: annon hoc non miræ solus sed propemodum incredibilis felicitatis existimari debet? Enimvero quoniam veror ne, si ulterius orationem meam in hujus lingue laudes provehi sinam, fatissimum illum campum ingrediar unde non facile abduci possit, jam nunc eam, alio convertendam censeo: præsertim quum ab aliis scripta illius enomia hic addituræ sim, et hoc argumentum ipse quoque scripto illi peculiari et paucæ cum aliorum encomiis communia habeat, tractare aliquando decreverim.

Equidem, si quidam amoris vehementia *Res minime pulchre, pulchre tamen esse videntur*, vel (ipsissimis Syracusanæ poetæ verbis) *τὰ μὴ καλά καλὰ τίθειν*: non erit quod quisquam miretur si linguam hæc, quam nemo pulcherrimam esse vel negat vel negare potest, inusitum mihi a teneris propemodum ungueulis ejus amor, aliquid amplius quam pulcherrimam videri coegerit. Sed in hoc meo amore verum non comperitur quod poetarum Latinorum *ποικιλότερος* testatur, — *ignoti nulla cupido*. Linguam enim Græcæ cupido jam tum me incessit quam vix de nomine mihi nota esset, vixque ipsas elementorum ejus notas a Latinis posse discernere: ita ut oculi in hoc amore, sicut in eo quem elegiaci poetæ decantant, duces, fuisse minime dici queant. Ac nihil magis de auribus dici hoc potest, (ut illorum canit unus, *Pro lena multis vos sua sæpe fuit*) quandoquidem hæc lingua me in sui amorem jam tum pellexit et rapuit quum aures ne de modulatione quidem ejus (etiamsi eas quodammodo titillare viderentur) ullum ferre judicium possent, quum potius ejus *αἴθιοι* tanquam *ὄφες πρὸς λόρα* essem. Fecit denique hic non solum inusitatus sed præproperus etiam et præcox amor ut Græca lingua discenda mihi ante Latine esset. Hoc autem quo miraculo contigerit, quoniam alibi scripsi, miram in ita quæ editioni poetarum heroici carminis principum præfixi, (ibi enim quum vis quæ de poetica laudibus scribere institueram, aliquid *πρὸς τῆς ἡμετέρας φιλομουσίας* ab eo argumento non alienum præfari vellem, ad narrationem illam mea delapsa est oratio) siqui jam ibi legeris, minime repetendum illis nunc fuerit: at is qui nondum lectum legere cupient, locum indicasse contentus erit.

Sed vide, obsecro, lector, quomodo in meo illo præcoxi (ut dixi) Græcarum litterarum amore providentia Dei optimi maximi jam tum semina quædam hujus tam operose *παραμύτης* includeret. Quid enim amor ille fecit? vel potius quid non fecit? Eo accessus, Herculeum quendam laborem, qui exantillans in ea erat, electari potui: eo inflammatus, tantam laborum asperitatem tanta voluptatis dulcedine temperavi, ut quemadmodum Prometheus et Pelopis patens dulci sono decepti laborum ferunt, ita ego sæpenumero Sisyphæi quod volvendi saxi oblitus fuerim, atque id a me volvi minime senserim. Quot enim quantasque difficultates objectas mihi fuisse potui? quam confragosa et salebrosa, quam prærupta per loca pervaupendium mihi fuisse creda? Quoties tantis difficultatibus deterritum pedem referre voluisse arbitraris? Verum ut de *Ænea* cecinit Maro, *Vicit amor patriam*: ita de me affirmare possum, *Vicit amor lingua*. Quinetiam cum eo amore cupius ex poetis elegiacis mentionem feci, meam *compare* in multorum malorum tolerantiam posse. Apud eum qui omnium ingeniosissimus *non immerito* censeatur, legemus,

Quis nisi vel miles vel amans et frigora noctis
Et denso mistos perferet imbri nives?

Alius quidam hoc de se, ut amatore, proficitur,

Non mihi sæva nocent hybernæ frigora brumæ:

Proh quam aspera frigora non dicam mihi non nocuerunt, sed tanquam non nocentia, patienter a me tolerata fuerunt! Possunt illi amantique illi militi in eo item me adungere quod ab eodem poetâ canitur, *Percipiant ambo*. Magna enim ex parte vigilas appellari mea hæc scripta possunt. Quid de inedia tolerantia dicam? In ea me et milites et amatores quoslibet superantem non domestici mei solum sed etiam quicumque domum meam frequentarunt, non sine admiratione sæpenumero viderunt. Unum addam, in quo idem multos me id genus amatorum vixisse, nemo negaverit. Canit de amica sua quidam,

Quinetiam sedes jubent si vendere vitas,
Ite sub imperium sub titulumque lares.

Quam paucos in animum inducere putamus ut idem propter amicam faciat? At ego propter amicam meam linguam Græcæ et præ ardenti construendi ejus *θεσαυροῦ* desiderio, pene universas meas divitiolas paulatim *ἀπὸ τῆς θησαυροφυλάξ* repente me *ἐκτὸς θησαυροῦ* utinam, non tam vere dicere possem. Et hæc quidem sunt quæ cum illo amatorem genere, partim cum coram multis, partim cum paucis communia habeo: (quorum commemoratio nequaquam mira videbitur ei qui celebris illius versaculi meminert, *Ἡβὴ τὴ τῶ εὐάνθου μερῶσιν ἔτινα*) at vero quod in eorundem malorum tolerantiam commune cum illis non habeo, id demum est quod me solat: nimirum fructus quem ex meis qui cum tantis malis conjuncti fuerunt laboribus, non a me tantum sed a multis hominum millibus perceptum, ingentis thesauri loco futurum spero.

Ut autem et ipse de hæc spe meæ degit opinione quam concepi judicium ferre possis, audi obsecro quæ in hoc opere præstiterim, et in quibus potissimum præstidum sudaverim. Primum quidem me est nec prius audita vocum Græcarum dispositio, quæ eorum maxima pars ad suas origines, tanquam rivi ad suos fontes, vel stirpes ad suas radices, revocantur: quæ derivata nonnquam docentia, interdum trecenta ad unum primitivum ita reducuntur ut litteræ ne ipsa quidem permixtum collocentur, sed in certos ordines distribuuntur. Hæc autem series (propter quam indice opus huic Thesauri fuit, ut etiam in præfatione illi præfixa docuit) vix dici potest quam multa hujus lingue studiosos afferre commoda et adjuncta possit: tria quidem certe afferit longe maxima: quod lector magno labore quaerendi per diversos sparsa locos, et eadem in diversis legendi, fœvetur: quod a primitivis derivativa digrosceat, et quomodo factæ sint derivationes, primo aspectu intueatur: quod uno eodemque loco et in promptu habeat quæ mutam quodammodo lucem sibi afferant, et esse muto explicitent. Adde quod hæc series ditiores (ut ita dicam) reddere videtur Græcæ lingue divitias: et quæ antea locupletissima verborumque omnia generis fecundissimæ esse visa est, facit ut multo etiam locupletior fecundiorque quam credita sit comperiatur: ut etiam dixi in epistola ante biennium excusa, quæ ad multos multorum amicorum, de meæ typographiæ statu, nominatimque de meo Thesauri lingue Græcæ, respondit: ubi et alia pleraque non solum hæc de re sed etiam de aliis ad hunc Thesaurum et ad vulgares lexicæ pertinentibus disserui: quæ in hac præfatione (quam et præterea et animo minus quam in alia operis parte tranquillo scripsi) non immerito desideraturus sis. Ceterum tu quoque pulchram esse hæc meam vocabulorum antea

pervictorum et confusorum dispositionem, fateberis, sat scio: sed ad καλῶς, addito γρηγορίῳ: et Græcum proverbium hac in re, non minus quam in alia ulla eorum que ad linguam Græcam pertinent, ἀλλόθεν existimato. Atque utinam non tam expertus loquerer: utinam dispositionem illam mihi asserere non possem: utinam mihi nihil deberet: nec me vix decem esse, sed monstratum ab alio quopiam sequi oportuisset. Vix enim illis exprimi verba potest cum quibus mihi difficultatibus luctandam fuerit, et quoties de me dici illud poterit.

*Ut stat et incertus qua sit nobis nesci eundem,
Quum videt ex omni parte victor iter.*

Quam enim omni ex parte viam vel potius viarum inexplicabilem errorem et labyrintho similem cererem, quomodo non lassissem? sic autem hærens animus qui potuisset in varias sententias non distrahi? Nec vero mihi in his labyrinthis aliquod Ariadocum filium, tanquam aliter Theseo, auxilio erat: sed idem quod Terentiano Getæ usumvebat, ut in me omnis spes esset mihi. Lexicographos omnes, scholasticos, grammaticos, cunctos denique qui aliquid ad Græcæ linguæ cognitionem pertinens scripserunt interrogabam: sed in maxima parte eorum que sciscitabar, magis multi quam pisces erant: sicubi autem sententiam suam proferabant, idem mihi continebant quod Demiphoni apud eundem comicum, quam ab advocatis quoque consulat, incertior quam antea reverteretur. De plerisque enim derivationibus aut tacere aut inter se dissentire veteres quoque grammaticos, de nonnullis vero eisdem diversa diversis locis, aliquando etiam contraria, sentire comperiebam. Scio autem fore multos qui et hujusmodi disensionum et aliarum quas dixi difficultatum exempla requisitari sint: sed ea in Thesauri hujus corollarium jam inchoatum reservanda censui: ubi etiam plurima ad reconditiorem linguæ Græcæ cognitionem pertinentia, nec adhuc a quoquam tractata (inter alia autem, ea que ad Atticam dialectum et ceteras pertinent) Deo favente tractabuntur. Sed interim si quis hoc ipsum opus evolvere non gravabitur, suo desiderio aliqua ex parte satisfactum esse dicit. In aliquot enim locis, et illius discrepantia et multorum que lexicographi vel scholasticæ vel alii grammatici nobis pro oraculis obtrudunt mediocriorum mentionem simul et reprehensionem inveniet. Quod si verum est illud, — in magnis et voluisse sat est, mihi æquus esse debetis lector, qui omnes propemodum difficultates oppugnavi, plurimas vero oppugnatas, etiam expugnavi.

Illud tantum circa talem vocabulorum dispositionem laborem excipiebat alius non minor, vel potius multo major, disponendi itidem ordine certæ significationes, et singulas quasi fieri possent aptis exemplis confirmandi: quæstionem eas que in superioribus lexicis tractatam (ut ita dicam) collocatam esset, examinandi, et veras a falsis dijudicandi. Quod enim ad ordinem attinet, plerumque una significatio primum locum certis de causis mereri videbatur: sed ecce statim aliam, que de primatu cum ea contendebat, et cui itidem rationes sue deesse non videbantur: adeo ut subinde supersare illud possem.

Et magis hæc nobis et magis illa placet.

Quid? an leveham difficultatem fuisse existimas, quum animus meus, quamcumque se in partem verteret, nihil nisi varias dubitantes causas intueretur? Quid certi, quæso, statuere poterat qui vagabatur et errabat, — ut a ventis discordibus acta phænelus? Expectandum certe erat dum utriusque rationibus, que prima fronte verisimiles esse putabantur, in utraque lance positis, alterutra præponderarent. Siquando autem in æquilibrio manserit eas videbam, lectores admovebam. Vulgaris enim lexica ne hic quidem ullo mihi adjuvamento erant: utpote in quibus tam parva vel potius adeo nulla hujus ordinis significacionum habita fuerit ratio, ut linguæ hujus vel mediocriter periti multa ibi præpostera esse antumbrare possint: et caput plerumque ibi poni ubi ponendi pedes erant: nonnumquam vero in insula permixturam significacionum turba sine catera nec caput nec pedes apparere. Adde quod sæpe in iisdem contingit ut ex duabus significacionibus una plane falsa sit, et quam aliquis ex male intellecto quopiam loco somniverit: altera, vera quidem sit, sed falsum quod ad confirmationem ejus subjungitur exemplum: id est, falso (utpote nihil commune cum illa habens) asseratur.

Ad alia multa incommoda hoc accedebat, quod quum vulgaris illa lexica, non παλλὰ μὲν ἰσθὰ μωρογίαια, παλλὰ δὲ λογγὰ, sed contra παῖμα μὲν ἰσθὰ, παλλὰ δὲ λογγὰ, habeant, (idque potissimum in significacionibus recensendis) vel utraque sint ἀίσθητα, vel τὰ λογγὰ potius quam τὰ ἰσθὰ auctor nominetur. Cui enim propositum hæc essent divinandum mihi erat, deinde ad investigationem veniendum. Mihi siquidem propositum hoc erat, ut quoad fieri posset, nihil quod alicujus momenti et minime vulgare foret, sui auctoris nomine careret: ut unum hoc modo ab aliis me discernerem, ac omnem honore suo fraudarem. Sed paulatim ita me divinationi illi assuefeci, ut quid Budæi, quid Erasmi, quid Petri Victorii, quid Josephi Camerarii, quid aliorum esset, conjectura facile assequeretur. Unde fiebat ut in plerisque locis, unoquoque eorum quos nominabam, suas repetente plūmas, furivis coloribus bella illa leuica nudarentur. Interim tamen non dissimulabo me auctores non invenisse quorundam que non contempnenda erant, quorundam etiam que erant ejusmodi ut si non omnino vera, saltem aliqua ex parte verisimilia viderentur. Sed quum minime prætermittenda censerem, quamvis de his ἰσθὰς cogere, (præsertim quum nullis confirmarentur exemplis, ut ejusmodi que non facilia inventa apud ipsos scriptores essent: præterquam quod, ne querere quidem semper vocabam) hæc rationem mihi, ut saltem in vulgaribus seu vulgaribus lexicis ea legi indicarem, eorum nomen pro auctoris nomine quod celant, afferere, simulque fidem penes ea esse volem. Ipse autem non solum multas significaciones ab aliis omnibus prætermisissas, aut ommissas earum exempla addidi, vel aliis auctoribus confirmavi, sed etiam quoties in alicujus vocabuli significacione, aut alicujus loci interpretatione, vel a doctissimo Budæo, vel ab alio quopiam dissenso, id minime dissimulavi, (quippe qui in nullis magistris verba jurassem) sed semper aut certe plerumque rationem cur ab aliis dissentirem adjuixi. Ac istorum quoque omnium exempla in eo cuius paulo ante memini Thesauri corollarium habebis. Quinetiam quod attinet ad ea in quibus a doctissimo Budæo sententia discessi, spero fore ut si is qui illis attuli rationibus tibi non satisfacit, vel in eodem Corollario, vel quum eadem illius in linguam Græcam commentarios satisfaciam. Cogito enim de libri illius editione que habeat cum alia quibus multo quam antea utilior reddatur, tum vero mens in quosdam locos annotationes.

Hæc sunt, lector, que ad illustrandam Græcam linguam, præsertimque ad discutiedas tenebras quas ei lexicorum vulgarium consarcinatorum offuderant, primus ego præstiti: parentis mei Roberti Stephani (cujus tot tantaque in rebus, literarum merita extant) exemplum secutus. Eum enim in suo Latine lingue thesauro multas itidem errorum nebulas que in precedentibus dictionariis erant, discussisse, nemo est qui ignoret. Spero autem fore ut paternis vigilis meas aliquando addens, illud Thesauri Latine lingue opus cum aliis rebus tum vero vobis dispositione ei simili qua in Græcis usus sum, luculentius reddam.

Sunt quidem certe et per hoc ipsum opus sparsa nonnulla que obiter de quorundam Latini sermionis vocabulorum aut loquendi generum significacionibus adnotavi, non prius (quod quidem sciam) a quoquam indicata, Quinetiam animadverti, dum ipsum conscriberem, multo plura Latinos a Græcis sumisuisse vocabula, et plura etiam ex Græca phrasi mutuatos esse, sive pluribus modis linguam Græcam esse imitato, quam vulgo

existenter. Ex vocabulis quae Graeco sermone summissae mihi visi sunt, (a nemine tamen adhuc annotatae, quod sciam) sunt Bifarius et Trifarius. Nec enim dubito quin haec Bifarius et Trifarius (unde sunt adverbia Bifarium et Trifarium: ad quorum formam fictum fuit Multifarium) originem habeant a Graecis *διφάριος* et *τριφάριος*: ut nimirum ita hic mutatur *r* in *r*, ut in quibusdam aliis quae ex eodem sermone in suum transierunt: veluti in Valerii et Furi, pro antiquis Valesii et Fusi, in Muses et Plusina et Asena, pro Mares et Plurina et Arena, alisque quorum Varro et Fabius meminere. Nihilque nos talis mutatio literarum unum movere debet, quoniam videamus in aliis quoque mutatione esse usos: et ita quidem ut alicubi hanc litteram in illam, et vicissim illam in franc verterint: veluti quum pro *μελέω* dixerint Meditor, *λ* in *d* mutantes: vicissimque Lacryma seu Lacruma pro *λάκρμα*, (sicut Livium Andronicum Dacruma dixisse testetur Festus) itidemque Ulysses vel Ulyxes pro *Ὀδυσσεύς*, ex *d* facientes *l*. Verum ut ad alia veniam exempla illorum quae dixi vocabulorum, (quae nimirum a Graecis orta mihi visa sunt, quamvis esse illorum originem a nemine observatam invenierim) nomen Cachinnus Latinus ex Graecis et quidem comicis habere comperi: nimirum ex voce illis usitata *κακχίν*. Nec dubito quin Emulor sit ab *ἀμύλλωμα*: quin Pronus sit a *προνοία*, (hinc enim deducere malo quam a *προνοίς*) quin Spolia sit a *σπόλια*, quod fortasse *γλασσηματικόν* est, significans *τὰ παραλλήλαια ἱστία ἀπὸ τῶν σκαλῶν τῶν προβάτων*, teste Hesychio. Ex *κολάση* non solum Collis, sed etiam Columa deduci existimo. Atque ut ex *γρησάκη* seu *γρησάκη* sit Nosco, aphareis prioris syllabae, et ex *ἀμύλα*, Mulgeo: sic ex *νίμος* factum esse puto nomen Mos, ex *κακιστοίης* factum esse suspicor Teres. Ad particulas item nonnullas quod attinet, ut In praepositio est ex *iv*, ita En pro Ecco, esse ex *iv*, (unde est *iv* *ἔνδ* dictum in *παρολλήριον*, sive *iv* *ἔνδ*) et Dum, in Ehodum et Agedum, esse Graecum *δμ*, quo utuntur itidem in *δμ* *iv*, propemodum persuasum habeo. Quinetiam unum idemque vocabulum in una significatione Graecam originem habere puto, in altera non item: ut Ita: hoc enim adverbium, quum adjunctum habet particulam Ne, ex *stra* esse arbitror, sed eo quod indignationi servit. Animadvertei praeterea quaedam esse vocabula quae ab alia voce Graeca deducenda sint fortasse quam deduci solent. In exemplum afferam nomen Forma: (quod meliora quaedam et certiora exempla in mentem non veniant) quamvis enim rationi consentanea sit derivatio a *μορφή*, sic inverso syllabarum ordine ut in Teda ex *ταῖς*, (sicut et *δὲ* invenitur) aliquis ex *φορμῆς* potius sumtum esse suspicatur, quamvis huius derivationis ratio ignota sit. Observavi insuper, ex his citatis vocabulis quae apud priscos Latinos in usu erant, pleraque originem Graecam habuisse. Quae in numero est Cluere, a *κλύω*; item Clepere a *κλύετον*: (neque enim dubitare debuit Varro esse hanc a Cluo, an ab illo Graeco verbo: potuitque fortasse et *κλύετον* dicere) Item Calare a verbo *καλέω*, unde Calata comitia, et Nomenclator: pro quo alii scribunt Nomenclator. Necnon Auclare et Exauclare, ab *ἀνύλω* et *ἔφατλαν*: quod non animadverentes quidam, dubitarunt an altera scriptura, Auclare et Exauclare, recipienda esset. In hoc numero est etiam Dadala (quo et Virgilius usum est) pro Graeco *δαδάλοντα*. Quibus cum alia plurima possunt adii, tum vero praepositio Endo, pro In: nam Endo ex *ἔνδ* esse, persuasum habeo: licet et simpliciter pro In accipitur: sicut *ἔνα* apud Homerum legitur pro *iv*. Huius autem praepositionis usum apud Lucretium quoque non uno in loco habemus. Sed quum ejus significatio ignoraretur, et vox corrupta esse crederetur, e quibusdam locis ejecta fuit, in quibusdam superiorum editionum, et alia in ejus locum reposita, nimium audaci (ut in aliis plerisque locis) conjectura. Sic et apud Lucilium,

Quam lepide lexis composita ut tessule omnes

Arte pavimento atque emblemate cernisierato,

pro *Endo pavimento*. Neque Endo tantum, *scenam* etiam Indu dicebant, sed potius in compositione.

Jam vero et comici multa et Graecis mutati sunt, e quibus nonnulla ceteri itidem scriptores post eos usurparunt, quorundam vero parvus apud alios aut etiam nullus usus fuit. Neque enim quaedam duntaxat composita in Latinam linguam introduxerunt comici quae apud Latinos appellacionem non habebant, aut non tam significanter: ut Sycophanta, et ab eo deducta Sycophantia, Sycophanticus, Sycophantiosus, (unde et adverbium Sycophantiosae apud Plautum) Sycophantari. Quibus adde Parasitus, Parasitor, necnon Parasitaster. Adde et Asymbolus (quamvis enim Donatus hoc nomen inter parasitos confictum atque compositum esse tradit, in eo compositionis Graecae analogiam servari, et apud Graecos quoque inveniri constat. Sed et substantivum Symbola, unde illud adjectivum factum est, vocabulis quae comici Latini et Graecis primi sumserunt, annuere possunt: et in plerisque eorum locis ubi Symbolum legitur, hoc reponere debemus). Quibus adijci possunt haec, Cenopolium, Thermopolis, Myropolis, et alia quamplurima. Non, inquam, comici talia duntaxat vocabula in Latinum sermonem introduxerunt, sed etiam Dausta, et Machara, et Phylaca, necnon Astu, de Atheniensium urbe dixerunt, et alia non pauca, palliate comediae convenientia. Dicam autem pro Graeco *ἕλας*, non illi solum verum alii quoque post eos dixerunt, (inter quos est Cicero) sed duntaxat in certis quibusdam loquendi generibus. Quinetiam credibile est singulis comicis certa quaedam vocabula Graeca pro aliis placuisse, ideoque usum eorum apud hunc vel illum magis quam apud alios frequentem fuisse. Sic videmus voce Basilicus Plautum identidem uti: dicentem, Basilicus victus, Basilicus status, Basilica facinora: eundemque usum hinc deducti adverbii Basilice gaudere. Apud eundem extat verbum Harpagare, et *ἡρῳα* vocis participium Harpagatum. Idem Architectonem alicubi dicere maluit, declinatione Graeca, quam Architectum. Neque vero mirum est comicos haece Graecis nominibus sub terminatione Latina esse usos, quum etiam voces quasdam Graecas nihil immutatas suo sermone interseruerint: et quidem non in etiam locis interdum ubi Latini idem significantibus uti poterant. Id videmus apud Plautum in verbo *οἰχεται*, in Trinummo, — *ratio quidem hercle apparet, Argentum οἰχεται*. Quinetiam alicubi dicit *λέγει λέγον*, quum alibi Nugae et Merx nugae dicere solet. Apud eundem legitimus *Vendere λέγουσι*. At Terentius dicit *λέγει* ea significatione quae alibi Verba: ubi scribit, Verba isthaec sunt. Neque tamen Plauto suam in usurpandis quibusdam Graecis rationem defuisse existimo, quae nobis sit incognita.

Verum ut ad vocabula et Graecis sumta revertar, hoc quoque observatione dignum est, quaedam habuisse linguam Latinam in quibus terminationem Graecam in suam mutavisset: quae a nobis ignorantur. Conjecturam facio ex nomine Auliones pro Auloedi. Nam in veteri lexico Latino-graeco, cui Glossarii nomen a recentioribus datum fuit, scriptum est, Auliones, *αὐλιῶται*. Enimvero huiusmodi mentio quibusdam verbis mihi in memoriam revocavit quae superioribus possunt adijungi. Unum est, Gnetonum, quod ibi exponitur *ἀμαρῶς* et *εὐαπῶς*: quum Cnephosum apud Festum legatur, ita scribentem, Cnephosum antiqui dicebant tenebricosum. Graeci enim *κνίφας* appellabant obscurum. De quo vocabulo Gnetonum hoc tantum dico, dubium esse posse debetate mutari in illud Cnephosum, an in Gnoposum, a *γνῶσις*. Alia autem sunt de quibus major et difficilior moveri questio potest, quod ad significationem attinet. Ecce enim, verbum Auclare Festus exponit Recurrere, a Graeco verbo *ἀνύλω*: (pro quo repono *ἀνύλωμαι*) at in Glossario illo Andronicus exponitur Graeco verbo *ἀνύλωμαι*. In eodem legitimus, Auxilla, *μακρότερος, ἢ Βάρβαντος*: quum Festus scribat, (si modo non mentiuntur quae extant ejus editiones typographicae) Auxilla, Olla parvula. Illam quidem

erle Glossarii expositionem, si *μικροτέρως* pro *μικρά πικρά* aut per imprudenter aut etiam consulto scriptam esse dicamus, confirmat quod ibidem legitur: videlicet, *Αυγά, πικρά*: adeo quidem ut veniat de pro Olla in illo Festi loco reponi debeat *Αυγά*. Inveni porro apud eundem scriptorem quaedam Græca vocabula secuta etiam quam a lexicographis Græcis exposita. Eorum unum est *μάρμα*, quod Siculis stultum significare dixit: at Hesych. exponit *μάρμα, ἰσθός, ἀλγος*: iidemque apud Lycophronem pro *μάρμα* positum extat.

Ne hoc quidem tacebo, quod vocibus quibusdam ex earum numero quas sermo Latinus et Græco mutuati est, peculiare esse observavi: nimirum eas non ex communi Græca lingue usu, sed ex aliqua dialecto sumtas esse: qualia vocabula ipsi Græci *γλωσσαστρακτικά* nominant. Neque enim quam hic dialectum dico, unam tantum ex illis quatuor generalioribus, sed etiam quamlibet intelligo. Ac possunt fortassis illa duo nomina *ἰσθός* et *πικρά* (unde Latinus summisse Bifarius et Trifarius dixi) exemplum primum horum vocabulorum esse. Neque enim dubito quin Ionica sint. Equidem præterquam quod in Ionicarum vocum collectione quadam (a me subijuncta libello Galei qui inscribitur *τῶν Ἰσπεκράτους γλωσσῶν ἱερίων*) inter illas recensetur *πικρά*, Herodotum aliquot locis utrumque usurpare constat. Præsertim vero ex Dorica dialecto multa vocabula in suum sermonem Latini transtulerunt: quos etiam in iis que Dores cum ceteris Græcis habent communia, Doricam scripturam amasse videmus: veluti quum *Figus* dixerunt, et quod est in *φίγος*, mutantes in *α*. Sic in Fama mauerunt *φάμα* quam *φίμα*: non illud tantum a quod terminationis est, sed alterum etiam ex Dorico sermone accipientes. Sic in Garrio videmus *γάρμα* magis illis placuisse quam *γάρμα*. Sic Gangum dixerunt, non *ἀνὲ τῆς γῆς*, sed *ἀνὲ τῆς γῆς* derivantes: si tamen verum est quod scribit Douatus, Gangum dictam esse meretricum tubernam, quod sit in terra. Dubitationem enim movet quod scribit Hesychius, *γανῶν, ἄγανον, ἀγαντα*. Pro quo fortasse scribendum aliquis putet *γανῶν, ἀγανῶν*. Sic et in aliis plerisque Doricam scripturam imitati esse conperiuntur. Nam et pronomen *Tu* ex Dorico *ro*, non ex *εὐ*, esse videmus. Eodemque modo Pratum ex Dorico *πράτα* summisse literam *r* existimatur. Atque adeo vocem *Bos* esse ex Dorico *βῶς*, non ex *βοῦς*, non abstrime vero est. Alias autem ejusmodi observationes, et quidem his etiam insigniores (quæ mihi nunc in mentem non veniunt) quæ in opere invenies: quamvis Fabius non Doricæ rationi sed Æolica sermonem Latinum esse dicat similimum. Verum quod alii voces attinet que non scriptura tenuis seu terminatione sed omnino sunt Doricæ, incipiam a nomine *Cubitus*. Dicunt enim Latini *Cubitus* eadem significatione qua et *κῦβητος* apud Græcos legitimus: verum hoc Græcis omnes commune inter se non habuisse, sed Dores sibi vendicasse, et quidem eos qui Siciliam incolerant, cum aliunde tum ex Polluce discimus. Eius verba sunt, καὶ κῦβητος ἔστιν ἂν, ἢ Ἰταλικῶν ἵκεται ἢ ἄλλαι δωρικῶν τῶν ἐν τῷ Σικελίᾳ δωρικῶν. Quibus addit, Hinc factum esse ut Epicharmus *κῦβητος* dixerit, significare volens *ταῖς τῶ ἄρκων*. Eustathium tamen, doctissimum alioqui scholastem, hoc ignorans, *κῦβητος* pro Latina voce habuit. Horum Siciliensium Dorum est etiam *Nummus*: quod aliqui nemo non putet Latinum esse vocabulum: præsertim quum Suetonius apud Suidam a *Numa* nomine deductum esse tradit. Pollux l. 9, ἐστὶ νόμισμα, ὅπερ αἰετὸν Ἰταλικῶν τῶνμα τοῦ νόμισματος ἰσθὶ ἢ Ἑλληνικῶν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ δωρικῶν. Sed *ἵβαν* apud eum legitur, pro quo repono illud *δωρικῶν*. Ex eodem discimus, Unciam Sicularum fuisse vocabulum. Varro illud quidem prius nomen, videlicet *Nummus*, a *Siculis* ortum esse et ipse testatur: sed hoc posterius pro Latino habet: quippe qui scribat, *Uncia* ab *uno*. Atque his annumerari potest et nomen *Libra*, ex Polluce, vel potius ex Aristotele apud eum: quamvis Galenus Romana vocabula *λίβρα* et *ὀνύχρα* esse dicit, sicut et *ἔστρα*: sed cur illi potius fides adhibenda esse dicemus? *Quintem* nomen *Campus* origo Siculis tribuitur. *Κῆρυξ*, (inquit Hesych.) ἰσθός, Σικελίᾳ. Huic subijungo vocem *Allia*: quidem hanc quoque a *Doribus* manasse arbitror, quum *φύλλος* eorum esse scribat *Corinthus*. Si autem vera sit hæc mea conjectura, dicta fuerint *Allia* quasi *Aglia*. *Quemetiam* *Rota* Latinum non est, si scholastæ *Nicandri* credimus, vel potius ei quem producit testem. Nam *ῥοτα* Peloponnesium vocabulum esse tradit, significans *πύργον*. Dicunt autem Syracusanae mulieres apud Theocritum, *πελοποννησιαὶ λαλοῦσιν, δωρικῶν ἢ ἔστρα, ἵκεται, τῶν δωρικῶν*. Hoc porro in memoriam mihi reducit et *Σαυκί*, quod Hesychius exponit *ῥοτα*, Syracusanum vocabulum esse tradens. Ex illo certe nemo non suspicietur manasse Latinum vocem *Siccum*. Verum ut aliqua ex aliis etiam dialectis sumta recenseam, quis verbum *Ridere* a Græcis oriundum esse credit? *Stratis* tamen apud Athen. lib. 14. *Thebanis ἰσθός* esse ait *γῶλον*. Ne *Capra* quidem Latinorum est: si Hesychio fides adhibenda est: tradit enim esse *Tyrchenorum*. Sed nec *Verres* Latinum esse videtur: quum *ἕβρα* extet apud eundem lexicographum, sed exponentem *κρίσις* (sic autem *Caper* aliud Latinus esse videmus quam Græcis *κίτρος*, quamvis hinc esse credi possit). Quoniam tamen non addit e qua dialecto sit sumtum, dubitare quis possit an superioribus annumerari debeat, an potius inter illa poni que Græci quipiam scriptores pro Latinis adulerunt. Sunt certe et alia quadam Latina vocabula, que licet in Græco sermone inveniantur, aliquid dubitationis nobis relinquunt, donec inveniantur adnotata dialectis cui adscribi debent. Ex iis est *Caballus*: invenitur enim καβαλλός de vili fidem equo dictum. Sunt præterea que a Græcis quidem profecta esse constat, sed dubiam apud illos ipsos originem habent. In hoc numero est *Sanna*, unde factum est *Sannio*. Nam *Σάννα* de quois stulto dicitur, tire a cujusdam stulti nomine, ut quidam arbitrantur: sive (ut alii volunt) a nomine ejusdem gentis Asiaticæ: sive (ut nonnulli placet) a verbo *σαίνω*. At Hesychius scribit *Σάννα* significare *μυθὸς* *Tarentinis*, usumque ejus extare apud *Rhithonem*. Simul autem observandum hic est quomodo Latini a significatione aliquantum deflexerint.

Hoc etiam observavi, habere Latinam linguam vocabula ex Græcis sumta, sed qui ea et ipsi aliunde mutuati essent. Tale est *Cadus*: hoc enim est a Græco *κάδος*, istud ab Hebraico *קד* esse constat. Eodemque modo *Sæcus* ex *σακος*, hoc ex Hebraico *שק* profectum est. Sic etiam *Mitra* Latini a Græcis, Græci a Syris habent. Sic *Arrhabo* Latina lingua sumtis et Græca, hæc et Syriaca (nisi potius Hebraica adscribi debet: in qua sententia plerisque esse scio). Idemque et de nomine *Turris* dici potest. Quoniam vocabula quædam invenimus que Latini a Græcis, Græci a Persis, vel aliis, hic quoque aliunde sumserunt. Quamvis autem aliquot hujusmodi in construendo Thesaurio observavi, unicum nunc occurrat, *Paradisus*: cujus mentionem minus libenter facio, quod a nostræ diu taxat religionis hominibus usurpatum (in Latino quidem sermone) existimetur, et quidem significationem ejus restringentibus. *Paradisus* enim vox est a Græcis sumta: Græci ex Persis, Persæ ex Hebraicis sumserunt: nimirum ex eorum vocabulo *פדן*.

Observavi præterea in construendo hoc Thesauri opere, Latinum sermonem in multis aut saltem in pluribus quam vulgo credamus, ad imitationem Græci (ut ita loquar) se composuisse. Verbi gratia (in ex multis exemplis pauca proferam) sicut Græci *δύω*, est a privativo et nomine *δύω*, (ex qua voce *δύω*; Festus nomen *Anus* ortum videri posse existimat: eademque est et in synonymo *ἀδύω* compositionis forma) ita et ipsi *Amenæ* dixerunt, est litera a privandi vim habente, et nomine *Menæ*. Atque ut illis *ἔπαυσις*, est præpositio *ἔ* privandi idem vim habente, et nomine *ἄπαυσις*: sic istis *Esanguis* dicere placuit, in quo præpositionem eadem vim præditam et nomen *Sanguis* idem præfixam habentibus. Item, verba que apud Græcos impersonalia sunt, apud hos

quoque magna ex parte talia sunt. Necnon quae spud illos in praeferito significationem praesentis habent, ut *αἴμα, μίανμα*, apud hos quoque: qui pro illis dicunt itidem Novi, Memini. Omittis terminationem primae et secundae personae verborum in utroque sermone eandem; id est, in eandem litteram; omitto et alia, eodem pertinetia, sed levia: et ad verba quae desiderabilia vocantur, venio; cujusmodi est Bellatario. Dico enim me suspicari, Latinos in hac terminatione imitari Graecos voluisse, sed vertentes litteram *a* in *r*: nam ut in Bellatario (ea forma dicto quae Empturio, Vomitorio, et alia) habes terminationem in *itro*, ita *παλαστήριον*, quod eam significationem habet, in *εἰς* desinere videmus. Quinetiam metaphoras Graecas in plerisque verborum et simplicium et compositorum significationibus imitati sunt: veluti quum dixerunt Couferre pro Prodesse: plane experientes Graecum *συναίτιον*: sic quum Seducere pro Decipere usurparunt. Ut enim Seducere est seorsum ducere, sic *ἀναγαγε* est quasi abducere *ἀπὸ τοῦ πάρος*. In nominibus quoque permulta metaphoras Graecae servari non obscurum est: sed in multo pluribus, ut opinor, eas inveniremus, si non tot veteres scriptores, ac praesertim comicos, desideraremus. Sunt vero et apud eos quos habemus nonnullae quae plerisque latent: ut *ἔσραξις*; apud Platonem, eodem plane modo quo Latinae Sordidus, de avaro. Sic *ἰσχυρία* de avaritia, ex Critia Pollux affert. Nonne Sordes et Sordidus horum exemplo dixisse Latinos de avaritia et avaro credere debemus? Verum aliquid translationem Graecam non ad verbum expresserunt, sed potius alia simili usi sunt: veluti quum pro *εὐχέλαι* (quod proprie otium significat) ludium vel ludium literarium dixerunt. Non dubito autem quin huiusmodi omnia sint ab illis orta quae Graeca in Latinum sermonem convertebant: praesertim quum ipsum etiam Ciceronem, in illis quae interpretatur, quaedam usurpare videamus quorum nullas alibi apud eum est usus. Jam vero praeter illa quae attuli imitationis exempla, omnibus obvia, aliaque id generis varia, hoc in opere observata: quaedam sunt vocabula in quibus Latinae linguam omnino Graecam exprimere, non itidem facile nec a quolibet animadverti potest. Exempli gratia, quis in adverbio Denno representari sermonis Graeci formam existimet? Inclusa tamen sunt in eo duo haec verba *in visis*, expresse (ut ita dicam) reddita: quae in ista significatione apud Herodotum leguntur. Eodemque et nos modo dicimus *Denovecaum* pro *Iturum*, *πέλιον*. Huic autem vocabulo apte adiungitur aliud quod itidem, ex adverbiorum numero est, nimirum Sedulo. Minime enim dubium est quin hoc fugientes Latini ad Graecum *ἀέλαιος* respexerint, atque ideo ipsum exprimere voluerint: dicentes nimirum Sedulo quasi sine dolo.

Et quoniam nihil te eorum quae ad institutum sermonem pertinent celare volo, (nisi quid meipsum memoria celaverit) aliud addam, quod dum Thesaurum hunc construere animadverti: linguam Latinam, quamvis a Graeca divitiis longissime abest, in multis multo esse quam credatur ditiosem; et (quod majus est) aliquam nobis relinqui eam ditandi novis quibusdam vocabulis, ac praesertim compositis, artem: qualia nonnulla memini me aliquot hujus operis locis finxisse. Non immerito, certe dicit Fabius, Latinos adversus scipios esse iniquos iudices, ideoque paupertate sermonis laborare. Verum quod Fabius de Latinis generatim dicit, non tam de praeci quam de eorum posteris dici potest. Quid enim in fingendis vocabulis non ausos esse putabimus eos qui arietem reciprocationem, lancinetem, vestitrahum vocare non dubitarunt? qui testadinem tergentianam, tardigradam, domiportantem appellaverunt? Quinetiam ipsemet Fabius repandiostromum et incurvicervicum afficit ex Pacuvio. Sed paulo post, Quum *καρπαζόμενος* (inquit) iurati sumus, incurvicervicum vix a risu defendimus. Possunt certe vel ex his conjecturam facere quam audaces fuerint praeci Latini in iustitandis huiusmodi compositis vocibus linguae Graecae: aut saltem quanto posteris suis *αὐδαίμονες*: ut omittam quae apud Lucretium doctae huius audaciae exempla habemus. Quinetiam *Caullius*, veterum poetarum imitator potius quam veteris poeta dicendus, cum *alia ejusmodi protulit*, tum vero *Falsiparens*: ut Graecum Hercules epithetum *ῥυθόστατος* assequeretur. *Illis certe audacia multa illis alia epitheta suppeditavit*, quae ad sequentis aetatis poetam non transierunt, aut certe transisse non existimantur. Possunt tamen interim aliqua nobis permittere, et ea quidem praesertim quae cum usitatissimis comparata analogiam servare videmus. Ecce enim, quum de usu compositi Dulcionis non dubitemus, cur non itidem Argutiosum ad exprimendam Graecum *λεγέβριος*, dicere audeamus? Si Monticola dicere fas est, cur non et Rupicola? Si *πυρροφόρος* vias pontigradas naves appellare possumus, cur non *πετραβόλινα* rupigradam vocabimus? Neque vero hic consistendum est: sed si Tardigradum etiam admitti dicemus, cur Tardivorus rejiciemus? Equidem multo etiam audacior istis fingi posse existimavi (ut aliquot hujus Thesauri loci docebunt) ad exprimendam Graecorum vim. Sic certe in vertendis quibusdam versibus talia nonnulla mihi permisi: veluti illud Tardivorus in interpretatione horum,

Εἰ τὰχὺς εἰς τὸ φαγῖν καὶ πρὸς ὄρθου ἀμύδλις ὑπάρχεις,
Τὸς τοῦ σου τραγῆ, καὶ τῆρι τῆ στέρακι.

Hoc enim epigrammatum ita verti,

*Tardivus ex nimium, nimiumque ex dentibus acer:
Tardivorus pede sis, dentique tardigradus.*

Praesertim vero hic locum habere videtur, utpote inter duo ejusdem generis composita collocatum. Verti aliqui idem epigramma et alibi viginti modis, quaedam alia pluribus etiam: atque adeo unum pluriquam trigentis modis interpretatus sum. Ex qua exercitatione Latinam linguam non tam esse pauperem quam vulgo creditur, et ipse didici et alios docui. Multo tamen ditiosem olim fuisse et multo etiam plura ejus vocabula quam patemus nobis perisse, ostendunt et vetera quaedam lexica, partim LatinoGraeca, partim GraecoLatina, quae prope diem ex mea officina (ut spero) profibunt. Eorum unum est id quod Glossarii nomine appellari antea dicit.

Jam vero quoniam multa Graeci habent loquendi genera, quae Latinae linguae sunt negata, quum Gallica contra non adumbret eas tantum, sed ad vivum (ut ita loquar) exprimat: me, Gallum hominem, et vero in ipsa Gallia Gallis, id est Parisiis, natum atque educatum, patriae ac linguae meae injuriam facturum existimabam nisi latentem has sermonis et familiaris divitiis in asperum proferrem, et exteris etiam nationibus concipiendis praebarem. Ideoque in multis hujus operis locis, quum Latinismis destitueret, Gallicismorum auxilium imploravi, aut saltem ad eos qui a me commemorati fuerunt in libello de Gallicae linguae affinitate cum Graeca, (qui inscriptus est, *De la conformité du langage François avec le Grec*) lectorem remisit.

In eo quoque tuis studiis, lector, consului, quod quorundam scriptorum Graecorum, sed praesertim lexicographorum, Pollucii, Hesychii, Suida, Etymologi, multos locos qui mendosi erant proferrem, eadem opera emendavi, aut saltem quomodo emendandi viderentur, admonui. Sed ad Suidam quod attinet, quendam in eo ex veteris etiam codicis auctoritate restitui. Saepem autem et vetusta quaedam incertorum auctorum lexica, quae ex Italia attuli, in consilium adhibita, cum ad alia tum vero ad quotundam in illis lexicographis locorum emendationem profuerunt.

Praestitit denique lector, in hoc opere, vel potius praestare conatus sum, quae ipsum Thesauri nomine non magnum reddant. Eum quidem certe titulum mihi praesipere jam olim cogitavi: erant quidam, quum me de hoc opere aggrediendo cogitare obaudissent: sed illi *ἑρμαιεύω* eorum appellationi merito aliquis ex proverbio

depromptum vocabulum *ἄδρακες* adscripsisset. Poris enim et timbo thesaurus erat: infus autem nihil aliud quam vulgaris consernatio, quae antea lexicis Graecolatinis recogniti nomine appellabatur, novis aliquot suturis aucta: aut (si mavia) quaedam interpolationum accessio, ut vel ex ipsa collatione perspicui potest. adeo ut perinde esset ac si personam Iruus Crotam se menti sub ejus persona vellet. Quod si me roges in hoc opus ita numeris omnibus esse absolutum existimem, ut in eo nihil desiderari possit, quidvis potius quam hoc perussum mihi de illo esse, vel alius persuadere velle, quin potius me jam nunc plura in eo desiderare quam quicquam fortasse desideraturus sis, respondebo. Primum enim quod ad vocabulorum numerum attinet, quamvis multa magis haec una thesauri editio quam multis illorum de quibus dixi lexicorum editionibus fieri auctus, et quae vocum millia accessisse computurus sit quicumque cum alius confere voluerit: insuper tamen extare aliqua in libris qui quotidie manibus teruntur, scio, necnon in his qui nondum in lucem prodierunt, latere multa missior: esse nonnullis nondum luce donatis, qui apud me sunt, conjecturam faciens. Deinde si ad significationem veniendum sit, esse vocabula plures habentia quam quae tradita sint, negare nolim. Atque adeo non circa haec solum sed et circa quaedam alia, esse quae desiderari hoc in opere possint, ac potuisse majora praestari, ingenue fateor. Nam, ut de his me doctioribus taceam, majora inveniri praestare potuissem, si majore cum otio singula expendere licuisset. Fallis enim lector si hoc opus (exceptis paucis quibusdam ejus locis) aliter quam ad clepsidrum (ut loqui soleo) typographicam scriptum fuisse putas: id est, ut quemadmodum typographicae operae certo quotidie penso obnoxia sunt, ita et ipse certo certaque hora exhibendo scriptio mea penso obnoxia essem. Adde quod ne id quidem conficiendi pensu tempus, licet breve, liberum ab aliis occupationibus et negotiis erat, sed ita vario eorum genere et circa rem typographicam et circa rem familiarum districtum atque implicatum, ut unius interdum horae spatium decies illa mihi scripto intermittere esset. Verum occupationum istarum nonnullas in tuum commodum cessasse, et ejus temporis quod illi operi elaborando defuit, partem aliquam me tibi alibi impendisse, satis superque illi testantur libri quos me tua officina, dum opus illud exudebat, subinde in publicum proferbat. Haec autem cum ita sint, quam dura et difficilis a me suscepta provincia fuit, tam faciles in dando mihi eratorum vena fore spero quibuscumque pectus non livore contaminatum sed calore refertum erit: praesertim quum in illo cujus antea mentionem feci Thesauri hujus cotrario, non solum multa huic operi adjecturus sim, favente Deo opt. max. (eorum potissimum quae ad recordationem linguae hujus cognitionem pertinent) sed etiam eorum in quibus hic peccaverim locorum plerosque sibi emendaturos. Caveant interim siqui in hoc opere meo ingeniosius esse cupient, (vel in epitomen redigendo, vel in certos usus quaedam excerptendo, vel alio quovis commento) ne contra mei operis ingenium (quod nulli tam bene quam mihi perspectum esse potest) ingeniosius fuisse comparantur: et in quibusdam ejus locis sua temeritati insidias tendi non ignorent. Praecipue autem quod ad compendium attinet, vix aliam quenquam sine sui pariter merito honoris dispendio id conficere posse arbitror: et quae libet, ne eum periclitetur, non solum hortor, sed etiam oro atque obsecro.

Verum enimvero quoniam quum impendi huic Thesauri laborem, cum Herculeo comparavi, atque adeo Herculeo vocari, nequid hoc dictum arrogantiae damnet, duplicem hujus appellationis sensum esse, ac si non uno, altero saltem verum comperiri sciat. Hercules namque labor meo hunc saltem ratione vocari possit, quod aliud in suo genere cum Augias stabulo comparandum repurgaverim. Quidni enim infinita errorum portenta quae in illis vulgaribus Lexicis Graecolatinis toties interpolata accumulata erant, sic appellent? Eorum tamen aliquot exempla statim proferte, deinde nomen illi dignum iudicio lectorum relinquere, satis fuerit. Quam autem varia sint illorum errorum genera, in variis istidem locos et velut classes digeram.

Primum autem locus tribuetur iis vocabulis quae in illis praefatis Lexicis linguae Graecae affinguntur, sed potius quae illi repugnant et invite adduntur: idque diversis modis: utpote errore ex imperitia quidem ubique, sed quae varie alliciantur, orto.

Κυριακ, (ut scriptum est in novissima illorum Lexicorum editione, omnium emendatissima atque locupletissima) vocabulum est *castrense*, ad significandum militum servitium fluctuam instar gradientem. Non credis lector, sed rides? At ecce tibi Ariani locum, qui adversus tuum risum testis producitur: *ἔγὼ βάρη, τὸ μὲν βασιλευσάριον ἐστὶ τὸ ζουτανιστικὸν παρὰ κυριακῶν τῶν φάλαγγες*. At *κυριακ* hic non est accusativus nominis *κυριακῶν*, (quod nunquam visum fuit *οὐδὲ ἐν ὄντιον*) sed participium poristi γ, a verbo *κυριακῶν*: iniquus. Ita quidem usum esse Ariani longe manifestissimum est, sed novissimus *λεξικογράφος*, sive *λεξικογράφος*, aliquid novi hic somnivit, ac novam linguae Graecae vocem, quam ne unus quidem veterum scriptorum (si omnes reviviscant) intelligat aut agnoscat, suo mirifico somnio excogitavit.

Συνελλία dignum est quod illi *κυριακῶν* subjungatur. Eadem enim illa editio novissima (nam praecedente hoc insigui vocabulo, sicut et illo, indigne fuerunt) haec tradit, *Συνελλία, αἶ, ἔ, Strues et congeries, συνάβρασις. Συνελλία τῶν νεκρῶν, Strages*. Hic quoque rides, et monstra tibi narrari dicis? Vide ne risum tuum Josephus ridiculam reddat, ex quo istud illius *συνελλία* exemplum ibi affertur: *πᾶσι δὲ συνελλία πρὸ ἀλλήλων τεσσάρων ἡμερῶν*. Imo vero (iniquis) *συνελλία* apud Josephum esset verbum praeteriti imperfecti temporis, a thematico *συναλλίσαι*: sed reponendum est *συνθροία* unico λ, a *συναλλίσαι*: ut simile sit simpliciter *ἀλλοθία*. Fateor, et idem fateantur omnes necesse est: sed Josephus et quicumque illi assentiantur, nihil novi, nihil nisi vulgare et tritum dicimus: ad *λεξικογράφος* qui hoc adnotavit, minime vulgaris, sed nova et ingenio non investigata prorum (ut dixit Naso) locutus est.

Ἀγάγης, *αἰ, ἔ*, tertium locum tenebit, novum certe nomen et ipsum atque inauditum. Rogas quid *ἀγάγης* sit? Sua sponte subjectus, *Adulceris*. Quomodo (iniquis) *ἀγάγης* nomen esse, quomodo hoc significare potest? Imo ab *ἀγῶ* est *ἄγανον*, in subjunctivo modo, *ἀγάγω, ἀγάγης, ἀγάγης*. Id quidem et Suidas docet, scribens, *ἀγάγης, ἀβυσσάτωρος*: sed debuit scribere quae *λεξικογράφος* intellegeret, et quae nullam errandi occasionem illi praebere.

Tertius quoque et *φλωαίς*, verba secunda persona, indicativorum *ὄλω* et *φλωαίς*, nomina ibi sunt. Ita enim ibi scriptum est, *Τίλω, ἠγῶτορες, φλωαίς: Σαΐδαί*. Scilicet *ὄλω* et *φλωαίς* Suidas a nominativa *ὄλω* et *φλωαίς* esse putavit. Et haec quidem sunt *μεταμορφώσεις* in quibusdam vocabulis exempla, quae videlicet verba in nomina transformantur.

Alcubi autem vocabula sunt, nova quidem et ipsa, prorsusque inaudita, sed ex alio erroris genere profecta: veluti quae sequuntur.

Δολμῆσι, *Ad normam libellamque dirigere, Corrigitur, Emendare*. Haec quoque vocem explodit? Attamen ne ipsa quidem est *ἀμῆσις*. Haec enim ibi subjunguntur, *Lucianus ὅτις ὄλωσα, de Phidia, ἰωνίς ἰωνοφῶν καὶ ἰωνοφῶν τὸ ἀγῶμα πρὸς τὸ πλοῦτος ἰωνῶν*. Lucianum dices *ἰωνοφῶν* scripsisse, non *δολμῆσι*: et manifestissimum vel puerum (ut proverbii verba ustrupem) fuisse hic mendum: sed quid si quae aliorum omnium iudicio mendosa erant, *λεξικογράφος* ille emendata judicabat?

sitionis ἀπὸ perperam in eandem vertitur. Vicissimque s pro a habent in Ἀπειρώμα. In eodem est Κατακλιθεὶς et Κατακλιθεῖσθαι: necnon Ἀπελιμασῆναι pro Ἀπελιμασθέναι. Plura autem exempla in illa quam dixi epistola inventurus es: ubi etiam falsorum thematum, quorum paulo ante mentionem feci, insignia quaedam sunt exempla: Διακρή, Τραυχίς, Τρηχίς, a Διακρήσι; et Ἐπαλήθης; ab Ἐπαλήθει; et Διαδιδάσκω. Quibus addere potes Ἐγίβημα, et Ἐπλημερίον. Ut autem hic perperam præfixit s, ex augmento sumtum, ita nominibus quibusdam perperam præfixum est τ, quod est articuli τῖ, vel τῆ, tanquam ipsorum sit. Sic enim τασάφορον pro ἀσάφορον, et τασθήναι pro ἀσθήναι in illis scriptum est. Vicissimque littera in capite quarundam vocum perperam omittitur: ut in τασθαλα. Sunt vero et quaedam vocabula quorum falsa scriptura itidem derivatio, sed illi scripturae consentaneas, adjungitur: ut ἀπυράλλωτες, quum manifesto errore scriptum sit pro ευναυράλλωτες, dicitur esse ἀ-ἔγνα. Sed transeo ad exempla errorum que in tradendis significacionibus illi lexicorum interpolatores commiserunt: ex multis, vel potius prope infinitis, pauca deligeas, et a nominis ἀσπίματος interpretatione initium sumens. Quam enim Gellius caput primum libri de Scholasticis verbis hisce clausisset, Quod Cicero fatum atque naturam videtur dixisse, id multo ante Demosthenes τὴν περιπέριν καὶ τὴν ἀσπίματος ἕνατον appellavit: ἀσπίματος enim ἕνατον, quasi naturalis et fatalis, nulla extrinsecus vi coactus venit: quum inquam hæc Gellius scripsisset, interpretationem istam que ab illo tribuitur nomini ἀσπίματος dicto de morte, vulgariū lexicorum interpolatores et consarciatores ei tribuerunt ubi dicitur de conviva. Allato enim hoc versu Homeri ex Il. libro 3. Ἀσπίματος ἢ σὶ ἔλε βίην ἀγλή; Μνήσιος, subjungunt, ἀκλήτες: deinde hæc verba, Quasi naturalis et fatalis, quique nulla extrinsecus vi coactus venit, auctore Gellio. Quid vero de interpretationibus dicemus: quæ plane contrariam significacionem nonnullis vocabulis tribuunt? Ἀπαραγογγῆ esse Invecunde me gero, vel impudenter, Impudentia utor, satis notum est: at ibi contra redditur Verecunde facio. Sic παραδοξοῖα quod est Hortor, ibi contra dicitur significare Dehortor. Sic βλαζὴν περιόρμαι, quod est Persequentes, redditur contra Fuga se mandantes. Quintum quibusdam locis false et stulte interpretationes, expunctis vulgaribus quæ verissimæ sunt, tribuuntur: ut videmus in novissima illorum lexicorum editione tradi, verbum ερονεῖν esse Pati, in hoc divi Pauli loco, ἔγω πέπειθα εἰς ἱσῆς ἐν Κορίνθῳ ὅτι οὐδὲν ἄλλο ερονήσεται, et significari, Nihil aliud mali vobis passurus esse. Præsertim vero in reddendis Latine lexicographorum Græcorum expositionibus varie peccatum est: ut in illo cujus antea memini hujus Thesauri corollario docebo, ubi de quibusdam quæ lexicographorum et scholasticarum sermoni peculiariter sunt, disseram. Interim tamen et in illa cujus mentionem aliquoties feci epistola, talium quoque errorum, aliorum item quæ variis modis lexicorum interpolatores atque consarciatores peccarunt, exempla, necnon alia quædam legere huic Thesaurum volentibus profutura inveniri poterunt. Vale, et meis vigilis fave.

EXCERPTA

EX

H. STEPHANI EPISTOLA

A. 1569. EDITA,

Qua ad multas multorum Amicorum respondet, de sua Typographie Statu, nominatimque de suo Thesauri Linguae Græcæ.

NUNC vero ut de meo Thesauri Græcæ Linguae aliquid dicam, poscit is ordo quem in recensendis tui vestrarum literarum argumentis. Quamvis enim extremam ei manum a me brevi impositum iri sperem, (uti dixi) quoniam tamen vereor ne antequam ad colophonem veniam, variis literis de eo, sicut antea, multas seiscitantibus respondere sigillatim necesse sit, et quantum illis scribendis impendat temporis, tantundem operis illius progressum remorari: præterea vero quoniam alios plerosque esse scio qui eadem cognoscere, licet non interrogent, summopere cupiunt: semel nuncire illo defungi, nec duos una fidelia (ut est in proverbio) sed multos parities desalbare, commune omnibus responsum dando, operæ pretium fore existimavi. Ut autem a remotibus quo de opere illo circumferri scio, initium sumam: sunt qui Thesaurum Linguae Græcæ a me expectent, in quo Græcæ voces Græcis, non autem Latinis exponantur. Sunt contra qui et expectent eum in quo Latinis, sicut in superioris temporis lexicis Græcolatinis, exponantur, et non aliud sibi quam ejusdem generis Lexicon, sed multo locupletius polliceantur. Sunt demique qui, quod vocabula in meo Thesauri, longe alio quam alphabetico ordine digesta esse audierint, quoniam in esse possit, valde mirentur, ac ne his dantaxat qui in lingua Græcæ cognitione veterani sunt (at ita loqui non item tyrosibus labor meus utilis futurus sit, verentur. En qualem a me Thesaurum perique expectent: nunc qualis expectandus sit, (si modo dederit Deus ut uno eodemque laboris quasi tenore in eo pergam) superest ut vobis patefaciam.

Primum igitur in opere illo Græcæ vocabula ubique Latinis reddi, alicubi et Græcis exponi dico: sed quod in vulgaribus lexicis Græcolatinis fieri videmus, ad ad unum Græci vocabuli expositionem, quindecim, viginti, atque adeo triginta etiam alicubi vocabula serie continua subjunguntur, id vero a me aut factum esse aut fieri debuisse nego. Nam etiamsi tot Latinis reddi Græcum unum posset, (quum ibi contra quædam in magno illo numero sint quæ longe diversam significacionem a voci Græcæ significacione, quædam etiam quæ contrariam habent) tamen quid hoc aliud esset quam lectorem obrudere indistincta et confusa significacionum varietate! Et quoniam de his disserere non prolatis exemplis, fuerit de re per se claus, tanquam obscura, loqui, parumque utilitati studiosorum lingue Græcæ, qui hæc legent, consulere: non committam ut ea invideas, tanquam illorum progressibus simul invideas, dici possim præsertim quam ad ea invenienda sit dantaxat aperiendus liber. Ecce igitur verbum Βαίρω, quod eo aperto primum in oculos

* Epistola integra occurrit in Theodoro Janssonii ab Ahneboven De Vita Stephani Dissertatione Epistolæ ad J. G. Gravium, Amstelredamum 1683. 12mo, edita, et in Stephani Historia a Michæle Maittaire conscripta, et Londini A. 1709. 8vo, edita.

incurrit, duas et viginti interpretationes continua serie subjunctas habens: videlicet, Vado, Sedate gradior, Eo, Ire facio, Adeo, Provenio, Intro, Tendo, Ambulo, Ingredior, Insisto, Gradior, Accedo, Induco, Inæque, Super, venio, Incedo, Ascendo, Ascendere facio, Descendo, Amo, Adulor. Ex quibus interpretationibus pleræque aut falsæ sunt, aut certe non satis aptæ: sed etiam conveniunt omnes, nomine sigillatim positis, id est singula cum singulis exemplis collocanda forent: Ego igitur in meo *Thesauri Lingua Græca ita*: Βαίω, fut. Βαίωμαι. Pr. Βάβω, a Βαίω. Αορ. 2. Βάβω, a Βάβω, Gradior, Incedo, Εο, ut Hom. II. p. Βη & δία προβαίω. Et in quodam oraculo, Βαίω δὲν ἀεὶ ἀεὶ. Μόλα τὰ καὶ ἀεὶ ἀεὶ Βάβω. In prosa quoque hunc usum habet: unde μεγάλη Βαίω et ἀπὸ Βαίωται, illud de incessu superbo, hoc de incessu molli, &c.—Hinc autem ad reliquos, quibus habet istud verbum usum venio, sigillatim de his libi disserens. Sed libet et aliud exemplum proferre. Βάβω libi exponitur Mitto, Vulnere, Jaculor, Jacio, Insector, Prostrato, Admolior, Fundo, as: Incesso, Gerio, Promo, Impe- tro, Immitto, Statuo, Conjicio, Abijicio. At ego ita, Βάβω, Jacio, Jaculor. Quod posterius existimo primæ et primariæ verbi Βάβω significationi respondere: ut enim dicitur Jaculari saxa, Jaculari ferrum, Jaculari fulmen, et Jaculari aliquem saxo, ferro, fulmine: eodem modo, Βάβωαι λίθον, et Βάβωαι τὰ αὐτὰ λέγουσι Γραεὶ. Sed pos- terior hæc constructio verbi Βάβω nihil &c.—Protatis deinde utriusque constructionis exemplis, tandem addo, Sciendum autem, interdum Βάβω per se poni, ut Jaculor. Demosth. Philipp. 3. εὐν μὲν Βάβω, μὲρ τοῦτοί Χενοφ. Hellen. 2. προβαίω, ἔβαλλον. Sic et apud Thucydidem lib. 3. τοὶ ἐπιβοηθῶντες καὶ εὐβαίοντες καὶ ἀνοδοί πτερον Βάβωται, Jaculantes, vel Missilibus jaculantes, &c.—Βάβω, Attingo, Gerio, Figo, Sancio, Hom. II. ε. οὐδ' ἔβαλον αἰετὶ. Ubi Eustathius scribit, Βάβωται aperte pro ἐπιπαρῆται accipi. Sic et in arigmatæ quodam Clearchi, quod ab eodem grammatico post Athenæum refertur, pag. 713. αὐτὸν τε καὶ αὐτὰ Βάβωι τε καὶ Βάβωι: ubi docet Βάβωi priore loco esse pro ἀφῶται, τίμωται, μέγας: at posteriore pro οὐκ ἐπιπαρῆται, σive οὐκ ἐπιπαρῆται. Hoc autem sensu, &c.—Paulo post, ut Βάβω pro Gerio, Vulnere, II. β. Βάβωται, &c.—Βάβω, Jacio, Projicio, ῥητοί, ut Odys. 1. Οὐκ ἔβαλον Βάβωι, id est, ἀρχαίαι κατὰ Βάβωι εἰσάει, Eust. Sic. II. β. τοῖς δὲ ἀκέρτοις Βάβωται, scriptum in terram projecti: id est, ἔβαρον, seu καταρῆται. Et II. η. Τὸν μὲν παρὰ τὴν χαρὰν Βάβωι.—Paulo post, Βάβωι autem pro Abijicio, ut Βάβωται τοὺς ὄντας, de quo vide in Πρωτοβάβωι.—Βάβω, Emitto, ut Hom. Βάβωται δ' ἀποβαίωται προῖον. Sic Euripides Hippolyto, καὶ ὄντας δ' οὐ θέμις Βάβωι δάσκει. Latini quoque non solum Emittere lacrymas et Profundere, sed et Projicere lacrymas interdum dicunt.—Βάβω, Immitto, Pono, Impono. II. p. Πάβωι ἐν χειρὶ Βάβω καὶ φρεσὶ δὲ π. Et II. η. κενεὴ Βάβω (omissa præpos.) pro ἐν κενεῖ ὄντω, &c.—Usurpat Βάβω pro Pone in metaphoricis etiam loquendi generibus: ut apud eundem poetam Βάβωται ἐν θυμῷ, id verbum, Pone in mente, pro Versare in mente, seu In animo cogitare. Ut Odys. α. v. 201, 202. καὶ ἐν θυμῷ Ἀθήνας Βάβωται, καὶ ἐν τρέφῃσιν αὐα. Id est, ἐπιβοηθῶνται, uso verbo, ut scribit Eustathius: addens etiam, Βάβωται significare vel vocis ἐπιπαρῆται, καὶ οὐκ ἐπὶ τῷ Βάβωι. Quam posteriorem expositionem admitto, protem, ut nimium subtile atque adeo commentitium, rejicio. Neque enim Βάβωται per se declarare potest ἔσθω, sed junctum cum ἐν θυμῷ, aut ἐν φρεσὶ, aut alio hujusmodi. Ut si dicas ἐν φρεσὶ ἐν τῷ Βάβωι, non dubium fuerit quin Βάβωται sit simpliciter Βάβωται, quam habeamus factam inde vocem compositam ἐπιπαρῆται. Quæ forma dicitur ut Virgilio, Mente alta repontam, et, Sensibus imis repontas. Ceterum frequentius vocis passiva Βάβωται utitur Homerus (si bene memini) quam activa, in hoc loquendi genere, &c.—Nam cetera longum esset adscribere, ideoque in id tempus reservabo quo totum opus luce donabitur.

Quantopere autem fallantur qui non aliud a me quam unum ex vulgatis illis lexicis, sed multo locupletius expectant, vel ex duobus illis quos jam protuli locis, fieri conjectura potest, Verum præterea is labor me indignus, et alienus a fidelitate paterna, cuius vel maxime hæredem me a se relinquere existimavit, (fidelitatem in his quæ ad typographicam artem pertinent) faciam ut aperte intelligatis, his quæ circumferuntur lexicis Græcolatinis primam imponit manum monachus quidam, frater Joannis Cræstonus, Piacentinus, Cardinatus: sed quum is jejunis expositionibus (in quibus vernaculo etiam sermone interdum, id est Italico, utitur) contentus fuisset, perfectorio item constructiones verborum indidisset, nullos auctorum locos profertur ex quibus illæ pariter et significationes cognosci possent, multi postea certatim multa hinc inde sine ullo detecta ex judicio excerpta inseruerunt. Donec tandem indoctis typographis de augenda lexicorum mole inter se certantibus, et præmia his qui id præstarent proponentibus, quæ jejunæ, et (si ita loqui licet) macilentæ antea erant expositiones, adeo pingues et crassæ redditæ sunt, ut in illis passim nihil aliud quam Boticam suam agnoscerent. Nam paucæ ex Budeo, aliique idemque auctoribus, et a quidem parum fideliter descriptis, (utpote parum intellecta) multa contra ex Lapo Florentino, Leonardo Aretino, aliisque ejusdem farinae interpretibus (ut similes haberent labra lactæca) in opus illud transtulerunt. Ex his quidem certe locis in quorum interpretatione felix fuit Laurentius Valla, panisissimos protulerunt: sed pro perverso non judicio, perversissimas quasque ejus interpretationes (quales prope innumeratæ a me annotatæ in Latinis Herodoti et Thucydidis editionibus videbis) delegerunt egregii illi Lexicorum seu consulariorum seu interpolatorum, quibus, tanquam gemis, illa insiduerunt. Quod si non quam multa, sed duntaxat quam multorum generum errata libi sint, commemorare velim, merito certe exclaimabo, τί πρῶτον, τίς ἔπειτα, εὐδ' ἔπειτα, εὐδ' ἔπειτα καὶ ἀπὸ τῶν ἐπιπαρῆται. Vix enim ullum errati genus posse a nobis cogitari aut fingi existimo, cuius libi aliquod exemplum non extet. Quæ igitur frequentius sunt, indicasse satis fuerit. Quo in numero poni a nobis poterunt (ne longe abeamus) quæ in duobus illis quoque attali paulo antè habentur locis. Quis enim (ut cetera omittam) non dico, cognitione aliquam linguæ Græcæ, sed vel sensu communi præditus, non animadvertat, rationi minime consentaneum esse ut unum idemque verbum Βάβω per se ac sine ulla adjectione, et Ascendo et Descendo significare dicitur? Quod autem idem verbum exposuit Amo et Adulor, hujus tam insolentis et absurda: expositionis occasionem præbuit mendosum in eo verbo Hesychii exemplar. Sed hæc non valde mirabitur (mirari certe non debet) qui huiusmodi veniet Ἀδύρῃται expositionem Simplex, Verum, Manifestus, Brevis: et Ἡμῶνται, Securi domitus: et Συναίω, Laudis participæ: de quo dictum est infra. Imo vero ne hæc quidem valde mirabitur qui factiora, etiam (si factiora esse vilia possunt) libi legitur: et a nimium quibus vocabulo cuiuspiam plane contraria significatio datur, et quam habet. Ut quum Πρωτοβάβωι, quod est Hortor, exponitur Dehortor: quum Ἀσπασσάμενος, quod est Intercedendo seu impudente me vero, aut Impudentia atque, exponitur libi Verecunde facio. Quum δάβω, quod est Persequendo, quod est Persequor, exponitur Page se mandantes. Sed quod non errati genus (toti dixi) in illis spectatur. Unius autem generis mentionem feci in his quæ præfatus sum in meam editionem postquam Græcorum: ita scribens, Verum ex omnibus utendis in quibus extrapidis laboravi, nulla frequentiora sunt in superioribus editionibus quam quæ orta sunt ex præpositionibus quæ cum aliis vocibus incuria imperitique librariorum coalescunt. Hinc certe factum est ut Homero multa vocabula adscribantur, (et quidem nonnulla in bellis etiam istis et tam pulchris titulis mentionibus Lexicis) quæ, si reviviscunt, non intellectus, nedum pro suis agnoscitur sit. Talla sunt, Ἐπιπαρῆται, et Ἐδωκῆται, et Ὑψίμετρο, et Ὑψίμετρον, et Ὑποσπῆλοι, et Ὑπέρμετρον, et Περικαμῶται, et Καταβῶνται, et Καταβῶνται, et ἄλλα deinde plurima. Hæc ego libi. Sed his addi posse dico non pauca ex istem Lexicis sumpta, ut Ἐπιπαρῆται, Carrus: nato errore ex hoc versu Homeri, II. α. Σὺ δ' ἔταρον θρηναὶ ἐξέταρον ἐπ' ἀπῆτον, (aut certe ex alio quopiam versu, in quo habetur idem hoc nomen precedente præpositione). Non dubito autem quæ aliquid ex consensu prioribus Homero, inter ea vocabula quibus ipsa locupletabit, adjecturum sit etiam Ὑπαμέτρο pro curru iterum, ex isto Homeri versu, Od. 2. Ἡμῶνται θ' ἔταρον, Σείων θ' ἔσ' ἀπῆτον. Ἀπῆτον, ex isto loco, Od. η. ο. β. δὲ δὲ ἔταρον Ἡμῶνται ὄνον. Errore equidem his omnino simili legitur in illis Ἐπιπαρῆται factum ex ἐπ' ἀπῆτον, quod extat apud eundem poetam, Od. α. Σὺ δ' ἔταρον θρηναὶ ἐπ' ἀπῆτον, ἐπ' ἀπῆτον ὄνον, Οἶδω δ' ἀπῆτον. Horum in numero ponendum et Πρωτοβάβωι, ex illis ejusdem poetæ locis in quibus legitur τῶν ἀπῆτον, II. Iliad. η. ποδὲ κίριον εἶπ. Et

verba quam pulchre et quam fideliter in illam epitomen redacta sint, vestrum esto iudicium. Hic certe Lexici locus, ut multos alios ejusdem audacia suspectos habeam, facit. Venio ad id quod multo majoris momenti esse dixi, nimirum ubi verba quibus Graeci Lexicographi ad vocabuli alicujus expositionem sui sunt, binas pluresve significationes habentia, praepostere interpretantur, et in alium omnino sensum quam illi intellexerunt. Cujus errati exemplum habemus in Σάβαιος, cuius antea mentionem feci, quod falsarum significationum exempla proferrem. In illis enim Σάβαιος redditur, Laudi participo. Unde autem orta est falsa ista interpretatio? Ex Ηεσυχii expositione, cui Σάβαιος est ἠρόδοτος. Quum enim ἠρόδοτος (utpote a ἔδω, quod non solum opinionem seu sententiam significat, sed etiam gloriam) existimarent debere significare Laudi participo, de altera illa nominis ἔδω significatione nihil cogitantes, praeterquam illam interpretationem tribuerunt nomini Σάβαιος: quum aliqui debuissent interpretari, Qui ejusdem est opinionis, Qui idem sentit, Qui assentitur. Sicut Συνομοίς est Assentiri. Libet autem duo non minus insignia hujus erroris exempla proferre, a me annotata in verbo Ἀρχαί. Ita enim ego ibi: apud Thucydidem autem Ἀρχαί vulgo exponitur Rediguntur, in hoc loco libri 3. c. 10 τῶν βαρῶν αἱ πόλεις ἕκαστα; ubi tamen scholiast. exponit Ἀρχαί. At Suidas, quum dicit Ἀρχαίσι ποιτὰ Thucydide pro ῥελευσῶν, Ἀρχαίσι, non dabit quin de illo similis ejus loco intellexerit. Sed vulgarium lexicorum consarcinatores, imperitissimi et ineptissimi, et stiva vel flagris potius dignissimi homines, quum Suidas dicit ῥελευσῶν, putarunt eum accipere pro ῥελευσῶσι τῶν βίωσ, Moriuntur, (non animadvertentes subijungi ab eo λόγους) atque ita scripserunt, Ἀρχαίσι pro Decedunt, Moriuntur, apud Thucydidem. Itidem quum tradat Suidas a Demosthene Ἀρχαίσι sibi pro Συνομοίσι, scripserunt ibi Demosthenem Ἀρχαίσι pro Excellentem dixisse (quasi vero διαφέρει significet duntaxat Excelle: eum tamen Demosthenis locum in exemplum attulerunt in quo ipse Suidas Ἀρχαίσι dicit significare ἀλλ᾽ ἄλλοις). Is est quem antea citavi, τῆ μὲν ἐν τῷ λέγει διαφέρει οὐκ ἐπὶ τοσοῦτῳ Ἀρχαίσι. Haec enim quae in Thesauro scripti huc pertinentia. Fœdus autem peccarunt in eo quod plerumque ne Latinis quidem Budaei expositiones fideliter descripserunt, nec suo loco posuerunt, eique verbo non dederunt, ut ibi eas tribuerat. Cujus peccati exemplum vobis suppeditabit vocabulum Ἀνεστέρας. Ibi inter alia significare dicitur Sedimentum, et Quod ex urina subsidit. Quae expositio sumta quidem est ex Budæo, sed eam tribuente nomini Ἄνεστας, non autem nomini Ἀνεστέρας, ut videlicet Comm. pag. 497. editionis patris mei: quum enim Budæus de Ἰστέρας loqui coepisset, dicens poni pro hypostas, et interjecisset aliqua de Ἀνεστέρας, revertens ad nomen illud Ἰστέρας, addidit, significare etiam Sedimentum, et Quod ex urina subsidit. Sed fingamus, tale quid apud Budæum aliunde legi de Ἀνεστέρας, nonne hoc aut librario aut typographo imputandum esset? Quis non videt, Ἄνεστέρας, quod et adjectivum est, et præfixum habet a privativum, non posse Sedimentum significare? Huic similis commissus est error in voce Ἀλάτοις, et quidem in excerptenda ex Budæo itidem expositione. Quum enim scripserit in suo Lexico Budæus, Ἀλάτ᾽ apud Atheneum pag. 242. pro trichino praegrandi, si est oco, in quo ουρτίε in regia celebrabatur: hodie nullam diuinam. Quum inquam hæc ibi scripserit, et vocem Ἀλάτ᾽ ibi alteri proxime subijunxisset cum expos. Ηεσυχί᾽, quispiam ex consarcinatoribus Lexicorum, qui aliquid inde excerptendi cura demandata erat, quae a Budæo pro expositione nominis Ἀλάτ᾽ dicta erant, ad expositionem nominis Ἀλάτ᾽ pertinere putavit, atque adeo suo iudicio utitur, huic non illi eam tribuit, sed decurtavit: ut ibi videlicet. Hoc autem inde contingit (nam et hoc crassa ignorantia specimen silentio præterendum non est) quod Budæus inter hæc verba trichino prægrandi, et illud Ἐκο, interjecisset notam quandam habentem punctum duabus transversis lineolis interclusum, quæ significabat Id est: ut certe plerisque hic est ejus usus. Verum hoc a me velut obiter dictum est. Libet autem, quandoquidem in mentionem hujus nominis Ἀλάτ᾽ incidit, quæ præterea circa ipsum commissus sit error, admonere, alioque item ejusdem generis (licet diversi si licet procedentibus) ei adungere. Quum Ἀλάτ᾽ Graeci dicant femininum genere, Latini autem Aulæum potius neutro, (sicut in aliis plerisque vocibus, quas hi ab illis mutuati sunt, idem genus non retinuerunt) ideoque Bud. Annot. post. in Pand. Latinis scripserit literis pluralium numerum Aulæ, (asserens aliqui et Curtii locum in quo aulæum dictum) illi diversas illas in diversis linguis nominis hujus terminationes confundentes, scripserunt, Ἀλάτοις, Stragula, Plage, Velum picturis intertextis variegatum, παρατέταρτα, περιτρίαινα, γάρτα: quibus falso nomen Budæi tanquam testis subijunxerunt. (Sed tandem opera eadem quod miserè huic voci præterea contigerit, licet alio errati genere, et potius referendo ad quandam eorum, quæ supra commemorata fuerunt, classem. Quum scripserit Ηεσυχί᾽, Αἱ ἀλάτοις, τὰ κραιναλλήματα, sed forte a typographo omissis fuerit apex spiritus index, qui primæ nominis ἀλάτοις syllabæ superponentis erat, unum illi vocem ex nomine et ejus articulo ei præfixo facientes, Ἀλάτοις scripserunt, et exposuerunt, Οπερὸν, κραιναλλήματα.) Ut porro in voce Ἀλάτοις peccatum est ab istis Lexicorum consarcinatoribus, in eo quod vocabulum Græcæ legi Latine voluerunt subijcere, sic et alibi idem fecisse conueniunt. Ut quum pro Ἀρχιμάχ᾽ scripserunt, ἀρχιμάχ᾽, volentes videlicet ἀρχιμάχ᾽ conuenire cum nomine Latino Hastæ, quod femininum est: quum alioqui Graeci ἀρχιμάχ᾽ scripserunt, ad suum nomen Ἰσάρα, seu ἄρα, quæ neutra sunt, accommodantes, et de Latina illa nihil pensi habebantes: idque merito. (Neque tamen errore hoc contenti fuerunt, sed vocem alio insuper modo corrupturam, ἀρχιμάχ᾽ pro suo illo ἀρχιμάχ᾽ scribentes.) Itidem, verum quum apud Pollucem legatur θῆβαις ἀλλοῖς, (nisi forte θῆβαις potius legendum existimemus) boni illi viri ex masculino θῆβαις fecerunt femininum θῆβαι, ut conueniret non cum ἀλλοῖς, sed cum Tibia, quod Latini id sonat quod Græci ἀλλοῖς. Imo vero graviter etiam peccarunt: quippe qui θῆβαι per se quoque significare tradiderint tibiam ex hinculorum ossibus. Verum enimvero quamvis ego non singula errata, (quod et infiniti laboris esset, et librum immense molis requirerit) sed singulorum duntaxat generum, vel potius eorum quæ in his sunt præcipua, pauca exempla colligere velim, vel horum numero me obrui sentio. Quare duobus duntaxat generibus præterea enumeratis, finem huic tam molesto ac tedioso sermوني imponere statui, cetera ut alii aut mihi ipsi in aliud tempus reservans: si tamen a magis scriis, quod huic rei impendere possit, supervit. Quoniam igitur sunt lapsus illi? Activa pro passivis, et vicissim passiva pro activis pendere in locis posita. Quanta enim licentia in hisce confundendis usi fuerint, vel inde patet quod Græci etiam Lexicographi sui activa in passiva, aut passiva vicissim in activa commutaverint. In quodam autem loco cuius recordor, ulterius etiam progressa est illa sive licentia, sive recordaria: quum enim Ηεσυχί᾽ scripserit Ἐπεδούσθῳ, et exposuisset ἀνεστέρας, itidemque Suidas ἐπεδούσθῳ exposuisset ἀνεστέρας, illi Ἐπεδούσθῳ activa, non passiva, voce scripserunt: deinde ut Ηεσυχί᾽ et Suidæ expositionem accommodare illi posset, vocem quoque quam ei adhibuerant ex passiva activam fecerunt, scribentes ἀνεστέρας. Quasi vero ut passiva vox πῶσις multos nam sibi pecuniares habet, ita etiam ejus composita suos non habeant, præsertim vero illud ἀνεστέρας. Alterum autem errati genus de quo verba facere institui, est earum vocum quarum scriptura aliquid dialecto cuiuspiam peculiare habet cum in ipse communis lingue sunt permixto. Contingit autem hæc in his potissimum quæ ex dialecto Ioniae petita sunt, utpote quarum major sit numerus. Veluti quum μετρία quod est apud Herodotum pro μετρία, seu a μετρία (ex Ioniae lingue proprietate usurpatis tenuem r pro aspirata θ) dicitur esse a μετρία. Sic quum ἐπιβόαιον, quod est Ioniae idem scriptum pro ἐπιβόαιον, a themate ἐπιβόαιον, dicitur habere themā ἐπιβόαιον. Hic finem facturus eriam, (ut modo pollicebat) nisi calanem e manu deponens, recordatos fuisse meos ejusdem inter ridicula maxime ridiculi, inter inepta ineptissimi, vel potius inter monstruosa monstruosissimi: de quo admodum ibi Lexicorum consarcinatores ac locupletiores, si et Metamorphosio Dividianam locupletate vident, aliquid jam parate materiam habebunt. Est enim in eo, de quo loquor vocabulo mira quaedam facta Metamorphosis, ex ea videlicet parte orationis quæ Verbum a grammaticis appellatur, in eam quæ Nomen ab idem vocatur, nimirum ex Verbo Κρητῆν, κρητῆν, in Nomen Κρητῆν. Quoniam autem rem quæ multorum fidem superalata sit, narrare me scio, totum locum in quo pulcherrimè illam Metamorphosin habentem, profertentem censeo. Hæc sunt igitur illorum verba, Κρητῆν, vocabulum castrense, ad significandam militum sciem fluctuam instar gradatam. Arrians in expedi-

tione Alexandri, ἄνευ βλάβης, τὰς μὴ διασκευασθῆσαι εἰς τὴν ἐπινοουμένην ποσὴν ἐκείνων τῶν φάλαγγος, ne phalangis undatim incedens series aliqua ex parte divelleretur. Hanc fluctuantem seriem intelligit Virgilius in Georgiis, ubi, Ut saepe ingenti bello quam longa cohortes Explicuit legio, et campo stetit agmen aperto, Directaqueacies se lato fluctat omnis Ære residentis tellus. Atqui ἐκείνη esse participationem acriis temporis a *εὐκάλια*, non autem nomen accus. casus, a nominativo *εὐκάλια*, vel hoc docuisse debeuerant quæ a Budæo traduntur in Græcæ lingue commentariis, *Καλιπύλο, κελιπυλίαν*. Plut. de acie fluctante, τῆς δ' ἐξ αἰῶνος ἀσπαρείας ἰδὼν τὸ ἐπείθετον οὐκ ἀπρημένον, ἀλλὰ κελιπύλον ἢ ἀεκαίαν καὶ θουλοβούλον. Affert exemplum et compositi verbi *ἐκκαλιπύλο*, eandem habentis significationem apud Xenoph. ἀναβ. 1. ὡς δὲ ἰδεύσθαι εἰ τῆς φάλαγγος τοὺς ἐκδικασμένους, ἠπὸ τοῦ ὄπισθεν, βίαι. Quid si idem ad participio *ἐκκαλίνας*, aut infinitivo *ἐκκαλίνας* usus hic esset Xenophon, magnum certe et huic loco ab illis consarcinatoribus periculum impendebat, ne videlicet ei suum verbum itidem rapientes, in nomen *ἐκκαλίνας* converterent. Sed quid ego hic de consarcinatoribus loquor? præclaræ illius Metamorphosis totam laudem, quantumque est, unus sibi consarcinator vendicat, si nimirum cui adscribitur notissimæ editionis consarcinatio atque locupletatio. Ea inquam illi soli debetur, quam tamen ego paulo ante cum aliis eum communicare volui. Sed ignoscit mihi, rogo: non enim id a me malevolo animo et debita eum laude fraudandi cupiditate factum est, sed memorie in colligendis tantis multis hujuscemodi generis occupata culpa. Quid si vero potius suum in etatam animadvertens (dicere autem supersedeo quam bene interpretatus sit vocem illam suam verbinominæ, aut nominiverbum, ut in nova barbaraque grammatica non nisi barbaris quæ verbis utar) ut sibi ignoscatur potius, ac dicat, si quidem in *εὐκάλια* non aliud tempus servans se incidisset, nequamquam se fuisse erraturum: sed illud *εὐκάλια* in errore eum impulisse, ad asinitatem quam cum forma nominis habet: quid illi respondendum fuerit? Ad hoc certe quod attinet, non habeo quid respondeam potius quam Horatianam ista, (si modo unicam in uno ejuo verbo literam inmanuere ficeat)—quod medicorum est Promittant medici. Nisi forte gratius illi futurum est proverbium, Ne sutor ultra crepidam.

Ex hac (ut ita dicam) anatomie vel minime aliqui partis corporis tant vitiosi ac morbidi, de ceteris partibus iudicium fieri posse existimo: et si qui mirati sunt antea Thesaurum ante multos annos a patre meo Roberto Stephano promissum, nondum prodissie, futurum ut mirari desinant, quom totus velut a fundamentis constructus fuerit. Dignum enim scilicet sua existantione opus, dignum superioribus laboribus, ac præsertim suo Latine lingue Thesauru, edidisset, si Lexicon et ipse auctum duntaxat et locupletatum dedisset, aut etiam, ementibus Thesauri nomen et tribuisset: ut a quibusdam unum ex illis tam misere corruptis ac vitiatiss Lexicis inscriptum est Thesaurus, (quam debuissent addere vocem Carbones, utpote quod introspectientibus, vere conpariat esse quod veteri proverbio obijci solitum est, Thesaurus carbones) dignum inquam ea fide que in variis ejuo variorum librorum editionibus perspecta erat, edidisset tandem opus, si ceterorum more, non in emendandis vulgatis lexicis, sed duntaxat in locupletandis operam posuisset. Atqui hoc ipsum erat de quo potissimum quereretur: adeo ut quædam aliqua nova Lexici editio prodibat, aucti et locupletati. Semperse (dicerent) veterem hanc castellanam audiam? Nunquamve aliqua Lexici editio emendati etiam et correcti sive repurgati prohibuit? Ac profecto ab hac repurgatione intantum sumere olim et in animo fuit, et tanquam veteres ædes instaurare ac resarcire, dum novas edificandis facultas esset: sed postquam illi Augiæ stabulum esse, postquam omnia ruinam mirari comperit, sui illam incepti puduit pariter et penituit. Parata autem jam bona materis quæ ad novum ædificium requireretur parte, mors illud nonnisi invidit: in qua tamen hoc ipsum quo mihi commendavit. Quæ quum ita sint, none et a fidelitate paterna deservissem ac degenerassem (cujus potissimum hæredem se a me relinqui existimavit, ut antea dixi) et privatim etiam fidem illi datam violassem, ejusque manes lædere dictus merito fuissim, si et ipse Lexicon vulgatum, licet auctum, locupletatum, interpolatum, reconcinnatum, reconsarcinatum, emendatum denique passim et correctum, edidisset? Habetis, vtri carissimè, cor a me hæc opera minime expectanda fuerit, et cor quidvis potius expectare, debeatis. Sed quid de his dicemus qui lexicis illis *libet*, ac tantum non pro oraculis habentes ea que in illis traduntur, interpretes agunt, et quidem librorum omnis generis? aut de illis qui hujuscemodi Lexicorum ductu et auspiciis, provinciam Græcæ profitendis auscipiunt? Quid aliud hoc est, obsecro, quam cæcos cæcis vim velle monstrare? Et tamen hæc sunt hodie præcipua non paucorum Interpretum et Græcæ lingue professorum arma, quibus scilicet adversus quantumvis implicitos scriptorum Græcorum nodos acriter dimicant. Et miramur, tam pueriles, tam ineptas, tam ridiculas, tam falsas prodire quotidie eorum interpretationes? Sed hæc *εἰδὼν λέγω*.

Superset ut eos meo liberem qui, (uti dixi) quoniam vocabula in meo Thesauru longe alio quam alphabetico ordine digesta esse audierant, quoniam in esse possit, valde mirantur: ne, ne sis duntaxat qui in lingue Græcæ cognitione velat veterani sunt, (ut ita loquar) non item tyronibus labor meus utilis futurus sit, veniatur. Sciant igitur illi qui hoc timeant, cum contra quam in meo Thesauru habetur vocabulorum seriem, tantum commodi vel iis qui Græcæm linguam discere incipiunt, afferre posse, quantum alphabeticus ille ordo affert incommodi. Hoc tamen legentis fateor, si initio, quum illa serie uti copiam, rem tot difficultatibus esse implicitam, quot postea sum expertus, existimassem, et fore ut nullus mihi quicquam ad eas auxilium afferret, neque ex prisicis neque ex iis qui eos secuti sunt ad nostra usque tempora grammaticis, sed futurum ut eas Marte meo pennuræ cogeret: quodvis omnis potius quam illud suscipissem. Sed hæc in re profecto, si alia in ulla, locum habet vetus proverbium, quod difficile esse prædicat quæ palæstra. Reddit enim series illa multo ditiores (ut ita dicam) Græcæ lingue divitiis, et que lactentis locupletissimæ fecundissimæque esse visa est, facit ut multo etiam locupletior fecundiorque quam credita sit, compruat. Quoniammodum enim opulenta domus longe opulenter videbitur si in unam tota suppellex conparietur locum, quam si dispersa sit: eademque hominum multitudo, major multo, quam conferri sunt, quam quam dispersi, videtur: sic etiam vocabuli unius, tanquam stirpis, numerosa propagæ et soboles minime dispersa divulgate, et in varios locos distracta, sed in unum ita collecta, ut uno propemodum aspectu contemplari universam possimus, multo certe numerosior nobis videbitur. Quod autem studiosorum lingue Græcæ magis interest, seriem illam tyronum etiam studiosi esse peritilem, res equidem ipsa clamant: quum plerumque mutuas operas in sese vicissim velat exponendis tradant, que ab eadem stirpe ortum habent vocabula, et interdum per varia que derivata vocantur, tanquam per gradus quosdam ad cognitionem significationis vocabuli illius unde manant, ascendamus. Sed tam multa sine exemplis, frustra fortasse: ut igitur te non diu morans, ad illa veniam: en tibi in illa vulgatis Lexicis, *Ἀέλιος* quidem (quod est Cæno) in litera prima totius alphabeti: aut in *ἄλφ*, Cantus, et *ἄλφ*, Cantor, in litera ultima. Quoniam inter illud verbum *ἄλφ* et verbale ejuo *ἄλφ* interjecta sunt aliquot vocabulorum millia. Præterea compositorum unumquodque seorsum positum est, dispersa et ipsum sua derivata habens. Duo vero magis etiam reprehensione digna sunt hæc in parte: unum est, quod passiva vox ab activa semper sejungitur, et quidem non parvo intervallo nonnunquam, multis aliis vocabulis (ut possit alphabeticus ordo) interjectis: alterum, quod de uno eodemque verbo in diversis agatur locis: nimirum non solum in ejuo presenti, sed etiam in infinitivo. Interdum vero et in diversis temporibus, nimirum futuro, præterito, ut alio: et quidem interjectis itidem aliquibus vocabulis. Exemplum autem habemus eum in aliis pluribus verbis, tum vero in *Ἀέλιος*, si cum eo eadem posita non sunt, sed seorsum, ista omnia, *ἔλασ*, *ἔλασ*, *ἔλασ*, *ἔλασ*, *ἔλασ*, *ἔλασ*, *ἔλασ*, necnon *ἠέλασ*: seorsum vero et passiva vox *Ἀέλιος*, sejuncta habens et participia *Ἀέλιος* atque *ἠέλιος*: tantum obest ut verbalis suo verbo adjuncta sint, Quoniam quum unum idemque verbum ex Atticæ quidem lingue constructivæ in re derivetur, ex communis autem *ἄλφ*, (ut quidem tradunt grammatici, qui tamen aliquid his verbis addere debebant) nihilque ex diversa terminatione mutetur significatio: interdum tamen alio in loco, quod in esse terminatum est, in alio, quod in re, collocaunt. Quoniam (quod non minus quis riserit) interdum duobus in locis idem ponitur thema, prius quidem, contractionem non passum, postea vero contractum, aliis inter illa interjectis: ut in

Θαυρῶν et Θαυρῶ, factam esse vides. Verum satius esse exemplis cetera que his addenda forent, in ipis Lexicis videnda relinquere, quam ea passim prostent: et aliqua potius extrema ejus serici, quæ mox in meo Thesaurō usum esse dixi, spectanda proponere.

En igitur sericæ verbi ἄδω, cujus mentionem initio feci, vel potius Ἀείδω quidem primum, dein verō Ἄδω.

ἌΕΙΔΩ,	Ἀρμολογία, ἄρμ.	Ἄντρω.	c. 2. Σκερῶ.
Ἄειδῶ,	Ἀρματοσία.	C. Αἰθῶ.	C. ΚΑΤῶ.
Compos. Ἀειδοῦναι,	¶ Ἄδω.	Ἀρῶ.	C. ΠΕΡῶ.
Ἄειδῶ,	Ἄδω.	C. Διδῶ.	C. ΠΡΟΣῶ.
Ἀειδοῦναι,	Ἄδω.	C. Ἐξῶ.	Προῦδῶ.
Ἀειδοῦναι,	Ἄδω.	C. Εἰδῶ.	Προῦδῶ.
Ἀειδοῦναι,	Ἄδω.	Ἐπρω.	Προῦδῶ.
ἌΔΩ,	COMPOSITA.	Ἐρῶ.	C. ΣΥΝῶ.
Ἀδῶ.		Ἐρῶ.	Συρῶ.
Ἀδῶ.	C. ἈΝΤῶ.	Ἐρῶ.	Συρῶ.
Ἀδῶ.	Ἄντρω.	c. 2. Καρῶ.	C. ΤΙῶ.

Ex compositis aliis, quæ non ex ῶδ sed ex ejus verbali deducta sunt, Καθαρῶν et Καθαρῶν, in Καθῶ: ut Ἀμρῶν et Ἀμρῶν in Ἀμρῶ, et Υμρῶν atque Υμρῶν in Υμρῶ, et Μορῶν ac Μορῶν ac Μορῶν ac Μορῶν, in Μορῶ. Idemque in quærendis ceteris, quæ hic posita non fuerunt, observandum erit. At Ἀρῶν et Σκρῶν habebis inter proxime sequentia, post Ρῶνδῶ, et ejus derivata. Sequantur autem cetera.

C. Παλρῶν, ῶ.	C. Ρορῶν, ῶ.	C. Ραῖρῶνδῶ pro ῶνδῶ.	ἈΔΗΝ, ῶν, ῶ.
Παλρῶν.	C. Ραῖρῶν, ῶ.	ῶν, et ραῖρῶνδῶ pro ῶνδῶ.	Ἀρῶ, ῶν, et ῶν, ῶ.
C. Παρῶν, ῶ.	Ραῖρῶν.	C. Σκρῶνδῶ.	Ἀρῶν, ῶν, ῶ.
Παρῶν.	C. 2. Ἀπορῶνδῶ.	C. Ἀρῶνδῶ.	Ἀρῶνδῶ, ῶν, ῶ.
Παρῶν.	C. 2. Ἐπιρῶνδῶ.	C. Προρῶν.	Ἀρῶνδῶ, ῶν, ῶ.

Huic verbo subjungam id quod ipsum in eodem Thesaurō excipit, nimirum Ἄδω, id est verbi Ἄδω sericæ; in qua sequor eos grammaticos qui ἄδων ab eo deduxerunt, licet et ἄδων spiritu tenui scriptum inveniat, ut tibi copiose docui.

ἌΖΩ,	C. ἘΝαζῶ.	Ἀζῶ.	Ἀζῶ.
Ἄζω.	Ἐναζῶ.	Ἀζῶ.	Ἀζῶ.
Ἄζω, ῶν, ῶ.	C. Ἐζῶν.	Ἀζῶν.	Ἀζῶν.
¶ Ἀζῶ, ῶν, ῶ et ῶ.	Ἐζῶν.	Ἀζῶν.	Ἀζῶν.
Ἀζῶ.	C. Παζῶ.	Ἀζῶν.	Ἀζῶν.
Ἀζῶ.	C. Ἐζῶν.	Ἀζῶν.	Ἀζῶν.
Ἀζῶ.	Ἐζῶν.	C. ΚΑΘαζῶ.	Ἀζῶν.
C. ΚΑΘαζῶ.	C. Ἀζῶν.	Ἀζῶν.	Ἀζῶν.
C. 2. Σκρῶνδῶ.	C. Παζῶ.	Ἀζῶν.	Ἀζῶν.
Ἐζῶν.	Ἀζῶ.	C. Ἀζῶν.	Ἀζῶν.
Ἐζῶν.	Ἀζῶ.	C. Ἀζῶν.	Ἀζῶν.
C. Ἀζῶ.	Ἀζῶ.	Ἀζῶν.	Ἀζῶν.
Ἀζῶ.	Ἀζῶ.	Ἀζῶν.	Ἀζῶν.

Et quoniam ut sunt diversæ verborum naturæ, ita etiam diversæ habent derivata, quæ sunt eorum vel soboles, proferam et alia exempla. Ecce igitur verbum Ἀζῶ cum universa sua propagine et sobole, aut certe bona ejus parte: fieri enim potest ut aliqua derivata me subterfugerint, sed quæ alibi addi possint.

ἌΓΙΡΩ,	C. ἘΑγρῶ.	C. ἈΠερῶ.	c. 2. Ἀπορῶ.
Ἄγρῶ.	C. ΠΡΟΑγρῶ.	Ἀγρῶ.	C. 2. Ἐπερῶ.
Ἄγρῶ.	Ἀγρῶ.	C. ΚΑΤῶ.	Ἐπερῶ.
Ἄγρῶν, ῶν.	Ἀγρῶ.	Κατῶ.	C. 2. Φλορῶ.
Ἄγρῶν, ῶν.	Ἀγρῶ.	Κατῶ.	C. ΣΥΝῶ.
Ἄγρῶν, ῶν.	Ἀγρῶ.	Κατῶ.	Συρῶ.
C. ΕΠαγρῶ.	Ἀγρῶ.	c. 2. Ἐπαγρῶ.	Συρῶ.
C. ΕΠαγρῶ.	C. ἈΝΑγρῶ.	C. 2. Ἀντιπῶ.	Ἐπερῶ.
Ἐπῶ.	Ἀγρῶ.	Ἀντιπῶ.	Ἐπερῶ.
C. ΣΥΝαγρῶ.	c. 2. Προαγρῶ.	c. 2. Προαπῶ.	Ἐπερῶ.
Συρῶ.	C. Ἀπῶ.	C. 2. ΠΑΡῶ.	Ἐπερῶ.
ἌΓΟΡΑ	Ἀπῶ.	Παρῶ.	Ἐπερῶ.
Ἀγορῶ.	C. Δαγρῶ.	C. 2. Ἀπαρῶ.	Ἐπερῶ.
Ἀγορῶ.	C. Ἐαγρῶ.	c. 2. Ἀπαρῶ.	Ἐπερῶ.
C. Ἀγορῶ.	C. ΚΑΤῶ.	C. 2. Δαπῶ.	Ἐπερῶ.
Ἀγορῶ.	Κατῶ.	Παρῶ.	Ἐπερῶ.
Ἀγορῶ.	C. ΠΡΟαγρῶ.	Ἐπαρῶ.	C. Ἐπῶ.
Ἀγορῶ.	Προαγρῶ.	Ἐπαρῶ.	Ἐπῶ.
Ἀγορῶ.	C. ΠΡΟΣαγρῶ.	Προαγρῶ.	C. Κεαγρῶ.
Ἀγορῶ.	Προαγρῶ.	Προαγρῶ.	Κεαγρῶ.
Ἀγορῶ.	c. 2. Ἀντιπροαγρῶ.	C. 2. Ἀντιπῶ.	C. Μεγῶ.
Ἀγορῶ.	C. ΣΥΝαγρῶ.	Προπῶ.	Μεγῶ.
Ἀγορῶ.	C. ΤΙῶ.	C. 2. Ἀπορῶ.	Μεγῶ.
Ἀγορῶ.	Τιῶ.	Προπῶ.	C. Υῶ.
Ἀγορῶ.	Ἀγορῶ.	Προπῶ.	Υῶ.

Sunt vero quædam verba multo etiam opulentiora atque fecundiora, et admirabilem quandam derivatorum varietatem habentia: atque adeo tantam quæ nominis multis paginis capi possit: ideoque nullum ex his proferre libet. Ceterum si quid vel a vobis, viri doctissimi, vel ab aliis reprehensione dignum in hac serie inveniat, veniam me tribus nominibus consecutorum spero: primum quod hanc viam primus omnium ingredier, et in ea (quam aliqui cæca sit et latebrosa, vereque hexæna et infractibus plena, ac non pauci erroribus implicita) mihi ipsi tamen dux esse cogor. Sed unde tibi tantum suadecia, ut vel de tentanda hujusmodi via cogitaris? Imo vero non audecne id, sed credulitati potius tribuendum est. Magnam enim spem ostentabant de hac via mecum indaganda veteres

grammatici: verum eam spem prorsus esse vanam, magno meo malo comperi. Deinde veniam ideo mihi polliceor, quod simul et in vocabulis hac serie collocandis, et in significationibus certo etiam quodam ordine disponendis laboratum fuerit. Nec enim ignoratis quanta eorum in vulgatis Lexicis (ut falsas et contentiosas omittam) perturbatio sit atque confusio: utpote in quibus aut omnium rarissime aut etiam metaphoricæ significationis primus datur plerumque locus. Postremo, quod ad typographicam clepsydram (ut alibi quoque locutus sum) hæc scribere (id est, descriptionem meam typographicam operarum penso obnoxiam habere) cogar: et quod ab infans curis et occupationibus quas secum ars ista trahit, temporis superest, ne id quidem universum huic operi possim impendere, nec ejus partem in lectionem typographicam eorum quos interim excudo auctorum (ex quibus nunc est Plutarchus) necesse habeam conferre. Hæc, inquam, sunt propter quæ futurum spero ut mihi et a vobis et ab aliis venia detur, et quidem non eorum duntaxat quæ in illa serie, sed et eorum quæ in illa ejus operis parte peccaverim. Absit enim ut sibi quisquam persuadeat, ita me aliorum errata proferre, quasi ipse sim ἀναμάργωτος, et hominem me esse non meminerim, id est, eum cujus sit labi, errare, nescire, decipi. Imo vero me et colloco in hoc numero, et jam nunc, in meo opere esse in quibus lapsus me existimem, ingenue fateor. Sed inter eos qui aliquando, et eos qui identidem ac subinde errant, discrimen stataendum esse dico. Quinetiam minime dubium est quod variis sint errata in hoc etiam genere velut gradus: et, ut quædam veniam merentur, ita quædam flagris potius quam venia digna censeri debeant. Illa porro toto tamque fœda Lexicorum errata lectorem celare, præterquam quod religio mihi fuisse, utpote qui silentio meo falsam multorum de illis opinionem aucturum eram fortasse: tum vero, ne et ipse Lexicorum conscribator existimaretur, ea patefacere necesse habuisse videor. Quomodo enim quid inter meam et illorum utpote discriminis sit, et cur velut a fundamentis construendum mihi fuerit Thesauri mei ædificium, ostendere potissimum, nisi qualis esset eorum structura ostendissim? Ut porro eos in ceteris imitatus non sum, ita nec in præteritis silentio eorum unde aliquid mutuatum sum nominibus. Non enim nomina veterum duntaxat scripserim et Græcæ lingue auctorum ascribo, ex quibus exempla locutionum (ut vulgus vocat) a me petuntur: sed et interpretum, aut expositorum, aliorumque quicunque aliquid ad expositionem alicujus vocabuli pertinens præcipiant, siquid ex iis in opus meum transferam.

EXCERPTA

EX

J. A. FABRICII BIBLIOTHECA GRÆCA,

Vol. VI. p. 651—68. ed. Harles.

LEXICA GRÆCO-LATINA RECENTIORUM.*

INTER Lex. Gr.-Lat. recentiorum scriptorum, ratione temporis, quo in lucem edita est illius lucubratio, familiam ducit Jo. Crastonus, Placentinus, Carmelitanus, cujus Vocabulista Græco-latina? primus prodiit Regii Lepidi A. 1497. 8. quæ editio in Leidensi bibl. publica adservatur; deinde editit Bonus Accursius, Pisanus, dicavitque Joan. Francisc. Turrianus, duæli quaestori, impressum in edibus Dionysii Bertochi, Bononiensis, subterraneis, Mutinæ 1499. fol. ut didici ex Michaëlis Maittaire Annal. typograph. t. I. p. 363. Habeo et ipse Lex. ejusmodi Gr.-lat. perantiquum, editum in fol. sed in quo titulus deest, neque extrema pagina 455. locum aut tempus denotat, quod incipit: ἀσπίς, *bes*, intangibilis, ἀπειρος; intangibilis, vel cui nocere quis nequeat, etc. H. Stephanus in Epist. de typogr. suæ statu, A. 1569. 8. edita, et libro de vita Stephano-rum adjuncta, "iis," inquit, "quæ circumferuntur Lex. Gr.-Lat. primam imposuit manum monachus quidam, frater Jo. Crastonus, Placentinus, Carmelitanus, sed cum is jejuniis expositionibus, (in quibus vernaculo etiam sermone interdum, id est Italico, utitur,) contentus fuisset, perfunctorie item constructiones verborum indicasset, nullos auctorum locos profertens, ex quibus illa pariter et significationes cognosci possent, multi postea certatim multa hinc inde sine ullo delectu atque judicio excerpta inseruerunt: donec tandem in doctis typographis de agenda Lex. mole inter se certantibus, et præmia iis, qui id præstarent, proponen-tibus, quæ jejuna, et, si ita loqui licet, macilentæ antea erant expositiones, adeo pingues et crassæ reddite sunt, ut in illis passim nihil aliud, quam Bœoticam suam agnoscamus." Eodem loco varias ejusmodi βαρβαροει-
 κων ἁλλουσιωνων hallucinationes atque errores H. Stephanus perstringit. Fabr. In catal. Binaui. l. c. p. 1808. occurrit Crastoni Lex.; edit. antiq. videri, sine indicio et loco impressionis; fol. atque edit. Mutinae in edibus Dionysii Bertochi 1499. fol. in nota autem confector cat. ait, ex collatione hujus editionis, cum præcedente insinita, satis apparere, utramque esse diversam, sed priorem s. l. omnino Mutinensium anti-quiore. Atqui prior esse videtur ea, quam cl. Panzer. A. T. vol. I. p. 436. nr. 299. laudat, eodemque, scribit, caractere, quo Homerus Florent. 1484. impressus fuit. Idem V. D. alias memorat edd. antiquas s. l. et a. 4. (vol. iv. p. 117. n. 394. de qua edit. multus est Braunius in notitia.—de libris—in bibl. monasterii ad SS. Udalricum et Afram Augustæ extantibus tom. II. p. 72.)—(Mediolani,) quarum quidem altera in 4. (circa a. 1481.) habet epist. Boni Accursii, Pisani, præfixam ad Abt. Bracellum; altera in fol. (post au. 1480.) ejusd. epist. ad Jo. Francisc. Turrianum. (v. Panzer. II. p. 100. et 101. ac Jo. Ant. Saxii hist. typograph. lit. ter. Mediolanens. col. 167. ubi de Bonacursio multus est, et p. 445. ac 612.) Idem eel. Panzer.

* Quædam Lex. jam recessi in prolegom. ad histor. L. Gr. I. p. 81. sqq. De quibusdam egit Walchius in introduct. in L. Gr. part. I. cap. III. §. 81. sqq. p. 146. sqq. edit. sec. Quæ in bibl. Binaui. (Dresdensi bibl. publice inserta,) extant, ea memorantur in catalogo bibl. Binaui. tom. II. vol. III. p. 1907. sqq. Nubem vero Lex. Gr. excelsitanti reperies in Hen. Gsch. Lawwetz Handbuch für Buchverfasser und Bibliothekare, vol. I. tom. I. p. 441—454. et in primo suppl. p. 302—515. Quæ, ut sensus et singula, perscrutari minora. Lex. emendatæ, sumi necesse sit, jussu dubio: quisimo præstare viderit, lectores ad illos ablegare liberos, et melioram, vel rationem recentiorum Lex. notitiam tantummodo propinare.—Commemorare adhuc jussu I. H. Boeckeri diis. de Lex. veterum Gr. ex Photio postissimum; in ejus dissertat. academ. t. I. p. 645. Argentor. 1701. 4. Herl.

* MS. extare in bibl. Patav. supra in notitia codd. notavimus. Herl.

post alios, quos laudat, memorat editi. Vincentinam, per Dionys. Bertochum, 1483. fol.—Regiis 1497, fol. v. vol. iii. p. 316. et ii. p. 394. de Mutinensi, jam memorata, vol. ii. p. 152. Mantuanam autem a. 1494. habet spuriam vol. ii. p. 8. *Harl.*

Lex. Gr.-lat. excusum ab Aldo Venet. 1497. fol. hinc Ferrariae A. 1510. [cum Cyriilo, Ammonio etc. per Jo. Maciuchum. fol.] et Paris. Hieron. Alexandro curante A. 1512. anticumque a Jo. Maria Tricacilio, Equitate, in quo multa falsa, notante Gesnero. Deinde Lugduni cum auctario et a Valentino Curione, Hageoio, Basil. apud Crasandrum 1519. fol. ibid. 1584. 4. [Lex. Gr. cum Max. Tyrii, philosophi platonici, sermonibus et Angeli Politiani Rustico. Basil. 1519. in 4.]

Nic. Beraldi *Dict. Gr.-lat.* Paris. 1521. fol.

Dictionarium idem addita interpretatione Lat., tribus vocum millibus auctius, additis variis Grammat. Gr. apospasmatis, et de vocibus Atticis, Tho. Magistro, Phrynico et Emanuele Moschopulo. Venet. 1524. fol. apud Franc. Asulanum. *Fabr.* De h. ed. v. serie ed' edizione Ald. ed. ii. p. 60. Edit. Aldina a. 1534. quam memorat Lawaetz in suppl. cit. p. 306. nulla et per errorem numeri typographicam orta esse videtur. *Idem* Lawaetz memorat l. mem. edit. Venet. apud Sessam. 1525. fol. Mentionem vero Lex. rarioris inventa facere juvat; *Lex. Gr.-lat.* partim ex Gr. Lex.; partim ex recent. lucubrationibus non quorundamlibet, sed exquisitorum, nim. Guil. Budaei, Erasmi Rotterod. Laurent. Vallæ, Hermolai Barbari, Angeli Politiani, Ladov. Coliæ etc. Paris. apud colleg. Sorbonæ. 1530. fol. *Harl.*

Jacobi Ceratini *Dict. Gr. Basil.* 1524. fol. cum præfat. Erasmi, qui Ceratino auctor fuit, ut hunc laborem in se susciperet, et ipse nonnulla adjecit. Inter eos, qui Gr. auxere *Lex.*, proficitur et MAINO non parum debeat, ac male precatr invade febrî, quæ studiosis eam utilitatem reddiderit maligniorem. Vide Erasmi *Epist.* lib. xxviii. 21. ubi ait, Ceratinum exactam utriusque ling. peritiam cum incredibili modestia copulasse. "Hujus," inquit, "accessionem cum conferrem cum aliorum auctariis, quæ in proxima Gurmuntii editione fuerant addita, (nam hanc Ceratinus noster non viderat,) miro modo vix ullam vocem ab hoc annotatam comperi, quam illi priores occupasset. Pauperis est numerare pecus, sed pauperis acit numerare dictiones. Satis multas adjecit Ceratinus, sed ingentem fateris thesaur., si expendas, quod accessit, potius, quam numeres."

Magis etiam illo Lexicographorum vulgo se exemit GUILIELMUS BUDAËUS, resurgentis literaturæ alter quasi Camillus, quo elogio cum maectat Adr. Junii lib. ii. cap. 6. *Adversar. Hujus Commentarii Gr. Ling.* præmissa Gr. ad regem Gallie, Franciscum, præfatione, Paris. primum 1529. et Colon. ac Basil. 1530. fol. editi, et deinde tertia parte auctiores Paris. 1548. apud R. Stephanum fol. typis huculentis recusi sunt et Basil. 1556. fol. quartum Operum Budaei vol. implement. In his auctor, nullo neque alphabeti neque alio ordine observato, innumerarum vocum phrasiumque, illarum præcipue, quæ ad res civiles ac forenses pertinent, prout sub acumem styli scribenti venerunt, proprias et varias significationes ex probatis auctoribus, oratoribus maxime et historicis, eruit, atque latine ex veterum Romanorum usu exposuit, ut nihil illis elegantius, nihil doctius cogitari possit. Ad dicitur liber ille Salmasio veram ad eruditionem viam primum aperuisse, ut non vane auguratus sit jam olim Erasmus in *Epist.*, observationes Budaei utriusque lingue studiosis plurimum utilitatis esse adlaturas. Nam et ad Latinam eloquentiam apprime facere, verissime monuerunt Fr. Vassavor de *ludicia dictione* p. 321. et R. Simon. *biblioth. selectæ, Gallicæ editæ*, tom. i. p. 354. De iisdem commentariis Ang. Caninius in *Hellenismo*: "Latius orationis formas, et brevier quicquid ad Græc. phrases attinet, doctissime persecutus est Budæus in suis comment., quos *super* et *emendate* et *elegantè* magno studio hunc bono excudit Budæus. Eum librum comparare sibi debet, quisquis serio Græcari velit." Edm. Richerius in *obstetricie animorum* p. 290. "Quia magni illius Budaei mens et institutum in suis comment. fuit Græca Latina conferre et connectere, certumque est, quicquid unquam elegantiae aut venustatis in utraque lingua extitit, id totum libris illis contineri, qui huic studio egregiam navare operam cupiunt, excellens illud et celeste monumentum Budaei cogitate notare debent; cujus auxilio omnia lingue principis arcana facile pervestigabunt." Buchananus:

Gallia quod Græca est, quod Græcia barbara non est,
Utraque Budæo debet utrumque suo.

Omitto elogium, certatum in eum congesta, a Lud. Vive ad lib. 2. Augustini de Civ. DEI c. xvii. et de tradendis disciplinis p. 306. Scaligeri in Scaligeranis, Barthio xxi. 3. *Adversar. Morhio* lib. 2. polyhist. c. viii. §. 3. Vitam Budaei²⁾ scripsit Ludovicus Regius, qui cum lucubrationum ejus clencho legitur apud Batesium et Leckerum: "Regio addenda, qua habet Jo. Launovius parte 2. *Gymnasii Navarr.* p. 875. seq. qui tamen fallitur, quam p. 882. notat, Budeum obiisse anno 1575. Cal. Sept. nam anno 1540. Cal. Sept. extinctus est, ætat. 75. Budeum in perisque libenter sequuntur *Lex. Gr.* post eum vulgatorum, auctores, etiam Henr. Stephanus, qui in paucis quibusdam locis ab ejus sententia discedit, quorum rationem uberiorem reddere voluit in suo, quem promissit, *Thes. Gr. ling. Coroll.* et in editione nova *Comment. Bud.*: "Cogito enim," inquit in præf. ad *Thes. Gr. ling.* p. 12. "de libri illius editione, qua habeat cum aliis, quibus multo quam antea utilior reddatur, tum vero meas in quosdam locos annotationes." Sed nec *Coroll.* illud, nec editio *Comment. Bud.* a Stephano notis illustrata, lucem vidit.

Dictionarium trilingue, in quo Lat. vocabulis, in ordinem alphabetico digestis, respondent Græca et Hebraica, Hebraicis adjecta sunt magistratralia (Rabbinica) et Chaldaica, opere et labore Sebast. Münsteri congestum. Basil. 1530. 1543. 1562. fol. Latina et Græca eadem fere in Tricacilii *Lexico*.

Ambr. Calepini Latino dictionario vocabula Græca anonymus quidam adjecit. Id sæpius subjectum prelo etiam cum aliarum linguarum accessione, ut in edit. Basil. 1605. lexicon undecim linguarum.

² Conf. supra in l. vol. p. 250. not. g. Postea accepti, Colon. et Basil. ejusdem anni edd. esse diversas. *Harl.*

³ Attamen post dedicationem, Francisco, Galliarum regi, sermone Gr. scriptum, extat *index vocum cretæ*. *Index secundum paginarum numerum et ordinem eorum, quæ in his commentariis Gr. Ling. marginibus præfationis adnotatae latius exponuntur*: r. h. quæ vero, quæ aut pretertinguntur, sed quæ qua indice vix commode complectantur, et fit in plurimis quætionibus, usatim frequens appudatib lectio. *Kraus.*

⁴ Index quidem adhæret quoque editioni. Basil. et Stephan. sed in contexta nullus ordo observatus est. *Harl.*

⁵ Adire etiam licebit de Budæo elogio Jovii p. 178. et Samarthani, p. 5. Nic. Renneri icones p. 95. Bullartii *Academiam scientiar.* t. ii. p. 166. Cl. Sinceri vitæ Icteronum iii. p. 105. A. Claromudi vitas editas Germanice tom. i. p. 25. Basili *Lexicon, Hendrichii pandetas Brandenb.* Bullartum tom. iii. judicior. editorum Gallicæ p. 157. seq. Bonifacii *hist. ludicrarum* xv. 3. etc. [Jo. Fabric. in *historia librl. Fabr.* vol. iii. p. 255. sqq.]

⁶ Fr. Jac. Leickherus in *Vitis decem Icteronum*, ed. Lips. 1686. 8vo. p. 28. Guil. Batesium in *vitis selectarum aliquot virorum excusis Lond.* 1681. et 1704. p. 215.

Lexicon Gr.-lat. auctum insigniter a præclaro viro, P. Gyllio. Basil. 1532. fol. et deinde sæpius cum aliorum aucturibus recensum, ut infra commemorabitur.

"Primum circa A. C. 1537." inquit Conr. Gesnerus in epist. A. 1562. scripta, de libris, a se editis, "Lexicon Gr.-lat. (Basil. 1537. fol.) quod jam ante a diversis et innotuitis, nescio quibus, salis misere consarcinatum erat, ex Phavorini Camert. Lex. Gr. ita auxi, ut nihil in illo extaret, quod non ut singulari fide ac diligentia, ita labore maximo adijcerem: sed typographus, me inacio et præter omnem expectationem meam, exiguum duntaxat accessionis meæ partem adiecit, reservans sibi forte aucturiam ad sequentes etiam editiones. Eodem paulo post defuncto, meum exemplar recuperare non potui. Ab eo etiam tempore in gratiam Henr. Petri, Basil. typographi, ter aut quater ex diversis lectionibus meis, idem volumen iniqui accessione auxi, an. 1545. ita ut semper nominarem auctores, a quibus singula excessissem, ut et aucturitas major esset, et orthographia minus corrumpetur: quod si alia etiam multi Lexiconum corruptores potius quam auctores observasset, non usque adeo aliquot millibus locorum corrupta hæc volumina hæctenus in publicum prodissent, non solum typographicis erratis passim innumeris absurdissime referat, propter imperitiam illorum, qui ad præla corrumpti: sed ipsorum etiam aucturum, quorum plurimos idcirco sua nomina profiteri puduit. Ultima quidem editio a me locupletata Basil. nuper prodit ex officina Hier. Curjoni A. 1560. Sept. fol. chartis trecentis octoginta quatuor.—In Lex. Gr.-lat. A. 1544. Basil. excusum in 4. de utilitate ac dignitate lingue Gr. præfatus sum."

P. Dasypodii, Helvetii, quo præceptore usum se Tiguri, narrat Gesnerus, Lex. Gr.-lat. Argent. 1539. 4. [Colon. 1676. med. Svo.]

Lexicon, Antwerp. editum, an. eodem 1539. 4.

Lex. Gr.-lat. Basil. 1539. 4. apud Jo. Walderum cum præfat. Sim. Grynaci, qui illud his verbis laudat, sane magnificus: "Lexicon igitur, adolescens, hoc Gr. ad summum, quantum maxime fieri potest, perfectum habes. Copiosius et vocibus pluribus referent nullum extat, comparati facilius nullum, ad usum accommodatum meliusque nullum," etc.

Jo. Chieradami lexicopator etymon Gr.-lat. Paris. 1545. fol.

Nic. Gerbelii Lex. Gr.-lat. A. 1546. MS. vidisse se Argent. testatur Gesner in Pandectis, p. 37. b.

Lex. Gr. locupletatum ab Hadr. Junio A. 1548. fol. ex offic. Hier. Curjoni, fol. inscriptumque Edwardo, Angliæ regi, fid. defens. et supremo Angliæ, ecclesiæ a Christo capiti, quem titulum, Indici librorum prohibitorum insertum, queritur Junius, ut videre licet in ejus Epist. p. 124. p. 469. sq. et 508. De Lexico isto iterum p. 70. 223. et 180. ubi sex millibus vocum atque eo amplius auctum a se testatur. Ab hoc opere diversus est ejusdem Junii nomenclator, parva molis liber, sed præclarus et utilis, de quo infra.

Lex. Gr.-lat. editum Lugd. 1550. fol. apud Frelonium.¹ Et aliud eodem anno Basil. locupletatum a Jo. Hartungo, post Arlesium, aliosque. Marc. Hopperi diction. lat.-gr. Basil. ex offic. Hier. Curjoni. 1563. fol.

JOACHIMI CAMERARII Commentarii insignes utriusque lingue similiter, ut Budæi partes, nullum alphabeti ordinem observant, in quibus diligens præcipue exquisitio nominum, quibus partes-corporis humani appellari solent, additis, et functionum nomenclaturis, et aliis hæc accedentibus. Basil. 1551. fol.

Jac. Tusani Lex. Gr.-lat. Paris. 1552. fol. ingenti vocum accessione locupletatum: [rec. Venet. 1555. fol.]

Ex Budæi commentariis maximam partem deceptum Lex. Gr.-lat. Cor. Stephani, qui Rob. frater, Henr. patruus fuit, editum Paris. A. 1554. fol. cum addit. MSS. Hoeshelii obvium Romæ in bibl. Barber.

Inter melioris notæ Lexicographos merito suo refertur ROBERTUS CONSTANTINUS,² medicus Cadomenensis, cuius Diction. Ling. Gr. Cadom. Civitatis et Jac. Dalechampio, viro docto et præ ceteris amico, ab auctore dicatum lucem vidit Genæv. apud Jo. Crispinum A. 1562. fol. 2. Volum. atque deinde cum addit. Fr. Porti aliorumque recensum est ibid. A. 1592. fol. no dicam de Lex. Gr.-lat. Jo. Crispini, collecto ex eodem Rob. Constantino et A. 1566. 4. edito, quod manu Is. Vossii passim auctum, notatumque extat in bibl. publ. Leidensi.³ Non, ut in thesuro H. Stephani sub radicibus vocabula, sed suo singula ordine per literarum seriem digesta in Constant. Lex. leguntur. Verum auctor in præf. promittit artificiosam tabulam, in qua ling. Gr. origines, annotationes et servato tantum alphabetico ordine in primitivis. Hinc majore judicio collectum Constant. Lex. quam Stephani thesaurum existimat Jo. Henr. Boeclerus in bibliographia curiosa, quæ sine nomine auctoris vulgata primum, deinde Boeclero vindicata et sub Bibliogr. crit. titulo, cum Jo. Gott. Krausii animadv. Lips. 1715. 8. prodit p. 19. Certe antequam Stephani opus videret lucem, omnium quorumcumque commentarios, qui unquam in Gr. ling. erant editi, a Constantino superari, affirmavit Mich. Neander p. 457. erotem. Hebr. Sed præterea etiam edere voluit Constantinus de accentuum Gr. ratione plenam brevemque commentationem; *Elegantias ling. Gr.* ejusque cum Lat. comparisonem; *Compendiosam methodum studii ling. Gr.* et de ejusdem aucturum lectione tractationem; denique *thesaurum rerum et verborum ling. Gr.* per locos communes, in quò duo indices vice duplicis dictionarii, Gr. et Lat. et tertius rerum, qui in locis communibus tractantur, silvam materiamque contineret. Licet vero integra corporis et mentis sensibus memoriae valida centesimo tertio anno Constantinus diem⁴ obiisset, 6. Cal. Jan. promissa tamen illa non implevit, neque in lucem protulit, quod memorat a Simlero, dictionarium, ex Homero ceterisque poetis Gr. collectum, simile dictionario Nizolii in Ciceronem. Nihilominus thesauri spem quod fecerat, invidiam incurrit non levem. Constantinum enim perstringere videtur H. Stephanus, nimis acerbus sæpe eorum, qui idem cum ipso stadium decurrere ausi sunt, censor et Aristarchus, in præf. ad thes. suum p. 17. his verbis: "Præstiti denique, lector, in hoc opere, vel potius prestare conatus sum, quo ipsum thesauri nomine non indignum reddant. Eum quidem certe titulum mihi præcipere jam olim conati erant quidam, quum me de hoc opere aggrediendo cogitare obaudissent. Sed illi *βραβυεσ* eorum appellationi merito aliquis ex proverbio deprimunt vocabulum *ἀνταγως* adscripsisset. Foris enim et titulo thesaurus erat; intus autem nihil aliud, quam vulgaris consarcinatio, quæ antea lexicis Gr.-lat. recogniti nomine appellabatur, novis aliquot futuris actis: aut (si majoris) quædam interpolationum accessio, ut vel ex ipsa collatione perspicui potest, adeo ut perinde esset ac si personatus Irua Cæresum se mentiri sui ejus persona velle." Contemnit etiam Constantinum ejusque laborem indignis modis Jos. Scaliger in Scaligeranis, p. 101. et in Epist. p. 104.

¹ Lugd. apud Mich. Syvium. 1556. fol. *Hort.*

² Conf. Jo. Fabric. hist. bibl. Fabric. iii. p. 296. sq. *Hort.*

³ Crispini lexicon Gr.-lat. Col. 1613. 4.—Lond. 1661. 4. *Hort.*

⁴ Vide Teyssejrii *épigra* Thesauri t. iv. p. 506. Bailletem Jugemens tom. iii. p. 137. Colomesii Gall. *Oriental.* p. 183.

107. quod ex singulari ac privato in eundem odio profectum monet Huetius in *Orig. Cadomensibus*, Gallicè editis, c. 24. quum patri, Jul. Cas. Scalig., carissimus Constantinus fuisset, et per aliquod tempus communibus ab eo edibus exceptus, tanti etiam ob eruditionem et fidem adque integritatem æstimatus, ut ante obitum suum illi potissimum lucubrationum suarum iudicium in lucem proferendarum curam voluerit committere. *Conr. etiam Gesnerus in Epist. de libris a se editis* p. 21. "Hoc anno," inquit, "quo hæc scribo, 1562. Genevæ prodidi aucto. longe copiosissimum Gr. ling. thes. a Rob. Constantino, incomparabilis doctrinæ viro, ex Jo. Crispini officina." Hujus Constantini habemus minime contemnendum etiam Lat. ling. supplementum, sive lexicon vocum rariorum, in postrema tunc Calepini editione præteritum, excusum Genevæ apud Eustachium Vigpou. 1573. 4. quod manu Emer. Bigotti passim notatum fuit in bibl. præclara Bulliæiana: nec non nomenclatorum scripturum, quorum libri extant vel MSti vel impressi in bibl. Galliæ et Angliæ indicemque bibl. Gesneri. Paris. 1555. apud Wechelium, 8. *Notas in Celsum Luyd.* 1566. 8. et *Amst.* 1687. 12. 1713. 8. In *Dioscoridem* Lugd. 1558. 8. Argentorat. 1563. 4. Et in *Theophrasti hist. plant.* cum Jul. Cas. Scaligeri ad eandem comment. Lugd. 1584. 8. et *Amst.* 1644. fol. Ineditas ejus in Plinii *hist. nat. animadv.* in bibl. Lamoniæ adservari, testatus est Bailletus, ejus præfectus: et nescio ubi vel edita reperiantur vel MStas delitescant, quæ inter Constantini scripta typis excusa memorantur ab *Ant. Tieslerio* tom. iv. *elog. Thuanor.* p. 508. *Aphorismi Hippocratis* versibus redditi Gr. et Lat. Juliani imp. *Misopogon* in ling. Lat. conversæ, nec non de antiquitatibus Græcorum et Latiorum libri tres.

DE HENRICI STEPHANI THESAURI GRÆCÆ LINGUÆ.

Stephanæ stirpi id fuisse proprium videtur, ut in communes studiosorum usus construeret thesaurus, Ciceronianum Car. Latium Rob.² Gracium Henricus: licet Græci etiam magna pars Roberto ejusque studiis debeatur: ita enim de illo jam *Ant. 1557.* in præfatione ad *Lex. Gr.-lat.* Ciceron. filius ipse, *Henr. Stephanus*, testatur, se propemodum vereri, ut Alexander olim patris Philippi victoris materiam triumphorum sibi eripi dolebat, ne sic patris sui in literas meritis industriaque suam laudem intercipi contingeret. "Et conatus quidem ejus fortasse nihil meis majores: sed ut viribus, ita etiam effectu longe profecto sum inferior. Ecce enim ille ubi non *Lex. Gr.-lat.* nescio quod, ex inceptissimarum annotat. quadam velut collivæ conflatum, tanquam vestimentum aliquid ex vilibus scrutis consarcinatum, sed integument et immensum ling. Gr. thesaurum, jam a multis annis, sumibus prope inhiatus, ex præstantissimis linguæ auctoribus tili cogeritis atque coæcervat. Qui certe illo Lat. ling. thesauro, (quem etiam ipse cumulaverat.) tanto erit opulentior, tantoque pretiosior, quanto majores sunt illius, quam hujus, ut omnes fatentur, divitiæ." Post *Rob. A. 1559.* defunctum, de excudendo thesauro jam A. 1561. cogitavit filius; nam die 13. Julii illius anni datum est privilegium *Car. IX. Gall. regis*, cui A. 1570. 15. Febr. aliud *Maximil. II. imp.* accessit. Non prius autem *Thez. Gr. ling.* ab *Henr. Stephano* in lucem datus est, quam A. 1572. fol. quatuor voll. dicatæque *Maximil. II. imp. Car. IX. Galliæ regis, Elis., reginæ Angliæ, quæ electoribus imp., Prid. Palat., August. Saxon., et Jo. Georg. Brandenburgico*, nec non academiis, *Vienn., Prag., Paris., Oxon., Cantab., Heidelb., Lips., Witteberg.* et *Francfort. ad Viadrum.* Opus incomparabile, amplas Græciæ usque totis castris adinectis studiosis, et quod immenso labore stetit auctori, adjuto licet parentis industria,³ et *Frid. Sylburgii*,⁴ ex fortasse aliorum,⁵ unde omnes Gr. lit. studiosos beneficio sibi obstrinxit tanto majore, quod ab illo usque tempore, qui uberioris et accuratioris panderet Gr. ling. commentarios, per annos centum et quinquaginta reperitur esse nemo. In titulo ipso profertur auctor præter alia plurima, quæ primus præstitit paternæ in thes. Lat. diligentia æmulus, vocabula in certas classes distribuisse, *multipliciter derivatorum serie ad primigenia tanquam ad radices, unde pullulant, revocata.*

Nunc alii intrepide vestigia nostra sequantur,

Me duce plana via est, quæ salebrosa fuit.

Quamquam vero ingens laudeque sua dignus, nec inutilis labor etiam est ille, quo vocabula Gr. ad radices suas primas revocavit; tamen ad quodlibet usum studiosorum atque evolventium compendium neutiquam opportunus, sed molestissimus est, adeoque aliis servari commentarios, et lexicon identidem consulturo morari non debet. Moratur autem incredibiliter non tirones modo, sed etiam eos, qui progressus non contentendos in Gr. lit. fecerunt: quam multæ enim in vocabulis non satis constat etiam dictiosissimis de origine? deinde compositorum omnium, quum duæ ad minimum radices esse debeant, incertum manet, sub utra investigandum sit, etiam constet de radice utraque. Ac nisi verborum indice, qui in quarto tomo extat, studium inquirendi quodammodo Stephanus levasset, multi hand dubie inconsulere plane desperarent, quia non possent id facere sine nimis magno eoque sapius faciendo quotidie temporis dispendio. At sic quoque duplici tamen labore opus, indicem cum primùm, deinde in alio volumine locum ipsum evolvere esse necesse. Et quamquam non crederim, hanc esse causam,⁶ ut hodie vix unus Græce doctus reperitur pro quinquagenis

¹ Theod. Janonius ab Almelov. de vitis Stephanorum, *Amst.* 1683. 8. p. 72. Mich. Maittaire in *Stephanorum historia.* Lond. 1709. 4. p. 352. [*Car. Steph. Thesaurus M. T. Cicer.* Paris. 1556. fol.—*ejusd. L. L. cum Gr. collatio.* Paris. 1554. u.]

² *Rob. Steph. Thesaurus L. L. Paris.* 1551. il. tom. F. ib. 1536. fol.—*æquet. ib.* 1545. il. tom. fol.—*cum adnotat. H. Stephani,* curante *Ant. Hiero.* Basil. 1540—1545. tom. iv. fol.—*Rob. Steph. de Lat. et Gr. nominibus arborum, fruticum, herbarum, piscium et avium.* Paris. *Rob. Steph.* 1544. *Hæc.*

³ *Pateris æmulis quoque ductis. H. Stephanus præf. ad adag. Erasm.* An. 1558. Adde ejus *Epist. de typographiæ suæ statu,* apud *Almelov.* p. 177.

⁴ *Frid. Sylburgius*, 1566. 16. Febr. *Heidelbergæ* pestilentia interventa est, teste *Abr. Sculteto* in narratione de vita sua p. 4. ubi addit, *H. Stephanum* in adornando thesauro multum ab eo adjutum. At *Stephanus* facit injuriam *Melch. Adami* in *Sylburgii* vita p. 193. edit. in fol. quando scribit, potissimum thesauri partem ejus labore constare: unde reprehenditur à *Baillet* tom. iii. *Judiciorum de scripturis*, p. 136.

⁵ *Senigeriana*, p. 145. *H. Stephanus non solus fecit thesaurum. Pluricursus et nō nisi la mala.*

⁶ *Moyses du Saul in Epist.* inserta *Novellis literariis.* *Amst.* A. 1750. 8. editis *Gall. t. xi. p. 133.* "La pratique de mettre les mots un d'un leur ordre alphabétique, mais sous leur racine, qui a eu lieu depuis que, pour le malheur des lettres, les Etrennes s'étaient de changer tous les dérivés et se composer sous leur racine, a été une des principales causes de la décadence du Grec. Car qui est-ce qui pourroit apparter le dérivé, qui cause cette méthode?—aussi voyons nous ce qui en est arrivé. Je pose en fait, qu'en renouvellement des lettres en Europe, il y avoit plus de cinquante personnes pour un aujourd'hui qui savaient le Grec. Pourquoi cela? Est ce que le bon sens et la saine philosophie ont fait découvrir à notre siècle, que les écrits des Grecs sont si ridicules, ou fans, ou un vain jargon comme les subtilités de l'Ecole que ceux, qui ne savaient pas les choses, confondent assez souvent avec la Philosophie des Anciens? Point de tout," etc.

"[Nō abs re erit hæc paucis, qui factum sit, inquirere, ut cum tertio ab hoc seculo tunc non modo viri, sed et femine principes et doctores, fuerint, quæ Græcæ et intelligerent pube et nocturna versarent manu, versarent diurna; nec tamen pauci inter doctos ipsos reperiantur, qui Græcos fontes adeant; et, quid ei malo moderi possit, circumpiscere. Causa illi injuri tres precipuas invectio; quæ indubie sufficere, ne longius progredatur oratio. 1. Lexicorum, quorum opæ addiditæ *Lingua Græca* est, aburda

peris Gr. lit. quales fuerit bene multi renaſcentibus literis, antequam Stephani Theſaurus et Scapula in hominum manibus verſarentur: nihilominus puto eſſe veriffimum, in lexico haec eſſe virtutem maximam, ut, qui illo utitur, ſine difficultate ac temporis jactura, quae inquiri, invenire queat; itaque longe preferendam methodum aliorum, qui non ſub radicibus, ſed ſuo quaſque loco per alphabeti ordinem vocabula ſingula exhibent exponuntque.

Nou Parisiis, ut perſuaſum multis, ſed Genevæ excuſum eſſe theſaurum, (neuter enim locus in fronte operis notatur,) merito ob rationes, quae ſuggerit hitoria typographi Stephani, ſtatuit eruditus amicus et collega meus conjunctiſſimus, Mich. Richey, in Chreſtomath. Gr., ſive conſilio de recte inſtituendo Gr. ling. ſtudio, cujus ſectio VIII. de theſauro hoc diſſert accuratiſſime. Idem non ſine cauſa negat, duos illos extare editiones, licet recentiffimas ac diligentiffimas hitoriae Stephanoſum ſcriptor Mich. Maittaire, p. 355. poſtiorē etiam theſauri editionem prodiſſe tam certum eſſe affirmet, quam, quo anno prodiit, fatetur incertum eſſe.¹ Sed poſt vulgatum A. 1579. compendium a Jo. Scapula, quo maximam ſibi factam injuriam; et opportunitam diſtractionem operis ſui, tanto ſuſtu ſuo et labore perfecti, impediit, huic immerito dolebat, novum frontispicium theſauro ſuo præfixit Stephanus et in illo Scapulam pungit his verbis:

Quidam *ſcripſerunt* me capulo tenui addidit enſem,

Eger eram a ſcapulis, ſanus at huc redeo.

In averſa tituli hujus novi facie, ſive opistoſographo, etiam comparet Epist. qua non modo graviter conqueritur de injuria, ab epistoſatore ſibi illata; ſed etiam contendit, plura eaque magni momenti prætermiſſa a Scapula, quae poni lectorum intererat, in aliis etiam inverſiſſe cum ac perverſiſſe dicta, dum mentem atque artificum auctoris non aſſequitur. Eandem querelam ſuam repetit Stephanus in palæſtra de Lipſii Latin. An. 1591. 8. edita, p. 51. ſeq. ubi etiam novo illo, quod dixi, frontispicio, ornatum theſaurum ipſe-poſteriorē operis ſui editionem p. 54. appellat, atque in Scapulam ſtringit hoſce iambos, quos ſplendida huius ipſi dictaverat:

Opus redegit qui illud in compendium,
Impedium in eo temporis quam maximum
Feciſſe dicit: vellet id pensare nos
Suae crumene maximo compendio.
Lectorum at ille maximo ſuſpendio
Contraſit opus id, impoſuit et omnibus.
Pœna irrogetur huic ut non gravis tamen,
Tantum eſſe dignum dixerim ſuſpendio.

Sed opere pretium eſt, audire etiam Scapulam, ita cauſam ſuam agentem, et quantum Stephanus debeat, vel non debeat, profitemem in præf. ad Lect.: "In hoc opere abſolvendo cum plurimum operis contriviſſem, — incidi forte in theſaurum, ab H. Stephano conſtructum, cujus ſola inſcriptione lecta, exiſtimavi, me actum egiſſe. Verum cum theſaurum illum, penitus inſpectum, præter alia multa, a meo-conſilio diſcrepantia, diverſo etiam ab eo, quem ſecutus fueram, ordine ſcriptum fuiſſe re ipſa cognoviſſem, idque amicum oculis ſubiſſem, eorum iudicio fretus multique rationibus adductus hac tandem in lucem prodire permiſi. At vero ne theſauri illius Herculeo ſane labore compoſiti, auctorem, bene de literis meritum, debita laude fraudare, aut me alienis plumis venditare videar, quod illi acceptum feram, faſti non gravabor. Cum enim in eo theſauro, tanquam in penu locupletiffimo, dictionum vim et proprietatem melius exprimi, ſignificationes diſtinctius collocari, pluribus apertioribus exemplis confirmari, diverſas conſtructiones diligentius obſervari, denique quae tum veteres tum recentiores lexicographi, ſcholiaſtae, grammatici et alii, in Gr. ling. cognitione excellentes viri, ad hoc argumentum pertinentia ſcripſerunt, plenus contineri et accuratus quam in ſuperioribus lexicis collecta exhiberi conperiffem; ea inde potiſſimum deprompta meo inſtituto accomodavi, conſultis iis quoque auctoribus, ex quibus illa in theſaurum fuerunt relata. Pauciſſima ex pluribus exemplis ſelegi: loquendi formulas non niſi magis neceſſarias expoſui, ne liber, in nimiam molem excrescens, lectori tedium afferret, emporumque pretii magnitudine deterret. Sicut autem in eo theſauro multa vocabula adjecta ſunt, quae in aliis lexicis deſiderantur, ita etiam non pauca, teſtimonio niſiſſima, huc acceſſiſſe, ſi quis collationem inſtituat, ſæpius deprehendit, atque adeo quamplurima adpice poſſe non eſt diſſimulandum."² In hoc omnes eruditi conſentiant, nec Scapulam fraudandam laude induſtre, licet iniquum

ratio a Stephano inventa; et quibus ad thema, ſua radice, referuntur inquirenda voces; prima huius mali cauſa mihi ſemper via eſt: cum danda fuerit opera, ut in ſtatim ordine ſuo alphabetico poſita, voſe quaſita inveniri poſſent. Ut enim moleſtiam inſertum vitarem, quem invenit Theſaurus primo invento, variatum deinde ſub illo Clauſum peragrato, antequam ad id, quod ſuſce quaſit, perveniri poſſet: quid abſurdum exceperit poſit, quam ab adolescente, lingua proſa, ſi rudimenta excipias, ignaro, id flagitare, ut, ad quod thema referenda voſe quaſita ſcit? Sunt quaedam, faſtor, ita aperta, ut vel mediocriter in Graecis verſatus loquere non poſſit: at rursus multa ſunt quae vel doctus ipſo moleſtiam creant. Reſpondeo itaque fuit ad veterem, et, ante Stephanum, receptum, *arſum alphabeticum*, quem Conſtanti Lexicon obſervat. Cuius idem novam editionem non eſſe procuratam miro, adſcendens locupletatum quae ex Stephano Theſauro aliiſque non difficili labore a quovis peti poterat, ſi nulla ex privato obſervationum parte accedat in promiſſa eſſet. 2. Dolendum etiam, quod Lexica nulla extant, quae in juniorum ſaltem gratiam, Graecae voces vernaculo reddant. Abſurdum enim eſt, ope Latinae linguae Graecam ab illiſ eluſi; tum quia Latium illi nordum aſtu novit, tum quod ipſi Lexicos ſcribere magis familiaris ſua eſt, meliusque perſpecta, expreſſioneque adae et ſignificatio, ſi cum vel leviter excaverit, via verborum plerumque reddere poterit. Quae de re aliquot inſius in Epistoſta Gallica divi, quae ante aliquot annos in tom. xi. libelli prodit, cui titulus *Nervallus Librator*. 3. Moſ qui per duo ſæcula obſcuri, quo Latina cum Graeco ad latin poſita edantur, ſtudioſorum ſegnitiam alit, interſe cauſas cur Graeca ſerant, non numerari tantum, ſed locum præcipuum obtinere, merito commendat. Lectis enim leviter ſere Graeca ſtatim, ſi haerent, Latina, quae ad manum ſunt et ſub ſentis, adſunt; quibus lectis, alterius inquirere plerique neſcunt. Unde fit, ut primum ſæpe, pro vero, ſenſum accipiunt; interſeque moſtem, pro ſcriptoris ipſius ſibi abſtrud paliantur; linguae certe penetralia inſequi audent.

¹ Haec impedimenta, doctae, reſtaſe metalis, ſubſtat ſtat, miraque ſaniorum in reſa literarum inveniit, iſerſibus moſtris aſtrudis auctor ſim, ut Lexicon ſibi Conſtanti comparet: Graecae editiones veteres in manus aſſunt, in quibus Latina ſunt et; haec non optinis recentioribus prius a re collatas, notatiſſe variis lectionibus, ſedulo legant: omnia ipſi per ſe, quantum poſſunt, quae Lexici, intelligere nituntur: in margine Lexici quo moleſtiam creantur annotent: pralectum ſic accurate librum aliquem exiſium, repetita lectionibus ſibi familiarum reddant: ad alios tum demum ſcriptores, eadeſ cura, labore certe jam longe leviori, progrediuntur. Spondeo, pauciſſima ſunt factum, ut magna cum voluptate, magnoque cum fructu, quovunque opus fuerit, eſ obſerſe et intelligere libros Graecae poſſint: quae ex re quod commodi ad eos, quod ad rempublicam, eccleſiaſtiae, reditum ſit emendat, huiusſiſi non eſt emendat. *Moyſes de Sout* in Preſatione Editionis Platarchi, ab Auguſtino Bryano receſſite Lond. 1725. 4 Voll. 8to., adpicta.]

² Diverſa eſt huius Theſauri inter exemplaria, atque annis diſtantiſſibus, typis demum compoſita, e proſo diſſe, quod anno aſterit 1569. factum eſſe perat Maittaire in huiſe Stephan. p. 359. doctus rationibus probabilibus cogitavit Barth. Nic. Kofen. Paſtor quondam Hamburg. ad D. Mar. Magdal. in cat. bibl. ſuae (Hamb. 1793. 6. p. 174. et uberiſſe ſtque copioſiſſe expoſit: rationes ſuae in epist. ad me, nenie Maio 1791. data, ad quam quoque in cat. ſuo provocavit. Quare ego in fine huius ſectionis titum formulis typographicis deſcribam curabo. Memm theſauri Stephan. excerpta, (uti ſiſd, quod in Baumgarteni Naſchpſchen voſe methordigen Büchern, tom. I. re. p. 569—572. deſcribitur.) in fine tituli habet notam ſiſſi: *Ann. 27. LXXII. gredat Henricus Stephanus*. In bibl. Pinell. extat deſe excerptaria; alterum ſine anni nota, alterum ſine anni nota, a. 1572. (vide cat. bibl. ſiſſi. tom. II. p. 273. nr. 7433. et 7434.) *Huiſe*.

præ studio, et de Domino quondam suo ac præceptore¹ meritum laud bene: H. Stephani vero dolendam vicem, cui pro tantis laboribus suis et impensis, quibus omnes, literis operantes, sibi maxime obligavit, hoc gratiarum loco repensum est, ut redacto ad inopiam identidem querendum fuerit, a thesauro se esse pauperem redditum. *Θεαυαῖς ἀγαθὸς Πάτρις ἰσὺς ἵσθης, ἐπὶ κάσας τῆς βιβλ.*

At thesaurus me hic ex divite reddidit egenum,

Et facit ut juvenem roga senilis aret.

Quamquam etiam in celebrando et extollendo opere utilissimo hand minor est eruditorum consensus, quod horreum ac prominarium totius Græciæ vocat Morhofius, *Mer. Casaubonus*² virti summi instimabilem thesaurum, atque sibi, librum incomparabilem et verè thesaurum: tamen jamdu simili desiderii et votorum consensio existant omnes, ut post tam diuturnum et longius seculo exoriatur tandem aliquo Stephano, similia, sed faventiore utens fortuna, qui adjutus ab aliis³ supplicat, atque ex scriptoribus, vel pot. Stephanum demum protractis in lucem, vel ab eo non satis diligenter excussis, latitudina Græcæ amplius ocula omnium pandat, faciliore et obvio utentibus ordine exponat. *Vir doctus. Ol. Borrichius* in *diis. delexica* p. 50. "Nemo merito suo laudator Henr. Stephano, ejus Gr. ling. thes. pene instar omnium est, solutus, cultus, locuples, in quo nisi tria desiderarentur, (primo, quod extent non parca in eis, qui omnium manibus versantur auctoribus, hic omnia; secundo, quod multa id temporis Græcorum monumenta, hodie in publico notissima, nondum divulgata essent; tertio, quod voces plurimæ plures admittunt significaciones, quam que in illo thesauro signatae sunt,) jam pervenisset ille lexicogr. Gr. labor ad usque suos umblicos." Fuit, quam plenus lex. Gr. expectare jubereur a viris, in Gr. Scriptorum lectione subactissimis, *Rich. Bentleio, Britanno, Laur. Normanno, Succo, et Lud. Küstero*⁴ Germano: quorum hunc fatum præmaratum intercept et alios quoque ipsius conatus laudatissimos, edit. Hesychii, et thes. Lat. recogniti evertit. Normannum similiter mores acerba eripuit sacris et humanioribus literis. Bentleium animas ad alia amatoria et splendidiora revocavit. P. Cornetta, clerici regularis, Lex. Gr. ex sacris et externis scriptoribus in quinque magna digressivolumina editione paratum, laudat et Romæ in bibl. patrum S. Mariæ Magdalensæ MStum servari testatur *Prosper Mundsius* in *bibl. Rom.* p. 150. De alii, qui idem saxum voluerunt, juvat, ne actum agam, apponere notata a cl. collega meo, *Mich. Richey*, in laudata *Chrestom.* Gr.: "Non dicam de exemplo thesauri Stephani, quod possidere mihi contigit, cui sua manu passim quendam addidit *Fram. Schindius. Jo. Cour. Dietricum*, professorem Giessenensem, auctarium quoddam ad idem opus sub manu habuisse, in quo errores ejus se detecturum sit sollicitus, sed, quam viveret, non intente typographum, et post mortem ejus omnem illum laborem in irritum decidisse refert *Morhofius*, (aut qui *Morhofium* supplevit. *Jo. Fricasius*) lib. iv. *Polyhist.* cap. viii. §. 6. Imo discerptum plane deinceps auctarium illud fuisse intelligo ex fragmento ejus, quod in manibus nonnominis esse significat in novo *Bücher-Saal* tom. i. p. 903. Rem eandem, a *Morhofio* traditam, confirmat doctissimus *Dieterici* in professione *Gr. lit. successor. Jo. Henr. Maius*, fil. qui etiam in observationibus suis sacris l. iv. p. 161. neq. voces CCLX. a sola præpositione ἐν interpretans, aut sine auctoritate adductas, aut plane a Stephano omittas, recessit. Sic plurimas alias eidem vel intactas, vel auctoritate nulla ab eo confirmatas, in uno Episteto et *Simphelio* observasse, jam pridem virum, in hac palestra versatissimum, *Sim. Ertmannum*, scribit *Borrichius* in *appendice* ad *analect. Lat. lug.* p. 51. qui et ipse ibi, quod in Stephano desideret, exponit, et complures nominat scriptores Gr., ex quibus ille vel parum, vel nihil in suum thesaurum addeverit. Ex solo Luciano vox Julia CXLV. quorum haud facile ultimam apud Stephanum offenderis, notavit *Jo. Jennis*, et sua serie exhibuit in *lection. Luciano* l. 111. e. i. p. 309. sq. Nec pridem ex solo *Xenophonte Jo. Gramm.* professor *Hafnicensis*, specimen dedit supplementi *Lex. Gr. ad calcem sua historiae Deorum* ex *Xenophonte*, sive *prodrōm. Antiq. Xenophont.* que dissertatio est *Hafnæ* edita 1716. 4. ubi lexicon illud a p. 111. porrigitur ad p. 159. continetque voces, que in præstantissimis studiosorum Græcorum *Gr. ling.* tenentur *lexica Gr.-lat.* (proinde et in thesauro Stephani) vel prorsus non habentur, vel nullo auctoris classici testimonio confirmantur: fore etiam, ut idem vir doctissimus similes ex aliis quoque scriptoribus observationes aliquando adiciat, ipse esse dicit *Sev. Lantropius* in *præf. ad Christ. Falstetii suppl. Ling. Lat. plag.* X (Tan. Fabrum jam olim quatuor millia vocum, Gr. lexicis præfermissimum, collegisse, testatur filia ejus, *Anna Dæria*, in notis ad *Anacreontem*.⁵ Nec dubito quin maximus etiam ad rem lexicam apparatus in promptu fuerit *Jo. Casp. Suicero*, qui *Lex. Gr.* majus meditatus est, quod immenso fere labore collectum et in duos in folio tomos distributum omnes voces Gr. exhibiturum erat, ipso promittente in *præf. ad thes.* *Ecclesiast.* M. etiam *Maittaire* aliquando dicentem audivit *Busbeidii*,⁶ doctorem quondam summi in schola *Westmonast.* Gr. peritissimum, sibi virum quendam doctum ostendisse bina volumina vocum, que in H. Stephani thesauro non reperiuntur, ut refert in *hist. Stephan.* p. 388.⁷ De scriptis utilibus variis grammaticis, que in append.

¹ *Almelov.* p. 74. de *vit. Stephan.* et *M. Maittaire*, p. 338.

² P. 45. ad *Marr. Antoin.* et in *diis. de nupera Homeri editione.*

³ Recte et æquissimo judicio M. Maittaire in *Stephan.* *hist.* p. 388. "Tantum abest, ut ob aliquot voces, in H. Stephani thesauro desideratas, eam negligenter insimulem, et ejus pelvis industriam suspicem, quod plures non desiderant. In quam insimularem halem exerceverit, quot inexactissimos labores, quot Herculeo hinc operi vigilanter viros, quot annos sibi deprecaverit thesaurus, qui universa Græcorum omnium Auctorum vocabula varisque ipsorum significaciones complecteretur."

⁴ Hic scripturus erat de *Lex. Gr. defectibus*, uti narratur in *actis erud. Lips.* 1710. p. 103. in censura editionis *Aristophani*, a *Küstero* curata. *Hert.*

⁵ *Lexes* est ad *Odum* *libri.* p. 204. "Le mot ἀσπέρτα dont *Abacron* se sert en cet endroit, ne se trouve point ailleurs; et on le chercheroit inutilement dans les dictionnaires, amai bien que beaucoup d'autres, que mon père avoit extraits ramassés, jusques au nombre de plus de quatre mille."

⁶ Hic est *Busbeidius*, a quo nonnulli *lexici Scæpulis* alumnis *Westmonast.* interdectum narrat *Idem Maittaire*, p. 350.

⁷ Multi alii passim diligenter, aut annotarunt voces, que decessant in thes. *Sirph.*, et *Duo. Scott* append. ad thes. *Gr. l.* ab H. Steph. in *construendo* et ad *lexica* et *constantini*, et *Stephan.* *Leid.* 1745. tom. i. li. in *fol. Reinart.* *Mantua.* *Fischeri.* *Abreschique* collectura supplementa, et in *Proleg.* ad *hist. ling. Gr. l.* p. 83. jam observata prætermissam, sibi postea in *Appendix* ad *Lex. Gr. lat.* a *Jo. Neapoli* dissimulatum, et ad *alia Lex. Gr. e* *cod. MS. olim Askes.* in *loren.* suæ ætatis vindicata, *Leid.* 1770. mai. B. *Constat* etiam voce, in *Tragicis Gr. præsertim*, que ab H. Steph. sunt amissa. "Viri cupidiam docti specimen supplementi vocem amissam in H. 81 eph. thes. G. l. in *Miscell.* abas, *crit. in* *actis*, *vol. vi.* tom. 4. p. 178. sq. — Vir quidam doctus in ephesi. *literat. Gotthard.* 1709. p. 521. exhibet e *Meleagri* carminibus plura voces Gr. singulari formæ, que in *lex. Steph.* desiderantur. — Similiter *Küster* ad *Aristophanem, Hermetichus* ad *Lucianum* et *alibi, Irmich* in *not.* ad *Herodianum* et *alii* ad *alios* *sæcra* Gr. collegunt et notant supplementa. *Hert.*

thesauri sui Stephanus exhibet, dicere me memini vol. vii. p. 35. sq. Tomo autem primo præmittuntur de laudibus Gr. lit. orationes bina, una Scip. Carteromachi, Pistor. Dan. Reimerio, patricio Veneto, inscripta, et altera M. Ant. Antimachi, habita in Gymn. Ferrar. : his subjunguntur excerpta una ex oratione tertia, quam in commendationem Gr. lit. vulgavit Conr. Heresbachius. Eadem cum prioribus duabus orationibus Jac. Lectius præmisit corpori poetarum Gr., edito Colon. Allobrog. sive Genevæ A. 1606. fol. *Fabr. Epimeton.*

Quæ b. Krolm. de repetita Stephan. Thez. Gr. L. ad me scripsit, licet ponam. De repetita et altera hujus Thez. Stephan. editione adhuc sub iudice his esse videtur, questio, an re ipsa extat posterior? alius, oblata de hoc opere ejusque editionibus disserendi occasione, silentio prætereuntibus, alius negantibus, alius contra affirmantibus visis rei literariæ peritissimis. Sic De Bure (Bibl. instruct. Belles Lettres, T. i. p. 32. nr. 2243.) quum editionem, quæ annum 1572. præfert, attulisset, quamvis in nota addita de Scapula perfida copiose disserit, tamen de his exemplaribus, quæ anni iudice destituntur et quorum in frontispicio disticho illo Quidam *iscripserat* etc. Scapulam pungit Stephanus, nihil habet, quod moneret lectores. Atque Jac. Morellus, Biblioth. Venetæ D. Marci custos, qui catalog. Biblioth. præstantissimæ Maph. Pinelli a se evulgatum uberioribus eruditissimisque annot. literariis instruxit, ad utamque Stephan. Thez. exemplar (catalog. tom. iii. p. 273. NN. 4733. 34.) de eorum dissimilitudine omnino nihil offert. At, quod magis mirum, ipsi Theod. Jauss. ab Ameloveen, qui singulari Diss. Epistolari ad Jo. Georg. Grævium de Vita Stephan., celebrum typographorum, de industria exposuit, alia illa exemplara, quorum in titulis annus, quo typis expressa sunt, non extat, omnino ignota fuerunt. Vid. p. 72-74. et p. 82. addit *Indicis Librorum, qui et omnium Stephanorum officina inquam prodierunt.*

His igitur subiectantibus, negant, universum Thez. Gr. ex Stephan. prelo iterata vice prodisse, summi etiam in re literaria viri, Jo. Alb. Fabricius cum eo, quem sibi consentientem adduxit, Mich. Richæo (h. 1.), atque post hos Sigism. Jac. Baumgarten (Nachrichten von merk. Büch. iv. Band. p. 272.) maxime ad ista statuentium hac ratione ducti, quod Stephanus, ut sæpius ipsi querendum fuit, injuria, a Scapula sibi illata, ad inopiam redactus et a Thesaurio pauper redditus fuerit, quam ob causam de repetenda ejus editione ipsam, existimant, ne cogitare quidem potuisse. Sic in re facti argumentatione, ut ita dicam, dogmatica usi, eo prolapsi sunt, ut, quod ipse Stephanus expressis verbis de Thesauri sui posteriore editione plus una vice testatus fuerat, id ad suam tamen præconceptionem ipsiusque insubium opinionem interpretarentur. Hæc enim Fabricius supra: *Ubi (Palæst. de Lipsi Latin. p. 34.) Stephanus etiam novo illo, quod dixi frontispicio (in ea enim sententia Fabricius atque cum eo Baumgarten fuerunt novum modo frontispicium Thesauri suo, post illam a Scapula injuriam præfixisse,) ornatum Thesaurum ipse posteriorem operis sui editionem appellat.*

Hac ratione negat Fabric. licet bene noverat, M. Maittaire, diligentissimum illum Hist. Stephan. scriptorem, p. 355. "affirmasse, tam certum esse, prodisse posteriorem etiam Thesauri editionem, quam, quo anno prodierat, esse incertum." Maittaire accessit Jo. Petr. Kohlius, (de quo Christoph. Sax. Onomast. P. VI. in Anal. p. 717.) mox Kilovs, mox Petropoli P. P. qui, Petropoli relicta, Hamburgi, quam per plures annos ibi privatis studiis literarum incumbens commemoratus fuisset, vitam cum morte commutavit; vir literatissimus, et in libris eorumque editionibus explorandis judicandis acutissimus. *Hic, ut ex ejus ore ipsi accepit, utrisque Thesauri exemplaribus sedulo collatis, nullus dubitavit, quin H. St. Thesaurum suum, quantum quantus est, altera vice prelo subiecerit atque denuo eiderit. Sed, facti præventus, de eo, quod reperisse sibi visus fuerat atque in chartam coniecerat, nihil, quantum scio, cum orbe erudito communicavit, quamvis apud animum constituerat.*

A parte veri omnino stant hi Dumviri, Maittaire atque Kohlius, quod ex ea, quam ipse ego institui, exemplarum collatione his rationibus clare evincitur.

I. *Ipsum Auctoris de editione posteriore repetitis testimoniis, quorum unum in ea, quæ aversa tituli, anni nota destituit, facie visæ opistographo comparat, Henr. Stephani admonitione de Thez. sui Gr. Epitome, quæ titulum Lexici Gr.-Lat. novæ præfert, postremo se lectoribus his verbis scriptis offert: "Huic enim omnia (sc. addita, emendationes et censuras) non huic posteriori Thesauri editioni inserere (inseri) autem, Lexico typis denuo compositis prelo iterum subjecto omnino non potuissent) verum scorsim edere visum est, ne ei, qui jam priorem emisisset, posterior etiam, si habere illa quoque vellet, comparanda esset, sed in illa ejusque corollario dictionarium Græcorum cumulum et ipse possideret. Vale!"* Eiusmodi ipsius Stephani testimonium inest etiam Distichi, quo Thesaurus in frontispicio exemplarium, quibus anni nota deest, Lectores alloquitur, his verbis extremis:

— *unus at huc redeo:*

quorum sensus hic est: *Jam restitutus altera editione redeo, iterumque integer in lucem publicam prodeco.*

Alterum vero, quod ipse Stephan. exhibet testimonium, extat in eju's Palæst. de Lipsi Latin. A. 1591. edita, p. 54. etiam, licet in perversum sensum detortum, ab ipso Fabricio allegatum.

II. *Exemplaribus utrisque (quorum in citatione id, quod impressio anni notam præfert, Lit. A. quod autem nota illa destituitur, Lit. B. insignitur) oculis subjectis atque inter se collatis.* Exhibeo igitur diversitatis specimina non quæ possem omnia, sed brevitate studiosus, ex singulis Tomis solummodo quedam iniqua et ejusmodi, quibus omnino diversa atque dissimilia esse hujus Thesauri integra Exemplaria et annorum intervallo typis denuo compositis et prelo prodissæ quondam eorum partem, extra omnem dubitationis aleam ponetur.

a) *Listæ unciales sive grandiores Romanae, in interstitio singularum columnarum ad loca commode citanda et citata facilius citansque inveniendâ posite, (A. B. C. D. E. F. G. H.) in Exemplariis A et B. non ubique eadem versu s. linea adherent, sed quandoque in A altiore, in B inferiori locum occupant; tanquam, tom. i. col. 37. 38. Lit. G. ad vocem ΑΚΤΙΟΞ tom. ii. col. 31. 32. it. col. 125. H. itera interstitio columnarum in A ad sextam, in B contra ea ad quintam lineam ante finalem comparat. Idem, quum quam frequenter et in omnibus reliquis Tomis oculis subjiciatur, non est, ut præter plura ejusmodi specimina.*

b) *Versu s. lineæ columnarum modo continent numero plures, modo pauciores voces in A, quam in B,*

¹ De Carteromacho, sive Fortiguerra, discipulo Politiani, viro doctissimo, qui An. 1515. diem obiit, eussædem Diarium Venetum (Giornale de letterati d'Italia) tom. xx. p. 279. seq. [et Bayle diction. voc. Carterom. tom. ii. p. 60.] Quæ hæc ejus post editionem primam Venetam ap. Aldum 1504. 4. unicus locus videt, ut Basil. 1517. 8. Romæ 1543. 4. et Baruthi, Jo. Passio curante, 1690. 4. Anonymi Oratio rursus ejus versione liberorum Gemisti Pithonius de gestis Carteromachi, aliorumque اسپاسماتوزم Diogen. Hællæ Deacræ. Flasteri et Polyni prodierat Basil. 1540. 4.

et v. v. Tanquam tom. i. col. 489. in *ἀνά*, *A* lin. i. voces 6. *B* autem 7. lin. 2. *A* voces 12; *B* tantum 11. complectitur. Tom. ii. col. 31. lin. 15. *A* voces 8. et in fine versus vocis divise *duas* syllabas priores *Ca*—; *B* autem voces 8. et *unam* abrupte in versus fine vocis syllabam priorem *Ca*—; Ita habent etiam *A* et *B*. vers. 16, 17, 18.

c) *Alia* in fine versuum *Syllabarum* ultimæ vocis *distrabendarum ratio* in *A* quibusdam in locis observatur, in *B* locis *isdem alia*. E. Gr. tom. i. col. 38. vocis *ἈΡΚΤΑΟΣ* ad Lat. *G*.

A lin. 2. Epith — Ovidio aduncus arcus

B lin. 3. ——— Ovidio aduncus arcus

cf. Tom. i. col. 490. c. lin. 3. in *A* et *B*. Præterea col. cit. G. lin. penultima iterum est inter *A* et *B* ejusmodi diversitas

T. ii. col. 31. lin. 15. *A*. ——— *Calones* ——— *propria*,

B. ——— *Calones* ——— *pro-*

et sic in hac columna in utroque *A* et *B* sæpius. cf. p. 159.

T. iii. col. 471. lin. 20, 21. *A* ——— τὸ λαγίμενον

ἐκ τῶν

B ——— τὸ λαγίμενον

ἐκ τῶν

ejusmodi specimina etiam eadem col. 471. F. lin. 1. etc. occurrunt, quemadmodum fere ubique in reliquis. et v. Tomus.

d) *Diversa vocum scriptio*. T. i. col. 491. C. *A* lin. 7. ἰσθίσι

B. — 8. ἰσθίσι

493. E. *A*. — 3. ἀπο γνάμης

B. — ἀπο γνάμης

T. ii. col. 1381. E. *A*. — 1. τῆς παύσεως

B. — τῆς παύσεως

e) *Nomina propria* Auctorum citatorum diversa ratione subinde *decurtat*, ut in nominibus *Platonis* et *Platarchi*; pro utroque enim nomine est quandoque *isdem* in locis in *A*. *Pl*. in *B* autem *Plat*. *Plut*. Sed quum *schedula*, in qua harum abbreviationum dissimilium specimina annotantur, amissa sit, singula loca, quibus occurrunt citare nequeo.

f) *Ipsi characteres* et Gr. et Lat., quibus *Lexicon* impressum est, in *A* videntur aliquanto esse majores, recentis item atque acutiores fuisse, in *B* minores plerumque, usu triti atque obtusiores.

g) *Errata operarum* s. typographica in *B*. præter ea, que jam in *A*. deprehenduntur, et ex eo in *B*. transierunt (cujus insigne documentum est in ea, ita dicti correctoris incuria, qua in posteriore Indicia (v. Tomi v.) parte Col. 108. post versusum ultimum integer versus, quem ad sensum dicendorum adesse omnino oportet, in utroque exemplo deest, ita ut utriusque hinc versus

cti sit. Τρεῖς δὲ ἄλλοις ἑστὶν ἑστὶν ἑστὶν ἑστὶν ἑστὶν ἑστὶν

addendus sit), accesserunt alia nova plura. In calce enim t. v. col. 207, 208. dimidia pagina inferior pars in *A* omnino typis est impressa; in hac autem ejusdem paginae extrema parte in *B* typis descripta hæc leguntur. Et *his, qui sequuntur locis nonnulli in aliqua tantum exemplarum (A et B) parte* (per T. i. et ii.) *emendatione egent*. His a Stephano observatis locis nonnulli insunt errata, que non in *A*, verum in *B*, duntaxat occurrunt, exemplaribus igitur, anni notis destitutis, propria. Quorum e numero hæc afferam specimina:

B. t. i. col. 567. (568.) v. 57. παραθήσαι; scribe, παραθήσαι; et v. 63. παραθήματα; scribe, παραθήματα. Quæ recte habet *A*.

1044. v. 18. propriè d.; scribe, propriè d. Ita recte *A*.

1044. v. 63. τὸ εἰς, ἃ ἔργον; scribe, τὸ εἰς, ἃ ἔργον. Et sic in *A*.

1050. v. 52. aromadaire; scribe, dromadaire. Ita integre *A*.

1177. v. 2. Ἐγλας; v. 33. ἄπειρον; v. 37. ἰλαίμα; v. 39. ἢ exa. que emendatione egent; v. 2. Ἀχιλας; v. 33. ἀνίτην; v. 37. ἰλαίμα; v. 39. ἀνοκα nam (addit Steph.) in his tribus vocabulis quædam exempl. (*B*.) litteram v non satis conspicuam habent, quod in aliis accidit locis, de quibus simul te monitum volui; pariterque de locis in quibus prima versus (vulgo lineæ) littera deest in nonnullis tantum exemplaribus, ut (in *A*, non vero in *B*) col. 554. in principio versus tertii a fine, ἀπαρξὲ pro Καταρξὲ, quod decidisset littera K aut instrumentum quo atramentum literis impositum esset avulsu. sic c. 1150. 1. λεφονταρχία pro ἰεφονταρχία.

h) His omnibus addende videntur quedam utrorumque exemplarium diversitates obviae in T. i. foliis, que inde a frontispicio usque ad *Lexici* ipsum exordium decurrunt. Varietates quidem illas in Epigraphis, omissis Privilegiis, H. Steph. admonitione et in utraque primi folii facie conspicuas in exemplaribus, anni nota destitutis, ut saluti notas præteritis, insigniores tantum referam.

P. 7. Catalogus Auctorum Gr. lin. 2. *A* — expositiones vocabulorum etc.

B — expositiones vocabulorum etc.

— Auctores Gr. ratione generis scribendi, relictis in suas classes, uncis in *A*. curcatis, in *B*. maximam partem perpendicularibus rectis inclusi sunt.

— In fine columnæ primæ in *A* verba: *Mea editionis*, solito characterè Romano, in *B* autem eadem ita dictis literis *curvatis* comparant.

P. 9. sqq. in *A* signaturæ b. i. b. ii. b. iii. b. liii.

in *B* ——— b. j. b. ij. b. iij. b. iiij.

— 12. lin. 53. Verbum lineæ primæ eamque inchoant: *Sunt* in *A*. in marginem paginae exteriori extrinsecum extrinsecum apparet; in *B*. reliquis locorum iustis accommodatum.

Folio cum signaturæ *A*. i. post p. 20. *A*. SCIPIONIS CARTEROMACHI PLATORICUS oratio etc.

B. SCIPIONIS CARTEROMACHI

Pistoriensis oratio, etc.

— vocabulum postremum lin. ult. *A.* lingua*B.* linguaPræterea observandum, Titulos singulares tomi iii. in *A.* habere signaturam Asi. et tomi iv. *A.* Asi; que signaturæ desunt in *B.*

Jam, puto, satis esse ad evincendum, *re ipsa extare iteratam et alteram Theauri Stephani Gr. editionem atque hanc esse eam, quæ anni nota destituitur.* Quo autem anno prodierit, incertum quidem, quod jam Maistaire asseruit; tamen certissimum, ante annum 1591. jam hæc alteram editionem evulgatam fuisse, quæ in Palest. de Lipsii Latini, quæ 1591. in lucem emissa est, ipse Stephanus illius *posterioris* editionis, ut jam observavi, fecerit mentionem.

Quid tandem ex his omnibus allatis de utraque editione ejusque pretio decernendum atque statuendum? 1) Nihil refert, qua editione ad ling. Gr. studium utaris; est enim illa altera ne ullis quidem additionibus locupletata, neque in priore minus recte dicta in posteriore sunt emendata. 2) Prior, quæ anni notam expressam habet, præstat re ipsa, quæm ei sphalmatum operarum pauciorum insint, editione posteriore. 3) Posterior contra hæc, si non venustate, artis tamen typographicæ et orthographiæ majori studio, atque historia hujus Lexici literariæ, quos aperuit, fontibus omnino commendari videtur.—Addo *Epigraphen Theauri Steph. Gr.* cum sua varietate *utraque* integram, in *noça Biblioth. Gr. Fabricianæ* editione Harles. ad pag. 79. vol. x. sufferendam, quæ una atque altera in *noça Biblioth. Gr. Fabricianæ* editione omnia sit.

ΘΗΣΑΥΡΟΣ ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ, THESAURVS GRÆCAE LINGVAE, Ab Henrico

Stephano constructus. IN QVO PRAETER ALIA PLVRIMA quæ primus præstitit (paternæ in Theauro Latino diligentiae radices) vocabula in certas classes distribuit, multiplices derivatorum serie ad primitivæ, tanquam ad radices, unde pullulant, reuocata.

THESAURVS LECTORI.

Nunc alii intrepide vestigia nostra sequantur;

Me duce plana via est quæ salebrosa fuit

(Insignia Olivæ Stephani, cum *Noli Altum sapere*; sine subscriptione)

ANNO M. D. LXXII, excedebat Henr. Stephanus. CVM PRIVILEGIO CAES. MAJESTATIS, ET CHRISTIANISS. GALLIARVM REGIS.

altera Epigraphæ:

ΘΗΣΑΥΡΟΣ — THESAURVS LECTORI, de ea quam fecit quidam eius epitome,

Quidam *ἔκτισάμην* me, capulo *ἔνθεν* abdidi *ἐμὴν*:*Aeger eram a scapulis, sanus at hæc redeo.*

De magno quod idem compendium adfert dispendio agit in ea quæ proxime sequitur epistola.

(Insignia Olivæ Stephani cum *Noli Altum Sapere*; subscriptione)

HENR. STEPHANI OLIVÆ.

CVM PRIVILEGIO CAES. — GALLIARVM REGIS.

Hactenus Krohn. Harl.

EXCERPTA

EX

VITA H. STEPHANI SECUNDI

A Nic. Maistaire Conscripta.

¹ HENRICUS STEPHANUS¹ juvenis eruditus ac diligens, postquam per varia, quæ pertransivit, loca, apud omnes omnium ordinum homines gratiosus, sua haud vulgari eruditione nomen sibi assecutus fuisset; multas virorum scientia loco et honoribus illustrium afficitis comprasset; quicquid ubique reconditis disciplinæ in Bibliothecis publicis et privatis illebrat, studiosissime conquisivisset; nullamque ex doctorum colloquio proficiendi occasione non avidissime arripisset; tanquam opis florum succis onusta ad alvare, Lætiæm renavigavit anno 1596 exente, suæ ætatis 27². ³ Illi quotidie Roberti Patris (quem laudandi nullam non causam caput suis filius) vigiliæ ob oculos versabantur, quæ ipsius omnium hominum alioqui (modeste de se pronunciat) maxime *periculosus* ad laborem accedebat. ⁴ Patri suam operam una cum multis aliis navabat in Heroico illo et plene Herculeo labore, ingenti scilicet et immenso Ling. Gr. Theauro, quem jam a multis annis, sumptibus prope infinitis, ex præstantissimis Gr. Ling. auctoribus congregabat. ⁵ p. 228. [De laboribus Roberti Stephani *videtur Theaur. Ling. Gr. impressis* vide Excerpta nostra ex *H. Stephani Epistola, in qua ad multos multorum Amicorum respondet de suo Typographiæ Statu.*]

¹ Sic eum vocat Victorius in Epistol. ante Æschyl. et Leopardus, *doctissimum, diligentissimum, elegantissimum*, circum magne eruditus, in Miscell. lib. 3. cap. 5. lib. 5. cap. 17. lib. 6. cap. 19. Hæc forte novit non ex scriptis tantum, sed ex P. Nannio Alcmario Lovaniensis Academiae Latin. Liter. professore.

² Cicero. Lex. Epist. ad Lector.

“Stephaneæ stirpid fuisse proprium videtur, ut effoderent *Thesaurus*, *Cicconianum* Carolus, *Latianum* Robertus, *Græcum* Henricus. Verum Henrici *Thesaurus* diu in mota metus, ne illud quoque opus repente incidere in eos estimatorum, qui ad errorum ab aliis commissorum centurias solebant conivere, ad ipsius decadas oculos pluraquam Lynceus afferre. Vulgata, quæ tunc omnino innotuit terebantur, Lexica nil aliud erant quam omnifaria, sed omni carens iudicio, consarcinatio: At vero in suo *Thesuro*, præterquam quod omnia, quod fieri potuit, ex ipsis hæuerit fontibus (quod et Pater ejus Robertus in Latino studio fecerat), omnique suis necrotibus accepta tulit, suo nomine quemque (sive antiquum sive recentem sive etiam sui temporis) designans, ita tamen ut suam passim iudicium interponeret; præterquam etiam quod aptissimum in disponendis diversis significationibus distinguendum eorum exemplis ordinem tenuerit; denique præterquam quod in lingua Græca fecerit (non sine magno et prope incredibile labore) quod in nulla unquam nisi in Hebræica factum fuisse addidimus; et cum in aliis difficillimum factu esse, tum vero in Græca ne fieri quidem posse multi crederent, et nostram infinitam illam verborum multitudinem ad certas radices reduceret, totaque singulorum verborum prospiciam sub uno aspectu posuerit, tritayum abavum proavum avum ordine collocans; præter hæc omnia, jam se plurima restituisse asseruit in his, quæ suo *Thesuro* cum aliis Lexicis communia sunt; multo vero plura, nisi animus et vires deessent, restitutus. Tandem igitur anno 1572. Cal. Mart. opere illo eruditissimo Republicam donavit literarum, eodem fere sue ætatis anno, quo Pater Robertus suum ediderat: Huic enim 41^{mo} illi 44^{mo} annus agebatur. Illud Gr. ling. ararium Maximil. II. Imper. Carolo IX. Reg. Gall. Elisabethæ Regin. Brit. Friderico Com. Palat. Augusto Duc. Sac. Joan. Georgio Marchi. Brandeb. eorumque Academicis dicavit, apud quos in suis Epigrammatibus præfixis queritur se illo *Thesuro* ex divite ingenio, ac juvene senem factum fuisse. Optat, ut ne suo id, quod olim paterno, operi contingat. Illud præmissis Scip. Carteronaci, M. Antonio Antimachi, Conradi Heresbachii de Gr. lit. laude Orati, et adjectis libellorum ad *Thesaurum* Gr. ling. pertinentium appendice lingue vocum omnium indice adornavit. Huic *Thesuro* Privilegium diplomata obtulerat a Carolo IX. Gall. Reg. anno 1561. Julii die 13. et a Maximil. II. Imperat. anno 1570. 13 Febr. et 17 Sept. Apparet itaque eum ab anno 1561. quo primum indultum est privilegium, usque ad annum 1572. quo *Thesaurus* prodit, et absolvendo tantam fere temporis impendisse, quantum Robertus Pater suo dederat ab anno 1531. quo specimen primum, ad annum 1572. quo ultimum in lucem emisit est. Eodem, quo *Thesaurus*, anno, scilicet 1572. Indicem quoque quatuor *Thesauri* tomis additum prodisse intellegit, quicumque legerit Henr. Stephani ad Lectorem Epistolam tomo primo præfixam p. 10. lin. 47. ac Registrum tomorum quinque ad Indices calcem rejectum. Id autem lectorem monere volui, quod audiverim, qui eum Indicem posteriori (de qua postea) *Thesauri* editioni additum ex male intellecta admonitione isti editioni præfixa putaverunt.

“At quasi non adhuc amplexi aut potius suis votis satisfecisset, Anno proximo Cal. Febr. 1573. Glossaria duo cum ab aliis pluribus tum a Jac. Cujacio valde desiderata, et de Attica lingue idoneis inscriptionum commentarium, Th. Redingero dicata, vulgavit. Fecerat animi magis quam corporis ægritudo, et ejus Glossaria tardius in lucem prodierunt spe et sua et aliorum, qui lubenter uti cupiunt ex *Thesauri* tomis assuenda curantem. Eam anni (si conjicio) ægritudine effecerat res, quam positi in literis promovendis præsertim in Gr. *Thesuro* absolvendo sumtus exhausterant, domi angustissima. Sed aliquando uti et Romæ ita et passim evenit, ut ex viciis fideliæ modulatione aut agitate pedum multo uberior quam ex literis questus fiat. Id interim observatione dignum est, imperium Romanum nunquam magis quam sub Augusto Literatorum Patrono floruisse; et tunc coeptum in pejus ruere, cum Cæsares Citharædis et Ludionibus favere ceperunt. Henrici *Thesaurus* in ea incidit tempora, cum res in Gallia Religiosis ergo multum turbaretur; nec poterat item a Carolo, quod Pater a Francisco expertus est, sperare patrocinium.

“Posteriorum illius *Thesauri* editionem prodisse tam certum est, quam quo anno prodierit incertum. Editionis enim titulus frontis nullius anni character præfigitur, sed in loco, ubi prior annum indicat, leguntur hæc, *Henrici Stephani Oliva*; ac præterea additur hoc distichon.

Thesaurus lector, de ea, quam fecit quidam, ejus epitome.

Quidam frontem me capulo tremi absidit enema!

Age ex am scapula, natus ab hoc rebo.

Hoc epigrammate in scibus *capulo* et *scapula* alludit ad Jo. Scapula nomen, qui fecerat *Thesauri* Græci epitomen titulum Lex. Gr. l. novi præferentem, de qua prolixè agit in admonitione ad lectorem posteriori *Thesauri* editioni præfixa. Prævidetur fore, ut aliquis *Thesuro* illi manus afferret *spis rō* *scapulae*. Operam itaque inter fabricandum ejus corpus dederat, ut ali qui sibi fabro talis incisio periculosus esset. Hujus periculi in ipsa præfatione mentionem fecerat, ut a tentanda ejusmodi incisione plurimum absterret. Aliquit igitur viri docti (quod unus potum ipsi fateri non erubuit) insidulis animadversis adnotas manus statim removerunt. At quidam? (*Scapula* scilicet, cuius nomen noluit aperte indicare) *Thesaurum* (nam imperitia est audax) de vivo multo in locis resecat, omnique ejus propemodum venas nervosque incidit. Hic *Encephalocæphalus*, dum crumene entoris vult consulere, illius studiis pessime consulit. Illius epitomen specimen ab ipsomet aliquot post *Thesauri* editionem annis allatam Henricus multa reprehensione digna habere ostendit, sequæ suam pecuniâ in meliores merces velte collocare dixit. Iste tamen, quævis suam agnosceret insentiam videretur, in opere illo, quo pede cæperat, perrexit. Henricus itaque in posteriore sui *Thesauri* editione “monere lectorem de eo, quod accidit, officii sui esse existimavit: nil magis dispensiosum quam illius epitomen compendium; in qua, dum *Thesauri* epitomen habere te putas, proverbiale illud contingit, *Opusculum àrthopæa*: cuius Auctor diversas multorum locorum expositiones necnon ipsorum expositorum nomina; Voces item plurimas, quæ Græca lingua ex aliis mutatae sunt; plurima præterea, quæ in *Yulgaribus* superioris temporis literis leguntur, et in *Thesuro* duabus hisce literis v. l. significant; ac denique, quæ, quam ad secretiorem Gr. ling. cognitionem pertineant, primus tamen et solus et in eo solum libro tractavit Henricus, nota fecit. Hanc partem cum maxima Ling. Gr. studiosorum iuncta resecatam fuisse Henricus se ostensurum promittit, quam illa Gr. Ling. arcana pergere patefacere: saghe illi tractatus *επιτομή* quondam Gr. vocum (partim quæ a se et ab amicis, post editionem *Thesauri* observata, partim quæ in Lexicis illa posterioribus inventa fuerunt) vulgaturum; et (si opus sit) in nonnulla, quæ ex aliis (non dissimulatis illorum nominibus) habet, in quædam *partes*, quæ sua sunt, severam censuram æsturum. Hæc utena omnia (quæ *nondum scio cum præstitisse*) non huic potius *Thesauri* editioni inserere, verum necuram credere decreverat, ne *gi*, qui jam priorem emisit, posterior etiam comparanda esset; sed in illa ejusque corollario divitum Gr. gemulna et ipse possideret. Addeam etiam quæ de illo *Scapula* scribit Malincrotus. “Amulatione laudabili incitatus filius ejus (scil. Roberti) et in arte successore Henr. Stephani, præter alia multa et diversa, grandæ postmodum tria de ling. Gr. ejusdem tituli (scil. *Thesauri*) volumina, inuito labore congesta et magno doctorum plausu excepta in lucem dedit, nisi quod ministri sui adjuvæ sui *Scapulae* fraude et deceptione minus ex illa editioe sua lucri quam gloriæ collegit,

¹ Almeloov, p. 72. ² Epistol. præfix. Art. Med. Priore. ³ *Thes.* p. 2. ⁴ *Thes.* Tom. 1. ad Lect. p. 20.

⁵ Lege in Vit. Rob. ann. 1545. ⁶ Gloss. Epistol. ⁷ Admonitio Præfix. Posterior. edit. *Thes.* ⁸ Pag. 17.

⁹ Almeloov, p. 100. ex Malinc. Dissert. de Art. Typog. cap. 14.

adeoque sumptibus immensis ob tardiozem exemplarium distractionem non satis celeriter receptis fortunarum iacturam aliquam fecit? Equidem semper miratus sum illud Scapulae Lexicon, quae Tyronebus non minus perditum quam Auctor suo hero fuerat, toties esse excusum, tantoque in pretio apud entores habitum. Alumnis olim Westmonasteriensibus usum istius Lexici interdiceret soletat Doctus Busbeus, cuius erga me beneficia meo nunquam animo excident, vir in Ling. Gr. tum cognitione tum institutione omnibus aevi sui ac praeteriti forsanique et futuri magistris longe superior. Suspectos habemus in rebus Politicis, et quidam in literariis? *Viarum compendiosum* inventores, qui ex operibus alienis, quam ex suis non possunt, gloriam quaerunt. Circulatores huiusmodi literarij incautos Tyrone, quibus brevia discendi compendia monstrare se gloriatur, a via trita tutaque in diverticula et errore abducunt. Sed jam et mihi in viam revertendum est; inquirendumque, quomodo tempore posteriori Thesauri Gr. editio prodierit. Aliquot post priorem anni Scapulae suae epitomes specimen ad Stephanum misit. Anni aliquot, vix quatuor pauciores intellegi possunt; Anni praeterea specimina absolvendo et excusendo danti tres aut minimum bini; Scapulae Lexicon anno 1370, Cal. Dec. primum editum fuisse ex epistola dedicatoria ad Senatores Beruntum Rei-publ. Basil. data constat. Denique quomodo Lexici editionem Postremae Thesauri praevise oportet, credibile est hanc anno circiter 1380 prodidisse.

"Hic libet inserere, quae Henr. Stephanus in sua de Lipaii Latinitate¹ palestra de Gr. Thesauri, Scapulaeque scripsit. *Kenophilus*, sed cur haec et alia quam plurima ad Gr. ling. cognitionem pertinentia, quae alibi postea dixisti, in Thesauri tuo tacuisti? *Coronellus*. Praevideram futurum ut in multo majorem molem opus illud excresceret. Quaedam etiam (nequid tibi dissimulem) in mentem mihi tum non veniebant: et quidem nonnulla quoque eorum, quae tamen jam alibi scripseram. Tantum enim negotij indagatio radicem mihi facescebat, quam a nemine unquam via ad rem tam difficilem fuisset patefacta, ut hoc memoriae quoque saepe inturbaret. *Kara*, Quamvis plurima non ex his, quae ceteri dixerant, sed ex his quae *oicodes* afferre valde fructuosa poteras, a te fuerint praetermissa: fuit tamen quidam Scapula, qui ex illis etiam ipsis, de quibus lectores ibi monuisti, et de quibus mox erant per necessarium, prorsus omisit. *Cor*. Inverit ac pervertit mihi eorum quae a me dicta fuerant, dum meam mentem atque id, quo utor, artificium non assequitur. Addidit absurdissimas et ineptissimas aliquot etymologias, quas quod tales esse videram, de industria praetermiseram.

- Opus redegit qui illud in compendium,
- Impendium in eo temporis quam maximum
- Fecisse dicit: vellet id pensare nos
- Suae crumene maximo compendio.
- Lectorum ut ille maximo dispendio.
- Contraxit opus id, imposuit et omnibus.
- Poena irrogetur huic ut non gravis tamen,
- Tantum esse dignum dixerim suspensio.
- *Ἄρα πάλιν τὰ μὲν γλῶσσαι πάντας ἐπιστάτας*
- *Ἑλλήδας τὴν ἐπιτομήν βιβλόν.*
- *Ἄλλὰ πάλιν τὰ ἐπιτομῆν, πάντες ἐπιστάτας*
- *Ἑλλήδας γλῶσσαι ἔρα ἔπιστα τὰ μὲν.*

"Non potuisse me a Musa meam impetrare, ut de tanta epitomographi injuria tam longo tempore sileret, testatur est publice posterior illius operis, quod Thesaurus Ling. Gr. inscriptum est, editio.

Quidam *ἐπιτομή* me capite tenus absidit enim.

ἔργον enim a scapula, quae nomen est illius epitomographi, duobus modis in vocabulo *scapulis* et in voce *capulis*." pp. 352-61.

"Inquisitione interim comparatum est, ut ille, qui orbem literarum opulenti Graeciae gazis locupletaverat, ex sui Thesauri copia sibi pararet inopiam. Ea de re satis conqueritur in epigrammatibus priori Thesauri editioni praefixis." p. 362.

"At aliquatenus ex exemplarium distractione suarum fortunarum dama potuisset resarcire, nisi Jo. Scapula² omnium famulorum infidelissimus illam praecidisset. Quis autem crediderit virum tam bene de omnibus meritum suique in publica commoda adeo prodigum suo capiti inopiae periculum arceret non potuisse! sed aliquando uti prohibita, ita litera *laudatur* et *algerit*." p. 364.

"Quoniam autem hic in Jo. Gratoni mentionem incidit, nolo ejus³ Epistola ad Frid. Sylburg. misse (cum ille huic de Aristotelis editione consulere) locum praetermittere, ubi notat quoddam Aristotelis verbum in Gr. Henrici Thesauri omitti. "Tertius idem ostendert, quibus locis Aristoteles usus esset eodem sive iisdem verbis et phrasij praescriptum obscurioribus, ut per collationem eliceretur eorum sensus, ut nullus esset usus Lexici Henr. Stephani, qui neque illos tertij problematicis⁴ *προσφωτισμελῶν* dignatus est mentionem facere." Tantum tamen abest, ut ob aliquot voces in Henrici Thesauri desideratas eum negligentiae insimulet, ut ejus potius industriam suscipiam, quod plures non desiderant. In quam immanem molem excresceret, quam inexhaustos labores, quod Herculeo huic operi invigilantes viros, quot annos sibi deposceret Thesaurus, qui universa Graecorum omnium Auctorum vocabula varisque ipsorum significationes complecteretur! Quo autem operis huiusmodi, quod frustra expectetur, levius paulatim fat desiderium, optandum est, ut vir quisque literatus, quas sibi inter legendum obvias voces in Thesauri vulgaris omitti animadverteret, in suo reponeret⁵ adversaria, in usum aliquando publicum inde exponendas. Mihi rudi quidem, sed literarum amantissimo veniam dent erudit, si cupiam, ut nequis Auctorem veterem editurus se opere proposito defunctum putet, modo ipsum nitido character, charta magnifica, notis luculentis ornatu excudat eraverit, nisi non insulsum iudicem sed Lexicon ipsi Auctori peculiare accommodet. Sic Passori Novi Testamenti, *Zenil*. Porto Herodoti, Theocriti, Pindari Lexicon debemus." pp. 388-9.

"Hujus anni 13. Cal. Oct. publicavit Paralipomena Grammaticarum Gr. ling. Institutionum; item Animadvy. in quosdam Grammaticorum Gr. traditiones: Hoc vero opus usque ad Pronomina tantum peduxit. In poginaria numeris remisit lectorem ad Enoci Grammaticam: labores sui parentis editi literarios, quos (forsan magis quam decuit virum modestum) ostentat, dictitans se in suo Thesauri viam errantibus monstrasse: timidus, ne a se ipso degenere eum dicant, qui scripta ipsius vel a limine subtrahant. Et certe nemo superius de suis operibus tam invidiosus quam huic lectorum monet. In his Paralipomenis vehementer invenitur in Scapulam, qui Thesauri Graeci epitomen Lexicon Gr.-lat. novum inscripsit; et in eum, qui Lexicon quoddam adiecit ad calcem Bibliorum, quae Antycripae edita fuerant tribus Linguis Hebraicis, Graeca, Latina; omnia enim fere illa vocabula, quae in sui Thesauri Prolegomenis ex errore et feda ignorantia nata esse ostendert, ideoque procul amandant, partim ab hoc, partim ab illo revocata sunt. Petram Antesignanum vocat antesignanum eorum, qui majore audecia vel potius temeritate quam Gr. ling. cognitione instructi ad scribendam Grammaticam accesserunt. Id exemplis probat passim,

¹ Pag. 51. 220. ² Almeoov. p. 74. ³ Goldast. Centur. Epistol. Philol.

⁴ Haec vox occurrit in Arator. Problem. pag. 2. lin. 19. Edit. Sylburg. Francof. 1555.

⁵ Didericum Hoesbium audis dicentem, nisi viam quendam doctam ostracidae bina volumina vocum, quae in H. Stephani Thesauri non reperiantur. ⁶ Lege dial. de institut. ad lect. p. 2.

sed præcipue in Notis, quas dedit de Nominum Generibus. Notat Frid. Sylburg. magnam habendam gratiam tam bene Gr. ling. cognitione instructo, ut pullo magis discipulo nec ipse nec fortassis alius posset gloriarî; eum tamen sic fastidiatè sive quod unus omnia nequeat animadvertere, plures Antesignani errores innotendos reliquisse. Nec quidem id dissimulavit in suis ad Antesignanum Notis* Sylburgus, cui visum est quædam ex his Paratip. excerpta marum notarum calcei atterere, et tyrones doctissimi sui Magistri veris, quo etiam tunc præceptore delectabat, erudire. Henr. Stephanus merito quidem Clariorum et Antesignanum reprehendit, quod ß Vita, et ß Ita pronuncient. Eum tamen interim miror (Deux Dialogues, æc. p. 460.) scripsisse theoseveia pro Græco *θεοσεβεία*, pp. 419-21.

"H. Stephanus Epistol. ad Danes. ante Macrob. 1585. 'sperabam fore, ut quædam Macrobiî, que nondum in lucem prodierant, [de differentiis et societatibus Græci Latineque verbi, sed potius ex eo, quem ita inscripsit, libro excerpta] in hac editione in publicum venirent, et tibi a me dedicarent. Sed quum me ipsum ex veteri P. Pitheci exemplari ca. describere necesse foret; quod neminem invenirem, cui hoc munus inongerem, et alia tamen rebus occupatus essem, unam tantum partem descripsi, alteram, quam *επιόρασις ἀρὰ τῶν κεί τῶν ἀρχαιοτέρων*, descripturus. Macrobiû præfatiancula illi tractatui præfixa est hujusmodi Græcæ Latineque ling. etc. In hoc libello multa sunt que nobis aliunde fateor esse nota; sed sunt et quædam a paucis fortasse animadversa. Sunt profecto nonnulla, que meum iudicium confirmant de ea Græcorum vocum in certas classes distributione, quam in meo Theatro secutus sum. Hoc *επιόρασις* cum meo ejusdem vice argumenti editurum me propediem spero: quum primum autem prodit, ejus exemplar a me accipies." pp. 470-1.

"Fr. Sylburg. in Epistol. ad Huhl. Fugg. ante Not. ad Pausan. 1583. 'oro, ut quanto diligentèr conatu susceptus a me ac confectus est hic labor, tanta tu illum benignitate in tutelam tuam recipias, non aliter ac si vel a Xilandro, vel ab Henr. Stephano, Claris, et tibi caris viris (quorum hoc præceptore, illo amico uti mihi contigit) hic cum Pausania comitatus ad te mitteretur.'" p. 471.

"Seculum hoc ab humani generis redemptione decimum quintum partem sunt inter se Robertus pater et Hénricus filius; Id scilicet illius natalis inchoaverunt, clausit hujus obitus: in quibus ('quod in Typographis rarissimum) conveniunt fides et literatura: '* In eo enim hominum genere vulgaris sæpe literatura occurrit cum bona fide conjuncta, aut cum magna ignorantia major conjuncta perfidia.' In Roberto tamen uti longe minor sui ostentatio: que omnino inferior in re literaria typographicæ peritia ac industria, ita major in ægnescendo, quicquid opis ab aliis accepisset, prohibita quædam et ingenuitas sæpius, quam in Henrico, apparuit. Ille in Thesouro Latino quot doctorum* virtutum recenset nomina, quorum sudio usus est: hic in Græco Frid. Sylburgii non meminit, '* qui cum adulescenti egregie, ut potissima Gr. Thesauri pars ejus labore constat.' At quia Thesauri ille (qui cum patris Latino collatus posterioribus fere) reliquissimum omnium, quæ prægri, operum principatum tenuit, honoris laudive, cujus semper fuit auditor, ætiam solum præter patrem, quem operis illius inventorem et magis ex parte architectum* agnovit. Præterea forsitan eum puduit se a suo discipulo adjuvum fieri: inquam præceptori maxime id gloriæ veritatis, si eum instituerit discipulum, a quo in suis studiis auxilium aliquando mutaret. *Antea nihilominus observatum est ab Henrico eorum, qui ipsi adjuutores fuerunt, mentionem factam." pp. 482-3.

Mic. Maittaire inter * nonnulla, quæ ad H. Stephanum et Patrem Robertum spectant, ex Scalgeranis collecta, hæc habet:

"H. Stephanus non solus fecit Thesaurum: plusieurs y ont mis la main.—Sylburgius à travaillé au Thesour Grec d'Henry Estienne." p. 489.

["Vastum illum creditivus Gr. Thesaurum," ut ait L. C. Valckenarius, "non ab unis Stephanis, sed collata plurimum opera, fuisse congestum, monuit vir summus, T. Memesthusius ad Lucianum Promethea, Operum, cum etiamnum sub prelo sulant, Vol. I. p. 191," et ante Hemsterhusium id ipsum non latuerat divino Scalgero, quem vide in Scalgerania." *Obs. quibus via monstratur ad Origines Græcas investigandas, et Lexicorum Defectus resarciendos.* p. 31.]

DE VERBIS GRÆCORUM MEDIIS COMMENTATIONES

L. KUSTERI, J. CLERICI, S. CLARKII, et E. SCHMIDII,

Recensuit, auxit, suamque adjecit Chr. WOLLE.

Editio altera, correctior et locupletior. Lipsiæ, 1752, 12mo.

[Prima hujus libelli editio apparuit sub hoc titulo—*Chr. Wallii Collectio quatuor de Verbis Græcorum Mediis Dissertationum. Primum L. Kusteri ad Exemplar Lugd. Batavum deinde Verbis describendam curavit, alteram J. Clerici e Gallico Latine vertit, tertiam Erasmi Schmidii, notulis exactis, itrem edidit, quartam denique excerptis, cum notis, tum profanis, illustratam ipse adjecit. Lipsiæ, 1733. 12mo.* Notule in *Jo. Clerici Dissertationem*, tunc incluse, quibus subjuncta est vita D. (i. e. Dresigii) inveniri possunt in libro, qui hunc titulum fert—*Segm. Fr. Dreyßigii Commentarius de Verbis Mediis N. T. nunc primum editus cura Jo. Fr. Fischeri. Addita est, præter Lud. Kusteri libellum, Jo. Clerici Dissertatio de eodem Genere Verborum Græcorum e lingua Franco-Gallica in Latinam conversa. Lipsiæ, 1735. 12mo.* In Præfatione hujusce libri p. xvii. hæc verba scripsit J. Fr. Fischerus:—'Ac Kusteri quidem libellus, hunc enim primo loco poni ipse Dresigius voluerat, quam Alberti, Horrei, aliorumque Græcæ doctissimorum hominum, puncta dudum præter, laudibus meis non eget, Clerici scientiam linguæ Græcæ et si aliquid mediocrem constat fuisse, tamen dissertationem ejus *de Verbis Græcorum Mediis* non placuit omittre, partim ut intelligerent omnes, quam partim, recte contra Kusterum disputaverit, partim quia Dresigius eam se e lingua Franco-Gallica in Latinam conversam addi optaverat.'

* H. S. in Spielleg. ad Xiphilinum. præf. Ad Sylburgium quod attinet, si eum laudare non amsim, quoniam cum ejus laude mea conjuncta esse, atque adeo in me, quem habuit novo quodam more dominium simul et præceptorem, (quod ille beneficium pro sua ingenuitate agnoscat) redundare videtur, etc. Rhodoman. Poesis Christ. Præf. Neand.—Henr. Stephanus meritis in temp. literarum per Europam celeberrima, et discipulum ejus F. Sylburgum.

* Nuncel. in Epistol. ad F. Morel. 1586. Cal. Apr. data.

* Lege prius, p. 41.

* Melch. Adam, in Vit. Syll.

* Lege prius, p. 89.

* Lege prius passim in vita H. S.

VIRO CLARISSIMO PETRO WESSELINGIO

S. P. D. C. WOLLE.

NOVA PREFATIO.

Hic liber, quem nunc iterum exire jubeo, non tibi uni, VIR CLARISSIME, dedicandus erat, aut nemini. Priori editione, sine hac solenni formula, is, qui Græcas literas amat, tradideram. Quidni et alteram, hac sine comite, usui doctorum hominum consecrare potuissem? At enimvero singularis extat causa, propter quam TE, VIR CLARISSIME, hunc tibi librum, si quis alius, nec immerito, vindices. Tuo etenim nutu consilioque, immo etiam impulsu, quem mihi literis, omnis humanitatis plenissimis, senel atque iterum non significasti modo, verum etiam declarasti, accidit, ut manum operi admovebam. Vellem, ut CL. HERMSTERIUS hanc in se curam suscepisset; nec enim dubito, quin meliora præsulit fuisset. Ego vero, colorationi TUAE tam prompte paratogue obsecutus, oro TE, VIR PRESTANTISSIME, majorem in modum, ut, quem tibi debeo, librum serena fronte accipias, qui, una cum auctore suo, totus TUUS L. M. G. esse cupit. Verum permittis etiam, PRO TUA in me humanitate, ut hæc dedicatio simul præfationis sustineat locum. Qua quidem in re ipsum TUUM sequor exemplum. Te enim *Diatribam TUAM, de Judaorum Archonibus*, eleganter conscriptam, egregio viro, d'Orville, Musis nuper, mature nimis erepto, in præmissa præfatione sacram esse voluisti. At fortasse, lentum hæc nomen esse, dicis, quam TE, in luce civitatis erudite jam diu viventem, tam sero colam. Sed, quem ego animo diu jam observavi, cum nunc publice quoque colo ac suspicio. Audi, quæso, me, rationem tibi, viro in Græcis literis hodie præcipuo, et non solum cultoris Hollandiæ, verum totius etiam literati orbis lumini, hujus quilibet libelli, in quo vis *prima ac propria*, hoc est, *reciproca Verborum* apud Græcos *Mediorum* munus, accurate reddituram.

Quinque quoque exhibentur volumine *Disertationes, de Verbis Græcorum Medii* cum cura elaboratæ. In his principulum ducit CL. KUSTERI libellas, qui *utilissimus a P. HORREO* jure meritoque nominatur.* Hunc et *notæ meæ, et notæ accessionibus* locupletavi, quas ex Atticis maxime scriptoribus diligenter excerpti, rursus verborum *mediorum vere propriæ mediam* tam firmis rationibus corroboraturus, quas omnem præcidit dubitationem. CL. CLERICI dissertationem, et Gallicæ Latine jam olim a me veram, iterum legi, et paucis, ubi opus erat, correxi; imo et opus, quas KUSTERI viri exitibus opponere ausus est, penitus conficere nolitus sum.

Hæc nova sequitur *Disertatio*, nunc in Germania primum luci, quod sciam, exposita. Est ea viri inelyti, S. CLARKII, S.T.P. quam ex ejus *literatissimis annotationibus*, quibus *Hiada Homerica* ornata et illustrata, describere opere pretium duxi. Hic illustris Magne Britannie Theologus, cum variis sacris, quas scvit, libellis et controversiis; id quod TE, VIR CLARISSIME, non præterite juro: tum vero etiam inter Græci sermionis cognitionem, celebre sibi nomen peperit. Is, ut conjicio, KUSTERI fontibus suos irrigavit hortulos, quippe qui diu in hac cultissima vixit insula; nec vero KUSTERI liber ipsum fugere potuit. *Notula* in ora subjecta *meæ* quoque sunt, quas vero addere non alicui erat.

Et Schmidii scriptunculam, quam TU a me abjici volebas, nostrates a me flagitant, ne inter perituras ea claritas referretur. Equidem faciem me præbui ad parendum his monitoribus, quoniam hic vir inter eos, qui in Germania Græcas literas ornant, primum facile locum promeretur. Nec vero hic omitti debuit SCHEMIDTI commentatio, quia nunc et emendator, et *notis accessionibus* aucta prolixi, quas ex alio ejusdem libro peti, quoque *reciprocam* verborum *mediorum potestatem* confirmant. Hæc enim illi, nec opinanti, suboluisse videtur. Restat, ut de *mea* quoque commentatione non nihil adiciam. Relegi enim haud segner, castigavi, lectissimisque Novi Fœderis exemplis copiosissime *reddidi ac distinxerem*, *where sentio*: hæc *Disertationes* nunc sunt ejusmodi, ut ad majus robur virtutis se proprie verborum, quæ a Græcis *MEDIA* dicuntur, conciliandum nil amplius addi posse videatur. Tirones, et qui toti adhuc alieni Græcis in literis sunt, vim tot copis munus facile hinc poterant discere. At peritioribus quoque viris suam diligenti scientiam commoda hic offertur occasio. Homines quosdam Græce doctissimos, ubi locus fuit, nominatim protuli, quos ista præterit notio, vetustis Græcæ lingue magistris non ignota. KUSTERUS enim non excogitavit eam, et ex suapte fixit ingenio, sed e tenebris, quibus aliquandiu septa fuit, in lucem revocavit, et, qua valuit, auctoritate roboravit.

Habes igitur, VIR CLARISSIME, totius rei propositæ rationem ante oculos positam. Neque vero *novum spernem* *judicem*, quo scripta, hoc volumine comprehensa, insigere malui. Quia primum *Disertationum* designaveram nomine, ea nunc *Commentationes*, re bene putata, nominavi, quia perpetuis a me commentariis hic illustrata reperiantur. Gaudebo, si expectationis TUAE, quod satis est, fecero. Te etenim susatore et auctore, hæc repeti editionem, et nova arte adornavi. Vale, mihi que fave. Dabam e museo, Lipsiæ, Non. Sept. CCCCCLII.

PREFATIO PRIORI EDITIONI

PREMISSA NON NIHIL AUCTIOR.

LECTORIBUS GRÆCARUM LITERARUM STUDIOSIIS

S. P. D. CHRISTOPH. WOLLE.

Quod veteres olim Romani omnibus rebus gerendis, quod bonum, fastum, felix, fortunatumque esset, præfabantur, illud non præsentis quatuor dissertationum de verbis Græcorum Medii conscripturarum collectioni promittimus optatum. Primum LEBOLDIVM KUSTERUM, Regis Inscriptionum Academicæ quondam Socium, cumdemque in Græcis literis haud vulgariter eruditum, agnosco auctorem, atque Parisiis Anno CLXXXIV, lucem aspexit, sua viro et Lugd. Bat. A. CLXXXV, iterum edita est. Nos, hæc altera editione duce, formis illam deum describendam curavimus, eo quod jusse, sic ut auctori, ut exempli hodie apud nos inveniantur, eaque, ut supra libello comenda. Quoniam vero gratiam a viris Gr. petitis *Vir. clariss.* hæc inierit scriptio, ut argumento sunt hæc, quibus ipsam certatim nos prosecuti. Insuper omnium mihi sit JO. ALBERTI, qui: *inspicit, inquit, auream Vellulam CL. L. KUSTERI de Verbis Medii*, et reliqua.* Hic nimirum *res reflexivam*, hoc est, ex actione in passivam committam, verbus Medii, nova, ut videri voluit, arte significatum ivit. In hac nihil emendandi editione, paucis lexiota quædam, quæ, ut fert opinio *mea*, operaturam admitteret incuria.

Altera est JO. CLERICI, viri celeberrimi, disertatio LUD. KUSTERO opposita, in qua, haud scio an invidiâ fortassis ductus verba dari Media proterius negat, eorumque tempora, quæ vulgo a grammaticæ artis magistris recipi-

* Trajecti ad Rhenum, CLXXXVIII. S.

* In Observat. Crit. in Thucyd. p. 468.

* Hæc in *Hiada Græcæ et Latine. Annotationes in usum Principis Regii, Ducis de Cumberland, scriptis atque editis. Vol. I. ipse Pater, S. Clarke, S.T.P. editit Londini, CCCCXXXI. S. At Vol. II. Filii ejusdem nominis, S.R.S. addidit, quæ imperfecta supersunt. Londini, CLXXXVII. S. Prædit etiam idem liber in forma octavo, sed hæc majus exemplum descripta, copia quidem totam editionem possideo, Londini, CLXXXII. S.*

* In Observat. philol. in Satius N. F. libro, p. 8.

untur, partim ad *activam*, partim ad *passivam* revocant formam. Hoc ejus judicium ex aliqua literarum ejusdem ephemeride excerptimus. In nostra autem conversione nihil, præter paginas ex KUSTERI libello excitatas, commutavimus. Quas nimirum ex Parisiis excitavit ille, eas nos ex hac Lipsiensi nostra excitavimus editione.

Tertia est programma ELSAII SCHEMIDII, Gr. L. olim Professoris Vitemberg. in Gr. sermone præcipui, academi- cum, in quo et *activam* et *passivam* verbis Mediis attribuit potestatem. Nostra cura quædam accesserunt notula, in quibus *reflexionem* significationem exemplis, que SCHEMIDIUS in medium protulit, plerique omnibus rursus asserere consti sumus.

Quartam, eandemque ultimam, dissertationem proprio studio elaboratam addidi, in qua Cl. CLERICO me obiecti, veram KUSTERI opinionem descriptis declaravi pariter, atque ostendi, Media verba et *activam* et *passivam* omnino, at in prima tamen proprieque *reflexivam*, adsciscere virtutem. Testes citavi et sacrorum, et exteriorum, auctorum locos, quos magnam ad probandum vim habere intellexi. Quo labore id me potius consecutum, ut et eruditus KUSTERI libellus adversus omnia, que obducuntur, dubia satis abunde sit communis, et sanum ferri judicium possit, quid de vera verborum Mediorum potestate statuendum esse videgatur. Idoneam hanc nactus occasionem, KUSTERO etiam satis me fecisse judico, qui atticæ elegantie, Mediis interdum Verbis passivam vim attribuentis, nulla in sacris NOVI FŒDERIS tabulis reperiri vestigia, non erubuit profiteri. Luc. II. 12. varians hæc occurrit lectio *επιφανεσ*, probatio autem est *επιφανεσ*. Illam admitti posse idcirco vir negat doctus, quod atticæ lepores in novo testamento haud liceat venari. "Nam licet," inquit, "satis speciose dici possit, ut *επιφανεσ* more Atticorum, apud quos verba verum, ut notum est, aliquando passivorum vim funguntur, ibi positum esse, pro *επιφανεσ*, tamen id subtilius est, quam verius; nam in novo testamento ejusmodi elegantie atticæ non reperiuntur." Nos eandem aspernamur legendi rationem, eo quod meliorum codicum haud fulta sit auctoritate. Verum atticæ illius venustatis aliqua, relictis aliis, communicavimus exempla. A. BLACKWALL, cultioris Angliæ decus, eandem ob accusationem KUSTERO diem dixisse, et animadverto. Verba, que ipsi opposuit, hæc sunt: *ἀπορρηθῆναι τὸν Μωϋσῆν τῷ γερουσί*, Luc. II. 5. *κάρτες εἰς τὸ Μωϋσῆ ἐβάρησαν*, ubi, necesse quoniam, legere maluit *ἐβάρησαν*, 1 Cor. x. 2. ac denique *ἀναγίγνωσκει τὸν προφητῶν*, Ep. ad Philem. 20. Causa, quam agit doctus, Anglus, bona est, et nos ipsi ab ejus stamus opinione. Verba vero, quibus eam corroborat, *ἀπορρηθῆναι* et *ἐβάρησαν*, vim rectius obtinere *reflexivam*, in nostra cæcensu dissertatione, licet ultro libenterque concedamus, eas passive et converti Latine posse, et a multis etiam conversa esse. Ad verbum *ἀναγίγνωσκει* quod attinet, istud quoque, si per optarem, ut *frui te queam*, reddatur, passivam amittit potestatem.

Errat haud dubie, qui mihi obijciat, plura me ex antiquis Græciæ scriptoribus colligere debuisse documenta. Equidem largior, me potuisse: verum, quoniam angustioribus his ipse me circumscripterim limitibus, nemo erit, qui copiam a me desideret majorem. Causam rei, scio, tetigit acru: ea, que hic tradita sunt, et veterum auctorum, et Novi etiam Fœderis, jubarunt lectionem. Atque hoc ipsum propositum erat mihi, quam ante aliquot annos fidem meam in publico quodam librorum indice darem, ejusmodi me laborem suscepit. Aliis autem studiis quum adhuc vacarem, eam tunc potui demum liberare. His factis fundamentis superstruam it, quibus in delictis etiam, pluribus exemplis eruditum locupletare orbem. Hoc equidem mihi dubitans discrixi, cum multis operam haud sane parum profuturam. Adjuvencum, ut ipsa explanata, indices, quos, quum antehac, in KUSTERI etiam commen- tatione, desseent, ipsi conferre consultum existimavimus. Errata operarum, que pauca sunt, eruditus, idemque humanitatis studiosus, lector facili emendabit negotio.

Plura dictis addere pro chartarum haud licet angustias. Pietas vero admonet, ut pro singularibus, que Græca hodie lingua capi, incrementis, Deo immortalis gratias persolvam, et, ut ea studia me exolescere apud nos sinat, sed, quemadmodum adhuc, ita in posterum servet nobis pariter ac scriba posteris, etiam atque etiam oram. Dab. in Acad. Lips. IPSIS ACADEMIS MAII, A. P. B. G. C1830CCXXIII.

LUDOLPHI KUSTERI
DE VERO USU VERBORUM MEDIORUM
APUD GRÆCOS DISSERTATIO

ITERUM ERUDITE CIVITATI
TRADIDIT CHRISTOPHORUS WOLLE.

PREFATIO AD LECTOREM.

PAUCIS te volo, Lector. Exposui in hoc libello de verbis Mediis Græcorum: que duplicis sunt generis. Alia enim indole et significatione ab Activis nihil differunt (que comparare possis cum Verbis illis, que Latini Deponentia vocant): alia vero differant. Per posterioris generis Verba Media intelligo ea, quibus constans usus certam attribuit significationem, quam Activæ eorumdem Verborum Formæ minime inesse, omnibus notum sit; vel saltem, si id antea observatum non fuit, a quovis, qui animum attendere voluerit, observari possit. Ex. gr. *κείνη*, in Medio, significat plangere: quo sensu Activum *κείνη* nunquam usurpavi, neminem fore credo, qui negare ausit. *Φερόμενος* notat cavere: que significatio a Forma Activâ hujus Verbi prorsus aliena est. *Προσπελάσσει* interdum significat, cibum vel potum capere: nunquam vero Activum *προσπελάσσει*. *Μεθίσκομαι* notat concludere: at *μεθίσκος*, locare. *Δεικνύμενος*, nutum accipere: *δεικνύω*, nutum dare. *Θέλω* *εὐθέως*, pigrus accipere: *θέλω* *εὐθέως*, dare pigrus. *Επιείχει*, urgere, impellere: *επιείχεται*, festinare. Sic *ἀναγίγνωσκει* significatione constanter differt ab *ἀναγίγνωσκει*, ab *ἀναγίγνωσκει*: *σπερμαίνω*, a *σπερμαίνω*: *ἀρπάζω*, ab *ἀρπάζω*: *ἀρπάζω*, ab *ἀρπάζω*: *κέρω*, a *κέρω*: *ἀφροσύνη*, a *ἀφροσύνη*: *δύσκολος*, a *δύσκολος*: *ἀπορρηθῆναι* ab *ἀπορρηθῆναι*: *ἀναγίγνωσκει*, a *ἀναγίγνωσκει*: *προσπελάσσει*, a *προσπελάσσει*: *ἀγένητος*, a *ἀγένητος*: *ἀγένητος*, a *ἀγένητος*: *θέλω* *εὐθέως*, a *θέλω* *εὐθέως*: ut cetera alia omittam, partim in hoc libello adducta et exposita; partim apud veteres scriptores variis in locis obvia. Hujusmodi igitur Verba Media (cum quibus tantum hic mihi res est) ab Activæ et Passivæ certo limite esse discretâ, et vim necesse mere activam, neque necesse passivam, sed ex utroque genere mixtam, illis inesse, clare, ut fallis, demonstravi. Mixtio autem hæc in eo consistit, quod Activæ Verborum Mediorum non transeat in alium, sed reflectatur in ipsum agentem, et sic idem sit agens et patiens: sive quis directe a se ipso aliquid patiat: sive ab altero ubi aliquid fieri cuset, mandet, vel jubeat; et sic sponte volensque, ab eo aliquid patiat. Ex. gr.

* P. 433. * P. 473. sq. * Mill. Gr. T. præf. p. 3.
 * The Sacred Classics, Vol. II. p. 13. sq. Filium tam publice dedicam, quam hæc scriberem, me hunc elegantem librum Latina civitate donatum esse. Dis jam est, quod eadem meam liberavi. Ac nemo est hodie, quem fugiat Blackwalli Critica Sacra N. T. etæ Anglice Latine a me verba, et ut Hermeneuticam N. F. eouitem dedi.
 * Tom. II. p. 492. s. edit. Latina. In observationibus, quas hic subjeci, contra Cl. Britannum etiam disputo.
 * Priori verbo que Kusterus vim reciprocam monstrat, p. 117. s. alteri vero non ipsi eandem vindicavimus, p. 333.
 * Tunc etiam hæc formata bene prevocari et affirmari apud Græcos mixta: *ἀγένητος*, ita illi, que optas, contingant! Lucian. Icarionum, II. 30. 775. Idem Pseudoep. III. 27. 54. *ἀγένητος*, *ἀγένητος*, ita illi, ut, his frui liceat, S. Ignatius voce locum nullis in locis una est, id quod perclare locutus Jo. Pearsonus, Præsul Cæstriniæ, in Jundiciæ Ignat. c. 13. p. 433. s. Tom. II. edit. Amstel.

κλῆσαι, in Activo, est, tundere, sive percutere alterum: at *κλῆσθαι*, in Medio, se, vel pectus suum in luctu tundere, sive percutere: quod Latini ana voce appellant plangere. *Φυλάσσει*, est, custodire, vel observare alterum; at *φυλάσσειν*, in Medio, custodire, sive observare semet ipsam: quod est, si snum species, cavere. Propriam igitur et Reciprocam Verbi hujus vim optime exprimunt Galli, Germani, et Belgæ, in communi sermone dicentes, se garder, sich hüten, sich wagen. Ad eundem modum, *ἐρεγγεῖν*, in Activo, est, urgere, sive impellere alterum: at *ἐρεγγεῖσθαι*, in Medio, se urgere, sive impellere, i. e. festinare. *Ἀσφάσσει*, strangulare alterum: *ἀσφάσσειν*, strangulare se ipsam. *Στεφανῶσσει*, coronare alterum: *στεφανῶσσειν*, coronare se ipsam. *Λούσαι*, lavare alterum: *λούσασθαι*, lavare se, vel se alteri lavandum præbere. Et cum Accusativo, *λοῦσαι σῶμα*, alterius corpus lavare: *λούσασθαι σῶμα*, suum corpus lavare. *Ἀρνῶσαι*, ab altero injuriam, seu vim propulsare: *ἀρνῶσθαι*, a sese injuriam, sive vim propulsare. *Προσφέρειν σίτον*, alteri cibum offerre: *προσφέρεσθαι σίτον*, sibi ipsi cibum offerre: quod est ad sensum, cibum capere, sive edere. *Ἀσπράφασθαι*, nomen alterius in tabulis notari, uti ipsi cibum offerre: quod est in tabulis notandum curare: quod est ad sensum, nomen suam profiteri, veluti in censu, delecta militum, etc. Qui enim sic nomina sua profiteritur, *ἀσπράφασθαι* Græcis dicuntur. Hæc igitur et similia exempla abunde demonstrant, verbis vere Mediis eam, quam diximus, inesse vim: ut scilicet actionem cum passione mixtam, sive actionis in ipsam agentem reflexionem designent.

Notandum vero est, vim illam parum fuisse animadversam, quod in plerisque verbis Mediis Græcorum interpretandis, ex usu ling. Lat., aliarumque linguarum, sensus tantum communis et vulgaris ratio simpliciter haberi solet, neglecta propria et grammatica eorum notione. Ex. gr. *ἐρεγγεῖσθαι* simpliciter verti solet, festinare: quæ quidem interpretatio rem ipsam per verbum hoc designatam rectissime exprimit: at non propriam et grammaticam ejus notionem. Ea enim ex significatione verbi Activi ad hunc modum elicenda est: *ἐρεγγεῖν* notat urgere, impellere: *ἐρεγγεῖσθαι*, in Medio, urgere, sive impellere semet ipsam: quod festinatote facere solet. Ex hoc nimirum interpretandi modo facile intelligitur, certam vim reflexivam (licet enim mihi barbaro hoc vocabulo compendii gratia nli) verbo Medio *ἐρεγγεῖσθαι* inesse. Sic *μαθῶσασθαι*, si simpliciter vertatur conducere (propt ex usu ling. Lat. verbi solet et debet) non videtur habere vim mediam, sive reflexivam, sed mere activam. At vero si Lectori primo in animo revocaveris, *μαθῶσαι*, in Activo, esse, locare aliquid alteri: et deinde ostenderit, significationem hanc transitivam per verbum Medium *μαθῶσασθαι* mutari in reflexivam, ad hunc modum: Locare sibi aliquid per alterum; vel, facere sibi aliquid locari ab alio, et sic locatum ab eo accipere: quod brevis et magis Latine dici solet, conducere: facile apparebit, in negotio locandi et conducenti, eum, qui conducti, tam sustinere personam patientem, quatenus ab altero sibi aliquid locari sinat, sive locatum ab eo accipit; quam agens, dum alterum inducit et impellit, ut sibi aliquid locet. Unde sequitur, *εὐ μαθῶσασθαι*, esse verbum vere Medium, neque vi sua reflexiva carere. Eadem est ratio verborum horum, *δανείσασθαι*, *χρησῶσθαι*, *τιμῶσθαι*, *θεῖσασθαι*, etc. Nam *δανείσαι*, in Activo, significat, mutuum dari: *δανείσασθαι*, in Medio, facere sibi mutuum dari, sive mutuum accipere. *Χρησῶσαι*, commodare: *χρησῶσθαι*, facere sibi commodari, sive commodatum accipere. *Τίμαι*, solvere, quod debitum est: *τιμῶσθαι*, facere sibi solvi debitam penam, i. e. punire, ulcisci, vindicare. *Θεῖσαι* *ἔθρομαι*, dare pignus: *θεῖσθαι* *ἔθρομαι*, facere sibi dari pignus, sive pignus accipere. *Θεῖσαι νόμον*, alii legem ponere, sive ferre: *θεῖσθαι νόμον*, legem sibi ferendam curare: quo sensu nimirum populi liberi, ut Athenenses, Romani, etc. qui legem sibi a Legislatore ferendam curabant, sive qui legem jussu suo latam libenter et sponte accipiebant, apud scriptores Gr. leguntur *θεῖσαι νόμον*, in Medio; non vero *θεῖσαι νόμον*, in Activo: ut suo loco fusius demonstravimus.

Ex hæc igitur manifeste apparet, præcipuum disputationis meæ caput, (dari nimirum certa Verba Media, quæ tam significatione, quam natura et idole, a Verbis Activis et Passivis differant) a nemine in dubium vocari posse. Quod si igitur veram differentiam hujus rationem, in quibusdam Verbis obscure tantum et confuse antea cogitavit, in plerisque vero penitus ignoravit, recte exposui, et ex tenebris quasi in lucem protraxi: operæ pretium me fecisse existimabo. Hæc autem de re penes candidum, neque livore corruptum Lectorem, iudicium esto. Eos vero, qui animo carpendi potius, quam discendi, meæ lecturæ sunt, rogatos velim, ut certa ab incertis et dubiis separent, neve, si forte paucis in locis nove inventionis amor me plus æquo indulisise senserint, in ceteris quoque idem mihi accidisse, vel sibi, vel aliis nimis temere persuadeant. Certissimum enim est, ut jam diximus, dari Verba quædam Media, quorum differentia a Verbis Activis et Passivis non sit imaginaria et adumbrata, sed vera et solida: neque minus certum est, differentiam hujus rationem in mixtionem quadam actionis cum passione, sive in actionis reflexione in ipsam agentem, consistere. Hæc igitur si ita se habet: quod ad summam saltem disputationis meæ attinet; res salva est, et extra controversiæ aleam posita: neque ego ab iis, qui hoc opusculum lectione sua dignum judicaverint, quidquam amplius mihi concedi postulo.

Præterea monendus est Lector, non debere nobis opponi auctoritatem recentiorum scriptorum Gr., ut Plutarchi, Ælian, Herodiani, Heliodori, etc. Illos quippe in adhibendis Verbis Mediis ab usu veterum illorum et probatissimorum scriptorum, qui soli pro recte loquendi norma habendi sunt, interdum discedere observavi. Ex. gr. inter *θεῖσαι* et *θεῖσθαι νόμον* hanc diximus esse differentiam, quod *θεῖσαι* dicitur de Legislatore: at *θεῖσθαι νόμον* de Populo libero, qui ipse Legem sibi fert, sive (quod eodem redit) qui Legem a Legislatore sibi ferendam curat. Plutarchus tamen in Poplicola, et in Pericle, *θεῖσαι νόμον* etiam Legislatori tribuit. Ergo (dicit forsans aliquis) differentia illa nulla est. Sed, qui ita argumentabitur, incertum suum prodat. Nam ego differentiam hanc probavi ex Demosthene, aliisque florantibus adhuc Græciæ scriptoribus: quibus auctoritas Plutarchi opponi, vel præferri non debet. Ex iisdem ergo scriptoribus, quod sententiæ nostræ sponsors dedimus, arma contra nos petenda sunt. Et poe, unum atque alterum apud illos reperiri locum, in quo memorata differentia non videtur esse observata: non tamen ideo causa ceciderit. Nam paucis locis haud tuto creditur, quam agitur de refellenda sententia, pro qua infinita pœne exempla militent. Idoneo ergo exemplorum numero saltem opus est, quo persuadeamur, *θεῖσαι* et *θεῖσθαι νόμον* promiscue et sine ullo discrimine ab optimis scriptoribus adhiberi.

Quod autem de *θεῖσαι* et *θεῖσθαι νόμον* hic diximus; de aliis etiam verbis et phrasibus, in hoc libello propositis, de quibus quidem controversia aliqua moveri posset, (nam sunt multa extra omnem controversiæ aleam posita) Lector dictum putet.

LUDOLPHUS KUSTERUS

DE VERO USU VERBORUM MEDIORUM APUD GRÆCOS,

EURUNDEMQUE DIFFERENTIA A VERBIS ACTIVIS ET PASSIVIS.

SECTIO PRIMA.

1. **VERBA Media** apud Græcos sic appellata sunt, non tam quod terminationem partim Activam, partim Passivam habeant; neque quod interdum Active, et interdum Passive significant; quæ est communis Grammaticorum opinio, vel potius error: sed quod actionem cum passione mixtam denotent, et sic inter Verba Activa et Passiva revera Media se habeant; et utriusque Formæ ita affinis sint, ut tamen ab utraque discrepent. Loquor autem hic de Verbis vere Mediis; nam sunt nonnulla, quæ terminationem quidem habent Mediam, at significationem mere Activam;

similia illa, quae *Deponentia* apud Latinos vocantur. Excipio hic etiam Præterita Perfecta, et Plusquamperfecta Verborum Mediorum; quippe quæ naturam et indolem reliquorum Temporum Formæ suæ non sequuntur, sed eam terminatione, etiam significatione mediæ exiunt, et vel activam, vel passivam tantum vim habent.* Pro his ergo Præterita Perfecta Passiva (non significatione passiva, sed mediâ,† adhibere solent Græci, et præcipue Attici; ut passim observare licet.

2. Per actionem autem cum passione mixtam, intelligo 1. eam, per quam ipsi a nobis aliquid patimur; seu quæ in ipsum agentem reductitur, et per Pronomen Reciprocum *se*, vel *sibi*, vel etiam addita Propositione, per *ad se*, in *se*, *inter se*, &c. exprimi solet. 2. Actionem, quæ ab altero in nos transit, sed volentes, curantes, mandantes, jubentes, vel petentes nobis aliquid fieri. Ad priorem speciem (at pauca tantum ex multis commemorem) pertinent Verba sequentia.

3. *Ἀποτρέψασθαι, se abstinere*, apud Aristoph. Equit. v. 906. et alibi passim. At *ἀποτρέψω*, in Activo, est *alterum emungere*; ut apud Platon. de Rep. lib. 1. *Κορὴνδρά τε περιούρῃ, καὶ οἱ ἀποτρέμεις δεύμενος, νεογὸν τε ἐμωγίτῃ, licet emunctioe opus habeas.*

Ἀποτρέψασθαι, se abstergere. Aristoph. Equit. v. 906.

4. *Ἀνορέσασθαι*, idem *se abstergere*. Aristoph. Acharnens. v. 706. *Ἦὲρ ἔγὼ μὲν ἄδραμα, εὐκρησόμενον, ἴδω, ε. 7. A.* Ubi *ἀνορέσασθαι* proprie est, *me abstergi*, vel *lacrymas sibi abstergi*; at tropice, *lacrymas suæ*; quæ significatio ex eo, quod antecedit, elicitur.† Ad hunc igitur locum Aristophanis (ut obiter hoc monemus) referenda est nota hæc Hesychi: *Ἀνορέσασθαι, ἰδούσθαι.* Idem Aristoph. Acharn. v. 695. *Ἀνορέσασθαι ἴδωρα, qui sudorem sibi abstergit.* Quod si vero quis active dicat, *ἀνορέσας ἴδωρα*, id significabit, *alteri sudorem abstergere.*

5. *Λούσας*, in Activo, *lavare alterum*; at *λούεσθαι*, vel *λούσασθαι*, in Medio, *lavare se ipsum*. Sic *Λούω το ἴδιον, lavare corpus alterius*; at *λούεσθαι τὸ σῶμα, propriè corpus lavare*. Aristoph. Plut. v. 85. *Ὅτι οἱ ἐλευσίων, ἔξωρον τυτάρου. Qui se non lavit: vel præcise, qui non lavit*; omisso pronomine reciproco; quod Latini in hoc loquendi genere subaudire solent. Epigram. lib. 2. cap. 8. *Λούεσθαι πενέτρον Ὀμήρου εἰς Βαλκίον: ad lavandum irit in balneo.* Xenoph. in Sympos. *οἱ μὲν γυμνασόμενοι, οἱ χροσόμενοι, οἱ δὲ οἱ λουόμενοι παρῆδον.* Ubi *λουόμενοι*, est *qui se lavant*; ut *γυμνασόμενοι, qui se exercerunt*, et *χροσόμενοι, qui se unctant.*

Hom. Odys. d. v. 48. *Ἐπὶ δ' ἀνομήθω βάντες ἑξέσταν λούσαντο. Se lavantur, et se lavando præbuerunt.* At proxime post de his, qui non *se*, sed *alios lavant*, dicit: *Τοῖς δ' ἐπει δὲ θύοι λούσαν καὶ χροσάνταί.* Ubi barbarum foret pro *λούσαν* usurpare *λούσαντο*, et pro *χροσάν*, *χροσάντο*, etiamsi versus id admitteret.

6. *Κεῖρας, vel ceras, tendere alterum*: quod tonsore facere solent. At *κεῖρασθαι*, vel in Aor. 1. *κεῖρασθαι, tendere se*; et *κεῖρασθαι εἶπος, tendere sibi comam*.‡ Pierumque vero *κεῖρασθαι*, est *currare se tendendum*, vel *probare se alteri tendendum*; quod sensu verbum hoc pertinet ad classem secundam; de qua infra.

Ἐραυ, et ἀμύσασθαι (ἔραυ, et Ἀμύσασθαι) *induere alium vestibus*; at *ἐραυέσθαι* (Poët. *ἐραυέσθαι*) et *ἀμύσασθαι* (Poët. *ἀμύσασθαι*) *induere se*. Aristoph. Plut. v. 937. *Δὲς εἰ μοι τὸ τραχύνω: Ἴσ' ἀμύσας τὸ ἐκαστήριον τρυφῶν.* Hom. Od. E. de Calypso, Ulysses vestibus induente et lavante: *Ἐμπαρὲ δ' ἀμύσασταν ἰδέσθαι, καὶ λουέσθαι.* Et sic passim alibi. At idem Homerus, paulo ante, v. 229. *χλοαῖν τε, χροαῖν τε ἔραυτ' Ὀδυσσεύς.* Et v. seq. *Ἀμύσας ἔραυο ἔντρο νόμφε. Se indubat.* Et Odys. γ. *Ἀμύσασθε χροάνας. Induite tunicas.* Eadem differentia est inter *ἀμύσασθαι*, et *ἀμύσασθαι*, seu *ἀμύσασθαι*: *ἀμύσασθαι, et ἀμύσασθαι*; *κερῆδαν*, et *κερῆδασθαι*;‡ aliaque hujus generis verba.

7. *Ἐραυέσθαι ἐροδύσαντα*, vel absolute, *ἐραυέσθαι*, proprie *subligare sibi calceos*, i. e. *induere calceos*, vel *calcare se*. Exempla passim obvia.‡‡ Ruric contrarium est *ἐραυέσθαι*, *solvere sibi calceos*, seu *exuere calceos*, apud Aristoph. Plut. v. 928. † et alibi.

8. *Λύω, simpliciter solvo*: at *λύωμαι, solvo aliquid eorum, quæ circa corpus meum sunt*; ut apud Aristoph. Lysistr. v. 930. *τὸν ἑσπῆρον ἑβὴ λύωμαι: Jam straphicum mihi solvo.* Callim. Hymn. in Del. v. 203. *Λύωμαι δὲ ἑσπῆρον: [Latona] terra solvit sibi cingulum.* Sola nimirum erat Latona, atque adeo ipsa sibi solvit. Et in eod. Hymn. v. 222.

* [Sic perinde est sive dicat *κατέλας εἰς κεφαλὴν*, sive *κατέλας εἰς κεφαλὴν*, a. 2. fractus sum capite, vid. Lysiam 4ta. p. 54. not. Bowerg.]

† [Præterita passiva in utroque sensu significatio videntur sæpe adhibere scriptores Attici; *ἐραυέσθαι ἴδωσ ἀπὸ τοῦ ἔγῃ*, gloriam præ vitæ eligens, Dem. Ol. l. § 6. At *ἐραυέσθαι* passiva electa, ἴσ' ἔραυσα, imperium in quod est elictus, Menorrh. l. iii. c. 3. 2. Ibid. c. 2. l. 1. &c. Πιστεύωσ ἰδούσας, fundamentum posuerunt, Isocr. Præn. p. 46. Ed. Battie, 1749. Et passiva: *πέπασας πύργου*, res excogitant, Arist. Poët. c. x. Ed. Heins. Præteritum passivum vero sensu activo vide apud Jens. Lect. Lucian. in Tyrannicida, l. ii. c. 13. Vigerus de Histiocriti §. iii. 13. Sic *χρῆς*, fecerit de; *χροσάνας, χροσάνας*, nutum accepit [male in vulgatis *Λαχρῆς, σφραγῆς*, abscque et notate etiam Salmasius, de modo curæ, p. 191.]: *ἐραυ* tetigit, male Hederic. tactus est. *ἔραυ* *πυργίον*, terra tetigit, Dem. c. Midiam, *εἰς ἰδούσας εἰς δέσ;* Quam addidit vox infamantem vicem, Soph. Ajax. ver. 206. *σὸς εἰς ἑμῶν;* *εἰς κέρως* *ἔραυ* *πυργίον*, eisdem conditionibus, quæ actus fecerunt, Xenoph. l. vi. Exped. Vid. plura apud Marki. Questione Grammatica, ad finem Suppl. p. 90. Nonnulla libet addere ex N. T. *ἐραυέσθαι*, *dedisti*, 2 Pet. l. 3, 4. *ἰδούσας*, accepit, Act. viii. 14. *ἰδούσας*, mandavit, Act. xiii. 47. *ἐραυέσθαι*, *Act. xviii. 11. λατρεύσας* 8, mandaverat, Act. xx. 13. *τετραύσας*, promissit, Rom. vi. 11. *ἐραυέσθαι*, *1 Tim. v. 1. τετραύσας*, ambulantes, 1 Pet. iv. 3. Bowerg.]

‡ *ἐραυέσθαι* in τὸ κεραυέσθαι *ἐραυέσθαι* *ἑρῆσας γὰρ τῆς τοῦ ἑραυέσθαι*, p. 261. ed. Amst. Hoc idem ex Veteri Enarratore Suidas monet.

‡‡ V. 9. Hesyh. Lex. v. 455. ed. Lugd. Bat. Cl. Alberti.

†† [Hoc monita Kusteri si proficiet poeta nostras, parcius et obscure diligentiam objiciet, Lapsus est certe vir summus ad Hamer II. v. 49.

Πῦρ ἢ ἰδὲ Πύρρατος ἕρως σου, σφῆλ τε χροῖας

Κεῖρασθαι τε σέρας

Till on the pyre I place thee; till I rear

The grassy mound, and clip THY sacred hair.

Jam vero κεραυέσθαι σέρας, totidemquæ conam MEAM. Sic enim vox *media*, sic ritus legendi portus postulat, ut mox patet, et ut ipse Popus volat, ver. 135.

Ἐπὶ δ' ἠ εἰς ἐραυέσθαι σέρας, ἢ ἰδούσας

Κεῖρασθαι

Over all the corse THEIR scatter'd locks they throw,

Ὅτις ἀνορέσθαι σου ἑσπῆρον ἀνορέσθαι χροῖας

But great Achilles stands apart in prayer,

And from his head divides the yellow hair.

Vid. et Potteri Archæol. Gr. iv. 5. Bowerg.]

‡ Hinc Hesychi nimis accurate: *ἐραυέσθαι* ἰδούσας, p. 299. ed. nov. Rectius ἴδω. † Ut ille rhyphantum hinc amicum.

‡ *ἀνορέσθαι* *τευ* *πυργῶν*, induere alium. At formæ Mediæ, quæ adduntur, induere se ipsam. Vid. exempla Aristoph. Ran. v. 1095. Av. v. 1090. Plut. 890. Acharn. v. 1023.

‡ Induo alium, est, induo me, sive, accingo me. Homerus, Euripides, Xenophon, et alii, locos præbere possunt, qui huic faveret notiam. Hæc autem in Lexico usversionibus frustra queritur. Sic *ἐραυέσθαι*.

‡ Hoc sensu Aristoph. Vesp. v. 1124. s. *ἐραυέσθαι* *σέρας*, induere sibi phatras. Refer huc *ἐραυέσθαι*, calceos sibi induere, Isocror. v. 56. et *κεραυέσθαι*, v. 540.

‡ Contra ἴδωσ, ut solvam tibi calceos, Themop. v. 1194. At *ἐραυέσθαι* *τ' εἰς*, solvo mihi, id est, exuo calceos, Lysistr. v. 940. Ergo *ἀπὸ τοῦ ἐραυέσθαι* *ἑσπῆρον*, calceos auferre, Atticus scriptor dixisset, quia huic locos de eo sanctus loquitur historicus, qui alteri calceos solvit, Matth. iii. 11.

ἡδύμην, alisque similibus, eadem vis significationis media insit: quavis id hodie vix demonstrari queat, quoniam non amplius constat de propria significatione, quam verba illorum Activa, quae usus jam dudum abiecit (si tamen unquam in usu fuerunt) olim habuerunt. Nam ad investigandam significationem Mediam nobis praere debet notio Verbi Activi: quae si vel ignoretur, vel obscura sit, latebit etiam vera vis verbi Medii. Unde Verba dicta Formae, quorum significatio Media non statim in oculos quasi incurrit, non illico pro Activo-Medio (sic enim appellare mihi licet Verba illa, quae comparari possunt cum Deponentibus apud Latinos) habenda sunt; sed considerandum paulisper, annon significatio illorum mixta est notione verbi Activi bene intellecta et perspecta, erui possit.

14. Φάλαγγα, in Activo, custodio, observo, vel servo alterum: φαλαγγίαι, in Passivo, custodior, vel servor ab altero: quo sensu captivi, oves, bona, leges, etc. φαλαγγίζομαι dicuntur. At φαλαγγίαι, in Medio, custodiae mihi licet Verba illa, quae comparari possunt cum Deponentibus apud Latinos) habenda sunt; sed considerandum paulisper, annon significatio illorum mixta est notione verbi Activi bene intellecta et perspecta, erui possit.

15. Ἀντιτρέφω, Oppobere aliquem alteri: Ἀντιτρέφωμαι, vel ἀντιτρέφομαι, se alteri opponere, vel alteri obstare; diciturque cum de aliis, tum praecipue de iis, qui se acie instructa hosti opponunt: ut apud Demosth. Olynth. 3.⁴ et alibi passim. Vide etiam infra Τάξωμαι, Num. 28.

16. Ἐπινοέω, active, in domum, sedem, vel locum, habitandi causa, aliquem introduco, seu recipio. Ἐπινοέομαι, in Passivo, ab altero in domum, sedem, etc. introducitur. At ἐπινοέωμαι, in Medio, se ipsum in domum, vel sedem aliquam inferre, i. e. in domum aliquam migrare. Eadem est ratio verbi contrarii Ἐπινοέω, et ἐπινοέομαι. Aesch. in Timarch. p. 187. B. Ἐάν δέ οἱ μὴ Ἐπινοέωμαι, (male in Edit. Wolf.—ἄριστος εἰς δὲ τὸ αὐτὸ ἰσχυροτάτου ἡλικίαν ἐπινοέωμαι) (male et lie.—ἄριστος) ἡλικίαν ἐλάττω, i. e. Ubi si emigrarit, et in eandem officinam faber ferrarius immigrarit, etc. Sic Syces, de birundinibus: Ἐπινοέωμαι μὴ μὲν τὸν ἀβήροισιν ἀνεύθυνε δὲ Ἐπινοέωμαι: Immigrant in domos cum cantu; sed cum silentio inde exeunt, vel emigrant: hyeme scilicet instante. Sic ἀνασπένδομαι, apud Thucyd. l. 1. c. 58. Ἡπειρὸς Χαλκιδῆας ἀνασπένδομαι εἰς Ὀλυμπον. Ubi ἀνασπένδομαι est, se in mediterranea loca habitandi causa coeferre. Nam qui ad mare habitant, εἰς τὸν Ὀλυμπον dicuntur: ut apud eund. Thucyd. l. 1. c. 7. in fin. cum ibid. opponitur τὸ ἀνασπένδομαι. Vid. eund. l. 1. c. 120. ubi reus εἰς τὸν, a Schol. recte exponitur, reus παραλαίω, i. e. ad mare sitis.

17. Ὀρέωμαι, active, extendo, protendo, porrigo; ut ὀρέωμαι χεῖρα; at ὀρέομαι, in Medio, me porrigo, me extendo; i. e. manus meas extendo ad aliquod accipendum. Homer. Odys. φ. Ἐγὼ δὲ ὀρέομαι ἀπὸ παραπέλας αἰθέρος ῥέον. Manus porrige de passillo defraxit arcum. Et cum genitivo, ὀρέομαι τινα, manus ad aliquem protendere. Homer. Iliad. 2. Ὁ τοῦδε ὀρέομαι χεῖρας Ἑκτορι: Ad filium suum manus porrexit Hector. Et cum dativo, ὀρέομαι χεῖρα, (proprie se protendere manu) i. e. protendere, vel porrigere manus, aliquid captandi causa: ὀρέομαι ἄνω, protendere hastam, etc. Homer. II. φ. 99. Ἦν ἄνω φορέωμαι, ὀρέομαι χεῖρα φέροντι, Ὀδὲ Ἐκείθε. Sic locutus, porrexit manus suas ad [umbram Patrocli,] nec tamen cepit. Vel dicit etiam potest, τὸ ὀρέομαι in hac constructione simpliciter habere significationem captandi, vel appetendi; ex consequenti nimirum. Nam manus porrigere solemus ad ea, quae captamus, vel appetimus. Unde patet, quare τὸ ὀρέομαι per metaphoram significet, desiderare, concupiscere, vel appetere.

18. Ἐπιτρέφωμαι τῷ δέῳ, se divertere de via, ut ita loqui mihi licet; seu, de via deflectere, apud Aelian. V. H. 14. 49. et alios. Unde ἐπιτρέφωμαι τινα, cum accusativo, sensu praegnanti significat, de via deflectendo aliquem declinare, vel evitare; et inde simpliciter, aliquid fingere, declinare, vel evitare.

19. Ἄνω, in Activo, simpliciter significat tollo: ut Ἄνωμαι, in Medio, in me aliquid tollo, ut sic loqui mihi licet; seu, mihi (vel humeris meis) aliquid impono portandum; et ex consequenti, porto. Neque subaudiendum hic est τὸ ἄνω, vel τὸ ἄνωμαι, ut Henr. Steph. putat; sed τὸ ἄνωμαι dictam significationem se habet. Aristoph. Ran. v. 32. Τὸ ἄνω ἀρῶμαι ἄνω. Assumum humeris impositum porto. Et v. 607. ἀρῶμαι τὸν ἀρῶμαι: Tollere sarcinas portandas; vel simpliciter, portare, Aelian. V. H. 3. 22. Ὁ, τὸ βωδῆρας ἀρῶμαι ἀρῶμαι. Aufert in humeros sublatum. Potest tamen maioris claritatis gratia interdum addi τὸ ἄνω, ut apud Aelian. V. H. 12. 22. Nisi tamen τὸ ἀρῶμαι, ibi referendum est ad sequens ἄρῶμαι. Sic enim ibi legitur: Καὶ ῥέουσ ἀρῶμαι ἐπὶ τὸν ἄνω ἄρῶμαι. Sed utro modo accipias, parum interest. Si enim τὸ ἄνω referendum est ad ἀρῶμαι, distinctionis gratia id additum esse intelligi oportet; quoniam ἀρῶμαι etiam ille dicitur, qui in caput sublatum aliquid portat.⁵ Hinc per metaphoram, ἀρῶμαι πῶλον, bellum suscipere,⁶ cum alibi, tum apud Demosth. Orat. de Pace, p. 2. et Thucyd. lib. 1. c. 125. pro quo barbare quis dixerit, ἀρῶμαι πῶλον, in Activo: ne quis potest promiscue ita usurpari posse. Et συναρῶμαι τινα πῶλον, εἰδέναι, etc. in bello, periculo alique esse adiutorem et socium: vel, ut ad significationem propriam clarius alludam, onus bellum, periculi, una cum aliquo in se tollere, vel suscipere. Dicitur etiam συναρῶμαι τινα τὸ πῶλον (ut apud Thucyd.) cum genitivo rei: ubi subaudiuntur nonnulli

notae in auxilium vocari merentur. Conf. Eustath. ad Il. φ. p. 1546. 6. et Moschop. ad Il. β. p. 194. Nec tamen alienum ab hoc potestate locus est Homer. Il. κ. 316.

Quo loco ἄνωμαι ἄνω, ἰσχυρῶς ἀνω, Quare S. Clarke, ad Hom. Iliad. l. β. p. 118. pronante Steph. Berglerio, non ea, qua fit ad accusativum scriptis, utique Graecis ἰσχυρῶς ἀνω, non τῶν, vixita monente C. Trillero, Emend. Heugol. p. 16.

⁵ Non vero in alia hic conia ius, et vix, et ne vix quidem, inducimus animam, in verbum vis medium, id est, recipiendum: inesse. Nihil optime Kusteri causa, etiam hac cadente opinione. Namque ipse jam dedit, non omnia vera, quae medium habent terminationem, idcirco ita proprie media valere virtute. Favemus non quidem certis exemplis, non fictis et ementis.

⁶ Diag. l. 8. N. 102. M. 15. 2 Pet. III. 17. At φησὶ τὸν ἀρῶμαι, l. Jo. v. 21. Thucyd. l. 2. 67. ἀρῶμαι ἀρῶμαι, ut ab illis tractat.

⁷ Plato Hipp. maj. p. 102. F. καὶ τὸν ἀρῶμαι ἀνω τὸν ἄνω, ἴσως ἀρῶμαι, ἀνω ἄρῶμαι. Atque ego quidem non amplius habeo, qui esse verum, sed accipere ac debui habere. Thucyd. Hist. l. 50. p. 36. ed. Dukeri, ἀρῶμαι, se converterunt. Id. l. 39. 40. τῶν ἀρῶμαι, se converterunt.

⁸ Equidem nihil hic repoi, quod illic pertinet. Verum Olynth. p. 100. ἀρῶμαι ἀρῶμαι hoc sensu legitur. Utinam Demosth. Selectis orationibus Cl. He. Mountenay, quae Castabrigam 1731. p. typis Acanthensis descriptae sunt. Conf. Herodotum. vi. c. 9. N. 5. vii. c. 9. N. 8. Act. xxiii. c.

⁹ Non male. Ego vero, si τὸν ἀρῶμαι, ad ei ἄνω pertinere, conso, uti apud Isocraem hanc totam orationem, ἀρῶμαι τὸν ἀρῶμαι, me legere memini. Sic τὸ ἀρῶμαι exprimit antecedens, in se suscipere; ut ἄνω autem consequens, ferre sive portare. Ad subum verbum ἀρῶμαι interdum praegnans valet virtute: ut ἀρῶμαι τὸν ἀρῶμαι idem sit, ac ἀρῶμαι ἀρῶμαι, in se suscipientes portant in humeris.

¹⁰ Ἐπινοέω hic est in medio passiva, eademque conclave ac vestigia: ἄρῶμαι, ἀρῶμαι, ἀρῶμαι, in se suscipere bellum, laborem, periculum, ubi sitis, ut siq. nebulae, id est, aggredi. Adhibetur igitur vox Media de re, quae et ipse, qui cum in se suscipit, molestia, incommoda, periculosa evadere potest. Verum habet verbum ἄνω etiam hanc notionem, ut significet, auferre, reponere. Proinde ἀρῶμαι τὸν ἀρῶμαι, est, alteri aliquid auferre seu reponere. Sed Photius in Biblioth. Cod. 245. p. 1113. 45. ἄνωμαι ἀνω, reportavi, abstuli victorias, minimum sibi, dixit. Scetus male: adsternavit; ac si ἄνω ab ἰσχυρῶς enecet. Nihilis ἄνωμαι, in Activo, aliter, nempe domum, quae sunt arma victricis, reportat victoriam. At ipse domum, equos et milites et arma sua, ἄνωμαι ἀνω, abstulere victoriam, in Media voce dicit debet. Hac ipsa dicendi ratione usata est Ptolemaeus in Themat. Sic ἄνωμαι ἀρῶμαι, mercedem sibi reportare. Neque ab hoc loco aliena est hae loquendi formula: ἀρῶμαι ἀνω, reportare alii victorias, in Juliano Caes. p. 12. lib. 8. ed. Henning. Sic ἀρῶμαι ἀρῶμαι, ἄρῶμαι, ἀρῶμαι, Plato, Xenophon, Herodotus dixerunt, priori quidem sensu, quem verbo Medio ἄνωμαι vindicatum irimus.

ἄλλοι; ut, integræ phrasæ sit, ἀνοηθείη τὸν μέτρον τοῦ πάλμου. Interdum aliqui personæ committunt, ut apud Demosth. Olynth. 1, τῶν μετὰ τὸν ἀφέντα.

20. Πῆμα, non solum significat mitto; sed etiam deduco, seu curo aliquem ducendum, vel deducendum eo, quo pervenire cupit; quo sensu accipitur apud Homer. Odys. β, v. 37. et 140. Hinc πέμαρα, in Medio, significat, curo aliquem ducendum, vel deducendum ad me; i. e. accessio. Idem ergo notat, quod compositum μεταπέματα, cujus multo frequentior usus est. Simplex autem πέμαρα dicto sensu legitur apud Eurip. Hecub. v. 377. Orest. v. 107, et 111. quamvis Henr. Steph. nullo veteris scriptoris testimonio notioni hujus fidem lectori faciat.

21. Προσφέρει, in Activo, offero, præbeo, admoveo; at in Medio, προσφέρω, offero me, præbeo me, infero me; et apud Xenoph. last. Cyr. lib. 1. p. 15. C. Kai δὲ ἄλλοι εἶπεν ἑἵ ἑταίριον προσφέροντες; Et ut vidit apurum ex adverso se inferentem; i. e. irruentem. Et apud Plutarch. in Galb. Προσφέροντες γὰρ τῷ Ἰλίῃ: Cum nudo gladio se inferens, vel irrucens. Item cum dativo personæ, προσφέρω τινι, eleganter dicitur illi, qui se offero, vel præbet erga aliquem, hoc vel illo modo. Ad Hebr. c. 12. Ἦτε οὐκ ἀνοηθείητε ἵνα ἢ Θεὸς. Deus se gerit erga vos ut filius. Propter ibi vetus Interpres, offert se vobis suis. Plura exempla passim videntur. Alio sensu προσφέρω, in Medio, dicitur de illo, qui cibum vel potum capit; i. e. proprie, qui cibum vel potum ori suo admoveat. Æschin. contra Timarch. p. 190. β. Κελευσθὲν ἀποστῆσαι, καὶ εἶναι προσεγγεσθῆαι; Volentibus se lavare, et cibum capere. Vide etiam Ælian. V. H. 3. 21. qui in Activo, προσφέρειν τινὶ σίτον, φάρμακον, etc. est, præbere, vel porrigere alicui cibum, medicamentum, etc. que qui manu capit, et ori suo admoveat, vel inserit, dicitur προσφέρω, ut jam monuimus. Medicus ergo ex. gr. τὸν προσφέρει φάρμακον; at æger ipse προσφέρει; et mater puero προσφέρει ἄρνον, ἰβήαν, etc.; et puer ipse προσφέρει. Et ut προσφέρω, in Medio, (ut diximus) interdum significat cibum, vel potum capere: ita τὰ προσφέρω, passive interdum dicuntur ipsi cibi, et ipsa pocula, quæ capiuntur; quatenus nempe passivum illud respectum Medium προσφέρω, non vero quatenus refertur ad Activum προσφέρω. Posteriori enim sensu passivum προσφέρω, non potest dici de cibus et poculis, quatenus capiuntur (i. e. eduntur et bibuntur) sed tantum, quatenus alicui ab altero offeruntur, et admoveantur; licet is, cui offeruntur, ea non capiat. Nam Activum προσφέρω, simpliciter significat, alteri aliquid admoveo, offero, præbeo, etc. neque proprie de ciborum oblatione dicitur, et is, quem in alimentum cedunt, ut non sine insigni errore statuit Fœsius in Econ. Hippoc. V. προσφέρειν (deceptus nimirum significatione verbi Medi προσφέρω, sed etiam de quibusvis aliis rebus, quæ alicui quocumque modo offeruntur, admoveantur, vel præbentur. Hinc dicitur, προσφέρειν τινὶ ψυχρὰ, ἄρνον, θυσίαν, χυρὸν, γάλα, λάγνον, etc. Et Medicus, ex. gr. non solum dicitur προσφέρειν, quam ægroto medicamentum edendum vel bibendum offert, sed etiam quam alla quævis, curandi causa, corpori ejus applicat, vel admoveat; ut ex Hippocrate, Galeo, aliisque scriptoribus medicis constat. Hinc passive τὰ προσφέρω, non solum dicuntur medicamenta, quæ medicus ægroto edenda vel bibenda offert, sed etiam quævis alia βεβήματα, seu morborum auxilia, ut venæ sectio, cataplasmata, balneum, etc. Vide Fœsium loco laudato.³

22. Ἐγκαλύπτειν, obtegere, seu obvelare alterum; Ἐγκαλύφθηαι, obtegere, seu obvelare se, vel faciem suam. Aristoph. Nub. v. 759. Οὐκ ἔγκαλύφθηαι τὰ ὤματα τῆ φροντίτι; Annæ caput tibi obteges, et sic quam primum aliquid meditareris i. t. in, ut magis latine dicam; Quin capite obfecto illico meditari incipe. Ælan. V. H. 12. 47. Ἦ δὲ Ἀριστομένησιν ἐπὶ τοῖς αἰσίοις ἔγκαλύπτειν; Præ verocundia faciem suam velans. Isocr. Trapezit. Ἐγκαλύφθηαι ἐλάαι; Postquam caput suum operuisset, (seu capite operio) flevit. Et cum accusativo, ἔγκαλύφθηαι ἐροῦθαι, apud Plutarch. in Coriol. quod exemplum adducens Henr. Steph. in Thes. L. G. putat, τὸ ἔγκαλύφθηαι, simpliciter hic positum esse pro Activo ἔγκαλύφω; errore manifesto, eodemque communi. Nam ἔγκαλύφθηαι τὴν ἐροῦθαι, est, caput alterius obtegere; at ἔγκαλύφθηαι τὴν ἐροῦθαι, caput suum obtegere; sensu reciproco.⁴ Eadem est ratio Verborum Mediorum, κεκαλύφθηαι, κεκαλύφθηαι, κεκαλύφθηαι, κεκαλύφθηαι, κεκαλύφθηαι. De postremo tantum verbo addidimus aliud proprie quidem significare, se prætere, ut sic loqui mihi liceat; sed elegantior interdum (sensu scilicet prægnanti) usurpari pro, prætegi sui causa aliquid obtendere, vel præferre; ut apud Platon. in Protag. p. 196. Πράξιμα ποιέωσι καὶ κεκαλύφθηαι τοῖς μὲν ποιῶσιν, τοῖς δὲ ἄδ etc. I. e. Alios quidem pœssin sibi prætendentes, alios pro prætexu assumentes; sive pro.

23. Ἄρχω, et Ἀρχομαι, utrumque ab Henr. Steph. aliisque Lexicographis, exponitur incipio, initium facio; quasi noto illa utriusque verbo simpliciter, et sine ullo sensu discriminate conveniret. Differunt autem hæc duo verba eo, quod Activum Ἀρχω, semper relationem habeat ad alios, significatque, prior incipio; seu, incipio ideo,

³ Πλάτωνος γ' ἢ τοῦ ἀποῦ ἢ τοῦ πάλμου.

Adh. v. 145. etc. et ante νεώτι προ ducta. Sic Demosth. σημὰς σημάτι, pompam ducere, Philippi. l. p. 24. Conf. Lucian. Dial. Marin. T. 1. p. 325. Notavit H. Grotius scilicet, ἢ φαίνοσιν apud Homerum idem esse, quod προσφέρειν prosequi, id est, abnemptum honore causa aliquos committari. Nec minus ita interpretari videtur Ezechylo placuit. In Peris v. 1081. p. 300. ed. Lond. Stanl. v. 102. v. 91. Ubi ἔφατο, προσφέρειν ἐμοὶ δόξα, in Agamemni. v. 523. 502. νεῦσι ducta, v. 737. in Ænem. v. 12. Hæc C. Alberti locum Matth. II. 8. ἐπὶ τοῦ ἀποῦ, restitui, in Observat. in sacros N. T. libris. p. 7. Verbum compositum ἔγκαλύπτειν, eandem sibi vim tribuit. Thucyd. ἔγκαλύπτη ἄντας, deducere coloniam. Plato de leg. nomen habet, ἔγκαλύπτειν, deductio coloniarum. Herodian. Lib. II. c. III. §. 25. ἐπὶ τοῦ ἀποῦ, id est, ad locum, deductio honoris causa in templum Jovis. Syllurgus ibi novavit προσφέρειν. Verum hæc commutatio non est necessaria. Idem scripsit et ἔκαλυψαι, Lib. II. c. 1. §. 2. Corpus deducere, vel, deducendum cernere, dicit. Scite observavit Staudlin, ad Ezechy. p. 216. verbum προσφέρειν apud Græcos idem exprimit deontem, ac mortuum alicui committari, deducere ad sepulchrum. Adh. Græca Idem officii genus verbo ἔκαλυψαι exprimit; quam rem Euripidis novivvit exempli. Herodian. 2. T. 3. Corpus principis elatum in Aristum ἔκαλυψαι, miscuit. Quo quidem loco ἀνοηθείη, mittere cum comitata designat. Apud Herod. Ephigene, in T. v. 1467. nimirum mandat, ἔκαλυψαι, educere, ut Orestes edocet miles Grægas ex hæc terra. Paulo ante v. 1462. ἀνοηθείη, reduciatur Argos sororem. Haec altere verbum ἔκαλυψαι Act. viv. ita interpretari, aliqis hæc in modum; fratres deduxerunt, comitati sui honoris causa. Conf. v. 15. Invidiam jam, et aliqum rationibus hæc roboravi explanationem, in Oratioe adversus contentiores religionis Christianæ, p. 34. Servivi jam Inic causa alio loco accuratius, quæ committari mihi occasio dabatur.

⁴ Com. 7.

⁵ Eadem fere ratio est verbi ἔκαλυπτειν, imperare ægroto, quod medicus est; at ἔκαλυφθηαι, pati tibi imperetur a medico; quod ægroto est; apud Hippocrat. de arte M. c. 8. p. 6. T. 1. c. 4. L. A. Vander Linden. Conf. p. 218. p. 6. 7. Sed et προσφέρειν omnia notat, quæ a medico imperantur. Idem ἔκαλυφθηαι est pati sibi persuaderi, seu obedi, et ἔκαλυπτειν, apud imperatorem patientem a medico regi, seu obsequantes ei ægroto. Notio contra erit, persuaderi alteri. Hinc ἔκαλυπτειν, mihi persuaderi potior, vis parvo, Plat. Apol. p. 264. B. Act. v. 28. 27. Luc. XVI. 21. Contra vero ineptum est, atque a ratione alienum, si quis vger, aut qui medicam artem non novit, ἔκαλυπτειν, medicis imperet; ut Plato itidem auctor est Lib. III. de Legib. p. 558. ed. Legl. 1590. f.

⁶ Nimirum est prætere, etiam ἔκαλυπτειν; homines hunc nomen figure recipiunt. Jæ. Dispositio verborum habet prælectionem, in qua elegantiam exposuit Atticam, quæ sub verbis nomina intelligit cognata. Verba tantum non omnia, quæ exempli gratia præfert, Media sunt reciproca, ad quæ commodum aliud nomen subaudit; verum ita, ut vim reciprocam negligat. Ita vero videtur ἀνοηθείη quidem curavit, sed in se fere loca, sub aut fuit nulla, aut, si qua fuit, pronomen reciprocum auti debebat. v. g. ἔκαλυφθηαι inquit est abscondere, tegere, nimirum seipso, caput aut faciem. Concedo: in vero adeo, caput sum, aut faciem suam. ἔκαλυψαι exponit, inducere, insere, vestimentum. Recte, sed velim, addita, alteri. At, in se, ἔκαλυψαι (p. 4) inducere se, aut, insicere sibi sistem, inducere vestem suam. ἔκαλυφθηαι, veritas tendere, et si videri tempe, commat aut hauriam. Non, tendere se, commat suam, hauriam suam. (p. 5.) ἢ ἔκαλυψαι est, subducere sine subtrigere pedibus calcæos. Ubi Homerus addit ἄλλω. Potest etiam ἔκαλυπτειν subaudit. Tu utrum velle mecum, et cum Katerio; solligare sibi calcæos, vel calcæos se. (p. 4.) Vir idem literatus et ἔκαλυπτειν, ducere, subdere verum, vitæ quoque certi, calcæos solvere vel exuere. Sum ab eo, si addat; sibi solvere, vel, calcæos non exuere (p. 4.) Homer. Iliad. 2. 122. Aristotol. Polit. v. 998. ἐκαλυπτειν, calcæos tuos exue. Præterit v. 997. subditur ἔκαλυψαι, depone vestes tuas. ἔκαλυφθηαι, veritas abbi vel suas deponeat. Theophrast. Charact. 10. alii 11. v. 15. de verbis parentis; aut v. 12. v. 17. de verbis hauriam, eos videris calcæos medio sibi de exuere. Atque hic est loca illa extimã, in equis contemplatione tam multus vult Deposuit, Præterit v. 379. c.

⁷ Hanc potestatem ægrius nimit Ælian. X. 4. ἄλλω ἔκαλυψαι, Injariam mihi priori facere incipis, me facerem. l. c. 1. X. 9. 16. Pindar. Nem. Od. 3. v. 16. 17. ἔκαλυψαι ἔκαλυψαι, incipere facere acceptum huiusmodi. Alioquin Misan, epos ille castum cum voce juvenum, lysaque sua, vult sequi. Quare sensus est: incipite; ut nos te sequamur.

ut alii ne sequantur; seu exemplo meo alius praebeo initium et anam aliquid faciendi; seu alius praebeo ad aliquid faciendam: Ἀρχαίον vero, in Medio, ipse mihi praebeo ad aliquid faciendam; seu simpliciter, incipio aliquid facere, nomine quamvis sequente. Xenoph. lib. 4. Ἐλαῦν. p. 516. E. Ἐπειτα ἀφ' ἑωυτοῦ Κεραιδίων, πάλιν ἀναρτήσασθαι εἰς τὸ ἄρκετον ἄρκετον. Ubi interr., satis recte: Deinde facientibus ejus rei initium Corinthiis, etc. Elian. V. H. 2. 4. Πυθαγόρας, ὁ μάλιστα κομιστὴν εἶναι τῶν Χρησμάτων, ἀλλὰ εὖ αὐτῶν ἄρκετον εἶναι ἐπιβουλεύει. I. e. S. Charitonio auctore falso insidiatum; seu, se Charitonio consilio suo praevisse ad insidias. Thucyd. I. 1. c. 49. Μόχρῳ δὲ εἰς ἄρχον. Non incipientibus priores punire. Homer. Iliad. ὁ. v. 12. Ἢ δ' ἄρκετον ἰδὲ τῶν ἑωυτοῦ δόλλων; ἔτι δ' Ἀρχαίλους; ubi ἄρχον non est simpliciter incipere, sed ideo incipere, ut alii sequantur. Sic composit. ἔλκερον, et ἄρκετον. Hom. II. 1. v. 17. Τὰς δὲ Πυθέροισι δόλον ἔλκερον γόνοισι; Illis vero Achilles lugubrem cubam praeivit. Xenoph. Inst. Cyr. I. 1. pag. 14. Ὅτι εἰ πρῶτον ἴδῃς εὖ, ταῦτα προβάλλεται τοῖς ἀσπίστοις, ἀπὸ ἑωυτοῦ εἶδος ἴσχυρος εἶναι, τοῖσι δ' ἔλκερον. * Nam ad id provocabat sodales, quibus se superiorei norat: sed quibus certo sciret se inferiorei, esse, ea prius facere incipient, ad hoc, ut alii se sequerentur. Tot verbis opus est, ut vim sui, vocis ἔλκερον exprimas. Sequitur ibidem apud Xenoph. Kai ἀρχῶν τῶν ἀσπίστον ἐπὶ τοῖς ἴσχυροις, ἢ κατασπίστοις, etc. * Et alius praecedendi causa, primus in equum insiliet; vel insulandum τῶν σπείροισι, ἔλκετον αὐτοῖς ἄλλοις. Hae significatione verbi activi ἔλκερον posita et demonstrata, facile est inde intelligere et cognoscere vim verbi Medii ἔλκερον. Illud tantum hic observandum est, si ἔλκετον triplicem habere notionem, et dici I. de eo, qui neminem habere praecedentem; licet aut, qui sequantur, (quo sensu is, qui ἀρχῶν, etiam dici potest ἔλκετον; ut apud Thucyd. lib. I. c. 144. Πόλεμον δὲ οὐκ ἀρχῶν, ἀρχαίον αὐτῶν ἐπιβουλεύεται). 2. de eo, qui neminem nec praecedentem, nec sequentem habet. 3. de eo, qui praecedentem quidem habet, sed neminem sequentem. Duae priores notiones sunt reciprocae, et ad primam, de qua nunc agimus, Verborum Mediorum classem pertinent. At tertia notio infra in classe secunda, ubi suis et locus est, exponetur.

45. *Ἀπώσθαι*, in Activo, tria significare potest: 1. A se aliquid trudere, vel repellere; sensu nempe proprio: nam sensu metaphorico video tantum usurpari Mediū *ἀπώσασθαι*; ut *ἀπώσασθαι δέμας*, *δούρας*, *φύλας*, etc. 2. A se repulsam in alterum anovere. 3. Ab altero aliquid repellere. Quod ad primam significationem attinet, nihil interesse videtur, utram Activum, an Mediū usurpetur: nam promiscue utrumque verbum illo sensu usurpari video. Demosth. Olynth. 2. p. 8. A. de Philippo Rege: *Τοῖσδε [τοῖς ἄλλοις] πύργους ἀπώσθησιν αὐτὸν ἔργον*. Hoi omnes a se repellere vel sumovere dixit. Elian. V. H. 12. 22. *πύργον μὲν λίθον ἄλλοι ποῦσαν εἶναι ἀπώσθη*. Ubi etiam dici poterat *ἀπώσθησιν*. Et nescio sane, annon ibi sic scriptum fuerit: præsertim quom proxime sequatur *οὐ*. Videtur enim illud *τὸν*, inter duas syllabas affinis soni, *θη*, et *ου*, facile excidisse, vel absorberi potuisse.³ Herodian. 1. 12. 18. *Ὅτι τῶν τοῦ ἐπιβάρους ἀπώσθησιν*. Equi sessoris excutiebant. Ubi vides, Mediū proprie adhiberi de repulsionem vel excussione rei corporeæ. Secundæ significationis, quam verbo Activo *ἀπώσθησιν* tribuimus, exemplum habet apud Demosth. Olynth. 1. sub fin. ubi Orator ait: *Δεῖ ἅπαντας βοηθεῖν, καὶ ἀπώσθησιν ἐκείνους τὸν πόλεμον*, i. e. bellum a nobis repulsam in Philippum avertere. Sed hæc significatione nescio an Verbum Mediū *ἀπώσασθαι*, usurpare liceat. Nam in memorato loco Demosthenis duplex est verbi Activi *ἀπώσθησιν* (ut grammaticæ loquar) transitio: prima, in rem, quæ repellitur: altera, in personam, vel locum, in quem res repulsa avertitur: quorum notitiam posterior a verbo *ἀπώσασθαι* aliena esse videtur. Tertie significationis exemplum foret, si quis diceret, *ἀπώσθησιν αὐτὸν ἐπιβάρυνον ἄλογον, εἶνα*, etc. in quibus loquendi generibus fidem adhibere non liceret Mediū *ἀπώσασθαι*. Recte autem quis a rebus propriis, (ut bonis suis, parentibus, liberis, patria, etc.) dicitur *ἀπώσθησθαι* *κίβητον*, *πύργον*, *εἶνα*, etc. Nam malum, quod quis a rebus suis propulsat, a se quoque propulsare potest esse. Sed longum foret, cetera quodæ hujus generis Verba Mediā, supra a nobis memorata, ad eundem modum cum Activo conferre, et, quomodo inter se differant, hoc loco accuratius ostendere. Quare ipse Lector, si libet, in eo, quod reliquum est, industriam et acumen suum exerceat. Nam nobis satis est, digitos quasi ad fontes intendisse.

46. Quæ autem de Verbis Mediis Reciproce significationis hæcenus dixi, non ita accipi velim, quasi Verbis Mediis uti liceret, ubicunque est sensus reciprocus. Nam sæpe id facere non licet, volente se et jubente uno, penes quem est jus et norma loquendi. Sic ex. gr. quamvis Græci dicant, *ἀπώσθησθαι*, pro strangulare se vel suspendere se, non tamen ad eandem formam pro, occidere se, dicere solent, *ἀπώσθησθαι*, vel *ἀπώσθησθαι*: sed *ἀπώσθησθαι ἑαυτὸν*, vel *ἀπώσθησθαι ἑαυτὸν*: seu, ut magis Atticè dicam, *ἀπώσθησθαι ἑαυτὸν*: quæ phrasī usus est Plato in Phædrone, p. 377. E. Quare usus hic consulendus, neque sine eo tenere quidquam hac in re staturandum est.

¹ Sic Plato, de republ. 4. p. 446. B. *εἰ μικρῶσαι* de pugna unius pugnantis adhibet.

² Horum exempla in Thucyd. Xenoph. Demosth. atque in aliis spectata fidei scriptoribus, quoadvisi vobis etiam in divinis N. T. tabulis inveniri. Eleganter Thucyd. l. 1. 21. 77. *καποθῆσθαι κίβητον [εἶνα]* i. e. *κατῆ*, deponemus ipsum bellum opportuno.

³ Vid. supra similia exempla, p. 56.

47. *Præterea dantur Verba quedam Media, in rem transeuntia, quorum differentia à Verbis Activis non tam aperte in oculis incurrit, quam eorum, de quibus hactenus egimus. Intellegi hic autem ea Verba Media, quorum significatio mixta, seu reciproca, debilior est quam ceterorum: utpote in eo tantum consistent, quod quis non in alieno, sed proprio negotio aliquid agat. Hujus generis verba sunt, διαλέσασθαι, et καταθέσθαι, quando in rem transeunt. Nam ex, gr. διαλέσασθαι, et καταθέσθαι πείθετον, et οραλάσασθαι πείθετον, seu pacem cum hoste suo facere; ut jam supra Num. 38. et 39. docuimus; at διαλέσθαι, et καταθέσθαι πείθετον, est bellum alienum dissolvere, seu pacem inter duos belligerantes facere. Elian. V. H. 1. 21. Πάντα καταργάσσει, δεσ φέρει δόξα. Omnia ex sententia conficit. In suo nempe negotio, seu, pro se. Nam καταργάσσει, potius forte, pro alio conficit: ut apud Xenoph. lib. 7. Άναβ. p. 420. C. Οὐ ταῖα ἴβρι καταργάσσει. Et apud Eund. Έλλην. lib. 4. pag. 540. E. Έξομσε καταργάσει ἄν τι τῆ πόλεϊ ἀγαθόν. Potest ceteroque τὸ καταργάσει etiam dici de eo, qui sibi vel pro se aliquid conficit: ut apud Eund. Xenoph. de Inst. Cyr. L. 7. p. 198. C. et 199. B. et 201. B. Eodem pertinent phrases illæ, ποιήσασθαι εἰρήνην, ποιήσασθαι πόλεμ ἰσχυραῖς, ποιήσασθαι τράπεζας, ποιήσασθαι ἀπέλασεις, etc. de quibus egimus supra in Verbo ποιέω, Num. 32. Thucyd. lib. 1. c. 15. Η Έλλάς τὰ ταῖα ἐποίησεν. Et eod. l. c. 121. Νασταίω τε ἔξαρτῶσθαι. Ubi (ut et pluribus aliis in locis apud eundem scriptorem) τὸ ἔξαρτῶσθαι semper refertur ad propria, non aliena, classis instructionem. Xenoph. in Vit. Agesil. sub fin. Τὸ μὲν σώματος εἰαὶν στρώσασθαι ἀπέχετο. A corporis sui simulacro statuendo abstinēbat. Thucyd. lib. 1. cap. 25. prince. Εὐ ἀπέχετο τὸ πρὸν ὀρθῶς: Non reperiebant, qua ratione rebus suis in presens consulerent. Eurip. Hippol. v. 709. Ἐγὼ τὰμ ὄνομα κούσας καλῶς: Ego res meas recte ordinabo. At idem in ead. Fab. v. 321. Τεὼρ ἔγὼ θέλω καλέει. Ubi utrix res Phædræ, non suas, recte se curaturam dicit. Sic Xenoph. in Vit. Agesil. in fin. Ἀεὶ δὲ θέθει τὰ τῶν φίλων ἀπράλως. Semper vero amicorum res in tuto locans, vel stabilibus.*

48. Pariter διαθέσθαι dicitur, qui res suas ordnat; et specialiter, qui testamentum (de bonis suis) facit: item qui sua vendit (quo sensu et respondet Anglorum dispose) ut apud Xenoph. L. 7. Άναβ. p. 405. * et Έλλην. lib. 4. p. 540. C. Demosth. Olynth. 2. p. 8. A. * et alibi. At διαθέσειν τὰ πράγματα, res aliorum ordinare, vel administrare. Thucyd. lib. 1. c. 126. Ἐπειρώσαντες τοῖς ἔθνεσιν ἀρχαίσι τῆν πόλεων, καὶ τὸ πᾶν διαθέσειν: Comissa novem Archontibus cura, custodiam Urbis, omnesque alias res [publicas nimirum, non suas, seu privatas] ordinandi vel administrandi.

49. Έσχιπ. contr. Ctesiph. pag. 279. B. Παρήζονται ἴσμον εἰδὲν προήσαντα, Legem [pro se, vel pro causa sua] profertur, a re promiss alienam. Et mox; Νόμον, ἃν ἔνν ἐγὼ παρέχομαι, legem quam nunc pro me cito. Et paulo post; Ἐγὼ δὲ τῶν τῶν τῶν τῶν παρέχωμαι, ubi παρέχωμαι, est ad defensionem causæ meæ producum. Nam falleretur utique, qui putaret, Verbum illud Medium hic simpliciter idem significare, ac Activum παρέχω. Idem Έσχιπ. in Timarch. p. 157. C. Ἀγρασία τεκμήριον παρέχόμενος: pro se adducens, vel profertens. Sic παρέχασθαι μάχησιν dicitur, qui in causa propria testes producit. Plato in Apolog. Socr. p. 366. A. Ἦν τίνα ἔχωρῖν ἐν τῆ αὐτῆ λόγῃ παρέχόμενος Μελάνος μάχησιν: ἐὶ δὲ τὸ ἐπιπέδοι, ἢν παρασχόμενος. Έσχιπ. in Timarch. p. 188. B. ἐὶ τὸν Θεὸν μάχησιν παρέχομαι. Et proxime autem; Εὶ μὴ μάχησιν παρέχωμαι. Et pag. seq. A. Μαρτυρίαν φέρῖ παρέχόμενος. Demosth. in Aphob. 1. pag. 534. A. Καὶ κολλῶμαι μάχησιν παρασχόμενος ἀκούτε. Ceterum sunt alia loquendi genera, in quibus τὸ παρέχωμαι non est Verbum vere Medium, sed potius, Medio-Activum: ut apud Xenoph. in Hierone, sub princip. Εὶ τὸ ἐν τῆ γαργαρίαν σφερούσης ἡμῖν ταῖ ἀσθεσίωσιν παρέχεται. Si ea, quæ vigilantibus nobis accidunt, sensus nostros fortius efficiunt. Sic παρέχεται, pro edicere, vel reddere, est Verbum Medio-Activum: ut apud Plutarch. de Aud. Poet. p. 24. C. Ἦ ἄρῃσι ἑπινοασί παρέχεται αὐ ἁδαιὼσι: Virtus [hominis] reddit prudens et justus. Hinc non mirum est, Activum παρέχει eodem sensu quoque usurpari: ut apud laudatum Plutarch. eod. lib. p. 28. D. Ταῖρα μὲν οὖν ἀρχαὶ παρέχει τῶν ποταμῶν ἀπόρουσιν. * Sed recte ad usum Verborum Mediolorum.

50. Thucyd. lib. 2. cap. 24. prince. Οὐ Ἀθηναίως πολιτικῶν καταστρέφονται κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλασσαν. Pro se, vel sibi constituerunt. Et eod. cap. Έδοξεν αἰσῶσι ἀπὸ τῶν ἐν τῆ ἀκροπόλει χωρήσασιν χλευαί ἰάσαντα θέσειν. Ubi θέσειν est, in usum usum reponere. Aliud αἰσῶσι, et καταθέσειν. Demosth. adv. Timocr. p. 463. lin. ult. Διαγομῶν εἰ ἀποθέσειν ἴβρι, l. e. vobis pervolverent, vel numerant. Sic, Ἀἰδιον ἴβρι καταθέσειν, apud Thucyd. lib. 4. e. 57. in fin. proprie est, Immortalem gloriam [apud alios] sibi deponere, l. e. gloriam immortalē sibi comparare.

51. Pariter, εἰσομοίωσασθαι, ἐκμοίωσασθαι, et διαμοίωσασθαι, apud Thucyd. semper dicuntur ibi, qui res suas, vel aliquid in usum suum, in-ex-et trans-portsnt. Ut lib. i. c. 117. Οὐ ἴσμου ἐκμοίωσαντο αὐ ἑξομοίωσαντο, ἃ ἴβρου λασαε. Idem lib. 2. c. 5. in fin. Ἐπεὶ δὲ ἐν τῆ χώρῃ κατὰ τῶν ἐκμοίωσαντο. Postquam fructus, aliisque res suas, ex agris in urbem comportasset. Et eod. lib. c. 14. Οὐ Ἀθηναίως ἐκμοίωσαντο ἐν τῆν ἀγρῶν τοῖσιν, καὶ γυνῶσιν: Liberos nempe et uxores suorum. Idem l. l. c. 89. in fin. Διαμοίωσαντο εἰδὲν ὄντι ἐκμοίωσαντο παῖδας, καὶ γυνῶσιν. Transportarunt rursus eos, unde in loca tutiora eduxerant, liberos et uxores suos. At idem lib. 2. c. 6. in fin. ubi narrat, Atheniensium Plataensium uxores et liberos ex Plataea exportasse, et in terram suam traduxisse, verbo Activo ἐκμοίωσει utitur.

52. Nimirum (quod jam supra monuimus in verbo ποιέω) verbis Media (vere scilicet talibus) uti non licet, quoniam quis alteri, vel pro altero aliquid facit, seu alienum negotium agit: quamvis quatuor Graeci non semper utantur verbis Media, ubi quis pro se, vel in proprio negotio aliquid agit: quod probe notari velim. Sic Demosth. adv. Leptim. p. 372. C. Εὶ μὴ ἴσσειν τῶν νόμων: Nisi [vestram ipsi] legem solveritis. Et passim alibi Populus, qui suas ipsi leges solvit, ἴβρι νόμων dicitur, non vero ἱσασθῶσι, quod quidem meminimus. Pariter Thucydides de his, qui suas ipsi inducias solvunt, dicere solet ἴβρι σπονδῶν, non ἱσασθῶσι: quævis nemo, ex veteribus scriptoribus, Verborum Mediolorum Historico illo sit amantior. Ut proinde appareat, usui [qui nunquam Grammaticorum Regalis ita adstringi potest, ut non sæpe ἱs se solum esse ostendat] interdum verba Activa præ Media placere. Non raro tamen in eodem loquendi genere et Activum et Medium promiscue (cætenus scilicet, quantum pro Verbo Medio interdum usurpare licet Activum; non autem vice versa: ut supra diximus) adhiberi videas. Sic Herodot. lib. 5. c. 3. in fin. Πίττα τὰ ἐπῆραδον, οὐα ἔχον ἐν κώμας, ἢ ἀγορεύσιν τῶν πλῆθον, εἰσομοίωσασθαι. Ubi ex usu vetem Atticis potius dicendum erat εἰσομοίωσαντο: ut ex locis Thucydidis supra adductis colligi potest. Hinc ipse Herodotus alibi (lib. 8. cap. 2. n. 13.) Medium εἰσομοίωσασθαι simili in re usurpat.

53. Sic promiscue dicitur, στήθειν et στήθεισιν τρέψασθαι. Priorem phrasin habes apud Thucyd. l. 1. c. 54. l. 3. c. 91, 103. 113. etc. Posteriorem apud Xenoph. Έλλην. lib. 2. p. 471. D. et lib. 4. Έλλην. p. 516. E. Aristoph. Plat. v. 453. et Themoph. v. 703. Observandum tamen est, Thucydidem tamen est, Thucydidem tamen est, Thucydidem Imperatoris, seu ducibus bellicis, loqui; qui (si subtiliter rem distinguere velimus) non tam sibi, quam Populo, a quo missi erant,

* Conf. omnino edit. Ozon. p. 545. not. 2. et aliud exemplum ἰσασθῶσιν, p. 559.
 * Hic reperio ἰσασθῶσιν hoc usum, p. m. 78. verum διαθέσειν, p. 50. reperitur, ἔξωσιν πείθετον, et auctor horum observat, eundem etiam Isocrator etiam existere. Verba nimirum Ulpiani hæc sunt; διαθέσειν μάχης ἢ δίδει καὶ μορ. ἰσασθῶσι ἐν τῆ ποσειδῶν, ἡνα δίδει τὸν ἰσασθῶσι. Conf. Th. Meibner, p. 45. et L. Ros, ad verbum ἰσασθῶσι, p. 15.
 * In Demosth. Olynth. 2. p. 187. γινώσκου ἱσασθῶσιν παρῶν, nillem sensu probebat, præstat. Medium vere in elegantissima illi inscriptione Beronesium, quem D. Wesselingius vir egregius, in Diatribe de Judæorum Archontibus illustravit, reperitur: ἁδαιὶ ἱσασθῶσιν μάχησιν, hæc gravem te præstitit, vel præbit, p. 6. 15. Eandem rem 8. Paulus hæc in sententiam reddidit ἁδαιὶ ἱσασθῶσιν ἱσασθῶσιν, 1 Cor. x. 9. Ceterum rursus hoc Adjectivum Diogenes etiam Pythagoreus, apud Stob. Serm. ccccxxxv. p. 491. ἁδαιὶ ἱσασθῶσιν: nec non Plut. l. 8. p. 89. C. Paulinum etiam verbum etiam Antiochus ἐπὶ ἱσασθῶσιν, 6. 20. p. 119. ed. mæc. usurpat, ἴσασθῶσιν ἰσασθῶσιν ἀπέσειν α. N. Conf. Th. 11. 7.

trophaea illa erigebant. Eo ergo si modo memoratus Historicus respexit, non temere, sed ratione et proprie dixit, *σπέρμα σπέρματος*. Apud Aristoph. tamen, Equit. v. 518. Magnes Comicus de adversariis suis et æmulis multa dicitur *σπέρμα τρώμας*, i. e. exresisse, vel possidisse sibi trophaea. Ubi proinde *σπέρμα* simpliciter positum esse videtur pro *σπέρματος*. Quod si vero quis vice versa *σπέρματος τρώμας* adhibere vellet pro *σπέρμα*, ad significandum nempe, aliquem trophaeam exresisse, non sibi, sed alteri, vel in alterius honorem; necio, an barbarismi crimine elucere possit.¹

54. *Κομίζω*, fero, porto, vel affero, apporto, aliquid alteri. *Κομίζομαι*, proprie, fero, vel porto aliquid, quod meum est; vel porto, fero aliquid pro me, in meum usum, seu in proprio negotio. Thucyd. lib. 3. c. 98. de Ætolis, qui Athenienses victos, et in sylva conclusos, igne cremare conabantur: *Πῶς κομισάμενοι τροφίμους*. Quare *κομισάμενοι*? Quia non aliis, seu pro aliis, (id enim proprie foret *τῶν κομισάντων*) sed pro se, sive in proprio negotio, (i. e. contra hostes proprios) ignem ferebant. Vel *τὸ κομισάμενον* hic adhibetur non tam sensu reflexivo, (ut sic loqui mihi liceat) quam negativo; ut nimirum eo simpliciter indicetur, Ætolos non attulisse illum ignem jussu alieno, neque pro aliis, seu contra hostes alienos; atque ideo ad evitandam potius utationem verbi Activi. Vide nos etiam supra in verbo *ποιέωμαι*, ubi differentiam hanc Verborum Mediorum ab Activis itidem attingimus.

55. Ceterum verbum *Κομίζομαι* sæpe habet notionem asportandi, vel reportandi, seu referendi, quod ab altero acceptimus, vel recipimus. Thucyd. lib. 2. c. 79. sub fin. *τοὺς νεκροὺς ὑπεσπύλοντες κομισάμενοι*; Quibus mortuos suos pactione interposita asportasset, vel reportasset, vel, (si non tam vim propriam verbi Medii, quam simpliciter sensum exprimeret; quod in casu sæpe consequens pro antecedente, aut vice versa, ponere licet) reciperent. Idem I. l. c. 113. in fin. *Σκεδὰς ποταμῶνται, ἐπ' ᾧ τῶν ἄλλων κομισάντας*; Inducias factas, ea conditione, ut captivos suos asportarent, seu reciperent.

56. Sed et res corporales *Κομισάμεθα* dicimur, quæ proprie asportari, seu reportari nequeant; ut urbes, agros, castella, etc. in quibus quidem loquendi generibus *τὸ κομίζεσθαι* optime reddetur, recipere vel recuperare. Demosth. in Philipp. I. hand procul a princip. *Καὶ τὰ ἑμπρὸν αἰῶνος κομισέσθε, καὶ*, etc. Et vestra recuperanda (a Philippo Rege) est, etc. Idem Orat. de Pace, sub fin. *Πρὸς μὲν τὸ τῶν χερῶν ἔχειν, καὶ κομισέσθαι*; quod attinet ad id, quod regionem suam recuperaverint. Nam *τὸ κομισέσθαι*, licet sit Formæ Passiva, significationem tamen Mediam huc habet: ut *εὐαγγέλιον, ἀντιγεγραμμένον, περιβηθὸν, καὶ sexcenta ἀλία*.

57. Transfertur etiam ad res incorporeas: quæ casu interdum verti potest, impetrare, obtinere, vel consequi: ut apud Thucyd. I. l. c. 43. *Νῆς παρ' ἧναι ἀσπίδων τὸ αἰὶν κομίζεσθαι*, i. e. Nunc, ut idea jam obtineamus, vel impetremus a vobis, postulamus, Epist. ad Hebræos c. 10. v. 36. *Ἴνα κομισέσθαι τῶν ἐπαγγελιῶν*; ut promotionem, sive id, quod promissum vobis est, reportetis. Sic *κομισέσθαι μισθῶν, δόξων*, etc. reportare mercedem, gloriam, etc. quo sensu etiam Verba Media, *ἀρεθῶς, ἀρεσῶς, ἀρεσῶς, ἀρεσῶς*, a Græcis adhiberi solent. Ceterum verbum *κομίζομαι* interdum significat, accipio aliquid, non a me ipso reportandum, sed ab altero allatum: ut *κομίζομαι ἐπιστολῆς*, accipio epistolam. Sed eo sensu pertinet ad genus sexi adum verborum Mediorum; de quo infra.

58. Antequam de primo Genere absolvam; præcipue docendum est Lectori, Verba Media, etiam interdum parum vel nihil a Verbis Activis significatione differre videantur, revera tamen inter ea hoc saltem interesse discrimen, quod antiquam illam relationem ad se, vel ad alterum (quæ Verbis Activis inesse solet, et orationem interdum reddit ambiguum) non admittant, neque entem sententiam in suspensio relinquunt; quæ de re monuimus etiam quædam supra in Verbo *Ποιέω*. Sic ex. gr. quom quis dicitur *κομίζω χροῖον*, quæri potest, num suum, an alienum; seu, num pro se, an vero pro alio aurum ferat. At quem legitur, aliquem *κομίζεσθαι χροῖον*, statim intelligitur, eum proprium, non alienum; neque pro alio, sed pro se aurum ferre. Thucyd. I. l. c. 98. de Ætolis: *Πῶς κομισάμενοι τροφίμους*. Ubi Verbum Medium *κομισάμενοι* indicat saltem, Ætolos non pro aliis, sed pro se, seu in suum usum (ad hostes nempe suos comburendos) ignem tulisse, vel attulisse. Quod si vero ad hostes alienos, non suos comburendos, atque adeo in aliorum gratiam, ignem illum tulissent, *κομισάντες* dicendum fuisset, non *κομισάμενοι*. Sed hoc exemplum jam supra adduximus, p. 81. Ælian. V. H. 4. 8. de Dionysio Tyranno: *Καὶ τὰν ἀρχὴν μισθὸν ἔποιεσεν*. Et imperium licet majus. Ubi quavis ex sensu loci clarum sit, Dionysium imperium suum, non alienum, majus fecisse, tamen grammaticæ saltem illud *ἔποιεσεν* sententiam suspendit; quoniam quæri adhuc potest, *τίς ἔποιεσεν μισθὸν τῶν ἀρχῶν; πόθεν ἔλαβεν, ἢ ἄλλω*; Cui imperium majus reddidit? num sibi, an vero alteri? Hæc autem questio locum non habet, si quis dicat, *μισθὸν τῶν ἀρχῶν ἔποιεσεν*: quia *τὸ ἔποιεσεν* per se idem significat, ac *ἔποιεσεν ἑαυτῷ*. Hæc observatio magni usus est in discernendis verbis Mediis ab Activis, his præcipue in locis, ubi nulla inter ea videtur esse differentia.

59. Quod si vero neque hæc differentia appareat; statuendum est, ambiguitatis saltem vitandæ causâ, in quibusdam loquendi generibus Verba Media potius, quam Activa adhiberi: quod etiam revera ita se habet. Nam ex. gr. quod Latinis est, obnigare epistolam, Græci vocant *σπιρνεύσθαι*, vel *κατασπιρνεύσθαι ἐπιστολῆς*: non aliam, ut patet, ob causam, quam ad evitandam *πολυσημίαν* Verbi Activi *σπιρνεύω*. Nullam enim in dicta phrasî deprehendere possum significationem reciprocam, seu reflexivam, quæ verbis Mediis, vere talibus, inesse solet. Pariter Græci pro eo, quod Latinis est, potestatem facere, semper dicere solent, *μνησκὼν ποιεῖσθαι*; nunquam vero *ποιέω*; cujus quidem rei nulla alia affertur potestatio, quam quia *ποιέω μνησκὼν*, in Activo, aliter accipi solet, vel saltem potest: veluti si dicas, *ποιέω μνησκὼν αἰώνιον*, memoriam alicujus immortalem reddere: quia plurimi usus est Herodian. lib. 1. c. 4. n. 15. Vel *ποιέω μνησκὼν* etiam significare posset, arte quadam memoriam alicui conciliare: hoc scribit Simonides, qui *μνησκῶν τέχνην* inventori fuisse a Suida aliisque traditur. Ceteroqui a notione hæc fieri dicitur mentionem usui Verbi Activi *ποιέω* per se non abhorret; quoniam in Activo locutionibus, quæ sunt ejusdem generis, Verba Activa a Græcis adhiberi videmus: veluti quem dicunt, *λέγω, λαλῶ, ἔγω, (unde εἶπον ἑαυτῷ, etc.* Idem autem ideo monco, ne quis forte in Injunctivodi loquendi generibus, quale est *ποιεῖσθαι μνησκὼν*, relationem aliquam ad ipsum facientem, quæ verbis Mediis, vere ita dictis, inesse solet, sibi fingat, seu nimis subtiliter querat.

60. Ælian. V. H. 2. 5. *Λακεδαιμονίαν δεύειν ἔπεισεν τὸν χρόνον τῆν σέβει*. Ad verbum: Lacedæmonium ingentem faciendum tempori parsimoniam. Quod est ad sensum: Lacedæmonium minime temporis erant prodigi, sed valde parci. Quare autem hic dicitur *ἔπεισεν*? Quia, si Activo dicitur, *δέουειν ἔπεισεν*, etc., verba hæc longe aliud sonant, sensusque erit, terribilium alius faciendum, vel reddebant tempori parsimoniam. Dnus has igitur notiones alio diversâ, hinc non est, si Græci unum eisdemque locutioni minime tribuissent esse censuerint. Hinc autem apparet (ut obiter hoc monemus) quam dextre viri docti in Indice Æliani, V. Hæc, inter alia phrasæ, et hæc ponant, *ποιέω δεύειν τῶν τῶν χρόνον σέβει*; remittentes simul Lectorem ad citatum locum Æliani; in quo tamen, si diximus, legitur, *ποιεῖσθαι τῶν σέβει, ἢν, ποιέω*. Nimirum nihil interesse putarunt, Activumve unum Medium hic adhiberetur; inter quæ tamen tantum interest, ut alterum pro altero, sine manifesto barbarismi crimine, usurpari nequeat. Sic,

¹ Nam Medium *σπέρματος* est, sibi statueri. Xenoph. Or. in Agril. p. 113. s. ed. Oxon. *σπέρματος εἶδος*, statueri sibi imaginem. Hanc Mediæ verbi vim hic et alibi sæpius observat Cl. Hutchison.

² Conf. p. 23. s.

³ Hoc idem verbum videtur etiam retinere, quod aliquis habet, significare certe Wolfus verba Dewastati, Philipp. 1. p. 11 *ἀποδίδωμι αἶμα σπέρματος*, de his ipsis, sic verit, p. 116. quæ habetis, (vestra) Deo volente, retionibus; opposuit eam *ἀναστὰ θεῷ ἀποδίδωμι*, recuperatibus.

⁴ Exemplis aliis supra (p. 21. s.) recitavimus.

ταύτην ἀγνοῦν τοῖς θελοῦσιν πρὸς ἀλλήλους, apud Xenoph. de Republ. Lacedaem. princip. est. Instigare feminariam inter se certamen. At ταυτίσθαι ἀγνοῦν, est, ipsum certare, apud Demosth. Orat. pro Cleophil. Παιδίον λέγειν τοῖς ἀπὸ Demosth. adv. Aristocr. p. 440. B. est idem quod, δούρειον λέγειν, i. e. potestatem dicendi facere. At ταυτίσθαι λέγειν, in ead. Orat. paulo post, est, loqui, seu verba facere.¹

61. Eadem est ratio φράσαι παύσαι (quas etiam ex parte jam attigimus supra in V. τοῦσι p. 52. s.) ταυτίσθαι πρόσωπον, providere; ταυτίσθαι ἐπιτρέψαι, curare.² ταυτίσθαι δούρειον, grave, vel indignum putare; ταυτίσθαι ἀπέχουσι, excusandum facere; ταυτίσθαι δόξαι, trajicere, (apud Demosth. adv. Aristocr. p. 431. A.) ταυτίσθαι δαμάσαι, in aliquo loco versari, vel deagere, (apud Aristot. Hist. An. lib. 9. c. 19. et alibi saepe) ταυτίσθαι εἰσέρχουσι, etc. in quibus omnibus notio Verbi ταυτίσθαι multum differt a notione Verbi Activi ταυτίσθαι.

62. Et at Lectori vim et indolem totius Verbi Medii ταυτίσθαι in brevi quasi tabella depictam exhibebim. Regulam hanc apponam: Verbum ταυτίσθαι, cum est vere Medium, sive cum habet sensum reciprocum, sive reflexivum, transit in res tam corporeas, quam incorporeas; at cum sensu reciproco caret, fere tantum dicitur de rebus incorporeis, sive his, quae in actione tantum consistunt, et cum ea simul desinant, neque, quous aliquid post se relinquunt. Hanc regulam non solum exemplis modo adductis, sed etiam plurima alia passim obvia confirmant.

63. Antequam ad alterum Genus Verborum Mediorum styliam convertam, visum est monere Lectorem. Verbis Medii addi interdum Pronomen Reciprocum ταυτίσθαι; idque tripliciter potissimum ob causam; vel, 1. necessitatis causa; vel, 2. propter emphasim; vel, 3. per pleonasmum. Necessitatis causa additio illa fit, cum aliter sententia constare non potest; veluti si duplex notio reciproca, seu reflexiva, exprimensur, sit. Ex. gr. εἰς τὴν πόλιν, absolute et sine causa positum, significat, me, vel peccus mecum in lectu tundo; quod Latini una voce appellant plangere. At εἰς τὴν πόλιν, cum Accusativo, sensu pregnanti notat, plangendo aliquem lugere. Hinc, si quis plangentem interrogaret: quem plangis, seu plangendo luget? et ille responderet, me, non aliam; Græci atque dicendum esset, εἰς τὴν πόλιν ἔγωγε, πρὸς ἀλλοῦν, Demosth. ὑπὲρ πατρῶν, p. 222. A. Ἐταῖρος ἔργων βουλοῦμαι ἀνασθεῖν, i. e. se velle semetipsum redimere. Quare autem illi additur Pronomen reciprocum ταυτίσθαι? Quia τὸ ἀνασθεῖν (ut probabitur infra in Classe secunda) non significat, se ipsum solvere, vel redimere; sed facere sibi solvi aliquem, i. e. redimere aliquem. Hinc de eo, qui ipse se redimit, dicendum utique est, εἰς τὴν πόλιν ταυτίσθαι, quasi dicas, ipse se fecit sibi solvi; quod duplex notio reciproca per solum Verbum ἀνασθεῖν, sine pronome ταυτίσθαι, exprimi non potest. Adm et aliud exemplum.

64. Τυμωρὸν τοῖς (ut ἄριστον τοῖς) in Activo, est, injuriam ab aliquo propulsio; auxilium alicui fero; seu, injuriam alicui illatam vindicare. At τυμωρῶμαι τοῖς (ut ἄριστον τοῖς) significat, aliquem, qui mihi fecit injuriam, ulciscor; seu, injuriam mihi illatam vindico, et persequor, seu, ex nomine possum ab aliquo exigi.³ Ut proinde notio mixta seu reciproca hujus Verbi in eo consistat, quod exactio altioni, seu poenæ, fiat in meam ipsam, non alterius, gratiam. Hinc, si quis ore Verbi hujus exprimere vellet sententiam hanc, me ipse poenæ, seu ipse a me ultionem exigo; necesse utique foret addito Pronomine Reciproco, dicere, τυμωρῶμαι ταυτίσθαι. Hinc notissima illa Fabula Menandri, Ἐταῖρος τυμωρῶμαι; ex qua expressa est ea, quae hodieque inter Terentianum eodem nomine extat.

65. Præterea necesse est Pronomen Reciprocum addere Verbis illis Medii, quæ nullam per se habent significationem reciprocam,⁴ et quibus, si terminationem excipias, cum Verbis verè Medii nihil commune est; quæ scilicet Verba Activo-Medio vocari posse jam supra diximus.

66. Non solum autem necessitatis causa, sed etiam (ut jam supra dictum) propter emphasim, vel etiam per pleonasmum, Pronomen Reciprocum Verbis Medii interdum additur; sed rarius. Xenoph. Cyropæd. l. 6. p. 152. B. Ἐταῖρος ἀνεπαρκετοῦτερον ἔργον ἔργισται. Ubi, si locus sanus est, τὸ ταυτίσθαι redundat. Suspicio tamen, totum illum locum ab aliquo Xenophontis sic scriptum fuisse: Ὁ δὲ Κίριος, γεραιώτατος, ἔτι, εὐχόμενος εἶπεν, εἰ τὴν ἐπινοήν, ἀπερὶ τὸν ἀεὶ, ἀνεπαρκετοῦτερον ἔργον ἔργισται. Video enim, non solum ab ipso Xenoph. addit, sed etiam ab aliis optimi ævi scriptoribus, Verbum Medium ταυτίσθαι, sine pronomine reciproco usurpari.⁵ Vide supra Num. 29. Idem lib. 5. Ἐταῖρος, p. 547. C. Τὴν γὰρ φῶν, ἃ ταυτίσθαι ταυτίσθαι οὐκ ἐστὶν ἐπινοήν ταυτίσθαι. Ubi τὸ ταυτίσθαι majoris emphasos gratia additur. Hoc autem idem hic mouere velui, ne quis forte crederet, dictam significationem reciprocam, seu reflexivam, Verbis Medii non inesse per se, sed extrinsecus illis accedere a Pronomine reciproco, si non expresso, saltem subaudito. Nam hac ratione omnis distinctio inter Verba Media (saltem ea, quæ primæ hujus Classi assignavimus), et Activa, prorua tolleretur. Quare ne Lector in errore non hunc (a quo viros etiam doctissimos parum sibi cavisse video) incidat, tenenda est hæc Regula: Verba Media significationem reciprocam habent per se, et a se: ad Activa eandem extrinsecus assumunt que Pronominis Reciproci, si expresso, sive subaudito. Sic ex. gr. καθίζω, (quod proprie est, sedere facio,⁶ sive in sella colloco) interdum illi significat, quod καθίζωμαι, i. e. sedere me facio, seu sedeo; inter quæ tamen hoc intercedit discriminis, quod τὸ καθίζωμαι notio illa inest per se, et sine ellipsi pronominis reciproci ταυτίσθαι: τὸ καθίζω vero eandem notionem habere nequit, nisi dicta ellipsis ei accommodetur.⁷ Hinc ad illud Thucydidis, lib. 1. c. 126. Καθίζουσι ἐπὶ τοῖς θύραις: Scholiastes recte notat, ἔργον ἐπαρκεῖται.⁸ Par judicium de aliis quoque hujusmodi Verbis Lector ferat.

¹ Plures locos vide supra (p. 56.) in notis.

² Basilides ἀπέχουσι, facere opus permissivum, Demosth. Phil. 1. p. 31. Sic ἠγορεύουσι ταυτίσθαι bis legitur in laudata (p. 60) inscriptione, p. 6. Idem ἠγορεύουσι genus Philo de Aëthæ, p. 369. B. de Deo addidit, quod illic de M. Titio, Archonte magno, qui quæstibus ἐταυτίσθαι ἀπέχουσι dicitur, dependeat, dictum erat, p. 152. Neque ignota sunt phrasæ: ἔτι τὸ καθίζω ταυτίσθαι.

³ A se ipse Demosth. Philipp. 1. p. 11. ἀνασθεῖν ταυτίσθαι, perinde ac illo somno. Idem Olynth. 2. p. 76. λέγουσι τὰ ταυτίσθαι φέρειν, Oraciones de ulciscendo Philippo. Ex p. seq. Ὁ δὲ σὺν τυμωρῶμαι, Philippum ulciscit.

⁴ V. gr. ἀνασθεῖν ταυτίσθαι, 2 Tim. ii. 13. negare se ipsum ταυτίσθαι ἑαυτοῦ, se ipsum liberare, ἔλιαν, V. H. 13. 12. ἀνασθεῖν ταυτίσθαι, intrinsece se ipsum, Parthen. Ἱερ. c. 4. In. p. 351. c. 10. p. 365. In. nit. Ἀρτεμισίον, Οὐσίτ, l. V. f. 63. p. 603. Joseph. B. J. l. 4. c. 9. f. ed. Haverc. Ἐταυτίσθαι ταυτίσθαι, Vid. Th. Magister p. 43. et L. Bæp. p. 13. Pitarachon nit. Col. p. 118. Ἐταυτίσθαι ταυτίσθαι, insensibile no-gramm. Eat hæc dictio Heraciti, Pythagoræ Philosophi, qui operam dabat, ut se ipsum liberaret. Conf. Casaub. ad Laër. p. 109. ed. Cok. Allob. Ita Heraciti verba in mente habuit Hesyehus p. 1094. ubi pro ἑταυτίσθαι rectius ἑταυτίσθαι legendum. Tunc explicatio ejus, ἑταυτίσθαι ταυτίσθαι, locum habebit. Heracitis enim illud, quod in templo Delphico ἄριστος literis ascriptum ext. colat: ἑταυτίσθαι.

⁵ Conf. Anst. T. III. n. 4. ed. Oxon.

⁶ Hæc quidem φωνή ἰδενθῆσαν legitur, Polyb. III. 62. καθίζουσι εἰς τὴν πόλιν, constitunt hos in medio. Philostr. Heroic. c. XI. p. 720. βασιλεὺς καθίζουσι καθίζουσι, id est, constituit. Conf. Polyb. virt. p. 1480.

⁷ Diogen. L. 8. 31. καθίζουσι ταυτίσθαι εἰς τὴν πόλιν, quom consuevit in throno, ἔλιαν, V. H. 7. 4. καθίζουσι αὐτοῖς ἐπὶ τοῖς θύραις, collocavit eam in throno. Hæc quoque observatio ad composita, εταυτίσθαι ταυτίσθαι, εταυτίσθαι ταυτίσθαι, εταυτίσθαι ταυτίσθαι, pertinet.

⁸ ἔλιαν, V. H. 4. 17. expressa addit reciprocam: ἵν' ἐπὶ καθίζω ταυτίσθαι οὐκ ἐστὶν ἐπινοήν, ne considerent ferere, Sic Lucianus, Ιστοριαν. II. 83. 711. καθίζουσι ταυτίσθαι. In somno N. P. talibus pronominibus usurpatis autem semper subaudiendum, nisi de sensibus Claudi ad deipsum Desargues. Vid. Diss. notes de Panthère N. T. Maximo edente, ad Hebr. vult. 1. 2. p. 35. 109. Sic equidem Th. Magister verbo ταυτίσθαι ἑταυτίσθαι (sedes) ad καθίζω ταυτίσθαι, sedere facio, vel colloco alterum. Et paulo post p. 30. et 31 καθίζω, et καθίζω ταυτίσθαι, ταυτίσθαι ταυτίσθαι, sedes vel καθίζω, sedes vel καθίζω, et καθίζω, et καθίζω ταυτίσθαι significat solum et per se ipsum, sedere ne facio, vel sedeo, καθίζω, sedet: ad τὸ καθίζω vero τὸ καθίζω, et ad καθίζω, τὸ καθίζω expressa addi debet.

C. WOLLII NOVE ACCESSIONES.

67. Ἀποστῆν, in Activo, significat interdum, a loco aliquo discedere. Ut apud Lucian. in Icaromen.: πᾶσι πλοῦν τῶν νεῶν ἀποστῆναι. Quam jam longo intervallo a nubibus recessissimè. Vox hæc Budæo et H. Stephano T. III. p. 918. immerito suspecta esse videtur. Nam et alibi, Deor. Dialog. T. I. p. 257. πᾶσι πρῶτον ἀποστῆναι τῶν ἀστέρων, Jam longo intervallo stellas a tergo reliquimus. Proprie, a stellis nos abstraximus, nempe ἄστρους. Idem in Nectym. § 21. ἐπὶ τὸν πᾶσι τῶν γῆς (ἀστέρων) ἀποστῆναι. Postquam a terra longe recesserant. Proprie, se abstraximus. Namque ἀποστῆν est proprie, abstrahere. Quod si subaudias ἄστρους, sensus erit, se abstrahere, id est, uno verbo, discedere ab aliquo loco. Hoc vero Medium solum et unum significat, ἀποστῆναι, se abstrahere, id est, abire, recedere, discedere. Quæ quum ita sint, atque Grævis Grævis Hesychiæ tam illud Ἀποστῆναι (p. 442.) quod per ἀστέρων explicatur, in ἀποστῆναι recte commutavit, idemque Cl. Kusterus suo comprobavit calculo. Dicam adhuc aliquid de passiva Forma. Hæc aut sensu verò Medio, i. e. reciproco, aut vere passivo, accipitur. Itaque ἀποστῆσθαι idem est, ac, abstrahere se, aut, pati se abstrahi, volentem, nec omnino invitum, alii licet invitis, ob gravissimas causas. Excerpta Nicolai Damasc. p. 426. ἀποστῆναι τῶν ἰατρῶν. Polyen. VI. l. 16. §. 4. μισρὰν ἀποστῆσθαι. Sensus est: a suis sese abstrahi, vel discedit, studio alius rei captus; longe se abstraheret, vel discesserunt. Sic Attici probatioris nota scriptores dicere nulli dubitant. Xenoph. Lib. II. de Esp. Cyri, p. 276. Ἴνα ἂν κλίσειν ἀποστῆσθαι τὸ βασιλεῦς στρατηγῶν, i. e. secundum vim et sensum verborum Mediorum, ἀποστῆσθαι ἑαυτοῦ, tanquam invitum nos abstrahamus, seu abeamus. Quare vocem Lucæ c. xxii. 41. ἀποστῆσθαι vix ad communem, et minus accuratam Græce loquendi formam, eisdem referre ausim: tanquam invitum ab amicis suis abire invitis. Veteres, re bene patata, recte vertunt: ἀστῆρ, ἀστρονομία, et C. Cant. lectio, ἀποστῆσθαι. Nec male ἀποστῆσθαι, 2 Maccab. xii. 10. secundum vulgatum, quam tenemus, lectionem, et ἀποστῆσθαι (ἀστῆρ) v. 17. sinilem adsciscunt potestatem. Nos Germani similiter dicimus: sich von einem lössisen. Notio principalis, recedere, valet ubique: accessoria vero, quæ id coacte, et tanquam ab invito fit, non, nisi ubi orationis vinculum eam requirit. Quem, quocumque, fugit perpetuus iste linguarum usus? Lucianus, qui veteres Atticos tanta cura imitatus est, τὸ ἀποστῆναι (ἀστῆρ) vix a Macedonica vel Alexandrina dialecto tractat. Verum aliter hic Cl. Hemsterhusius (Lucian. T. I. p. 256. s.) placuit, quem suo quidem sensu abundare facile patimur. Vox passiva, ubi vim passivam retinet, per se non potest nos, invitum ab invito distrahi, significare. Dionys. Antiqu. V. p. 321. civis ad mortem duci, ἀποστῆσθαι γυναικῶν s. r. λ. Ab uxoriibus, et liberis, et parentibus distractos, noluit.
68. Τέρπειν, verbo alterum; at τέρπεισθαι, in Medio, verbo me ipsum. Herodot. II. 37. 40. 61. 85. τέρπεισθαι ἑαυτοῦ, omnes se ipso verberant, ἑαυτῶν δὲ ἀποτῆσθαι, κ. τ. λ. postquam se verberaverunt.
69. Τροπομεῖσθαι προσήκειν, patronum sibi adsciscere, suo adoptare. Inquinorum Athenis erat, ut aliquem ex civibus potentioribus sibi patronum adsciscerent. Hoc quidem per leges publicas debelant. Quod ubi facere neglexerant, instituenda contra ipsos actio erat ἀποτροπή. Vid. Sam. Petus de Leg. Att. p. 170. a.
70. Ἀπολείπειν, Activum, esse perdere: at ἀπολλύσθαι, perdere se ipsum, vel, perire.
71. Πάω, Activum, cessare facio alterum; at παύομαι, in Passivum, cessare ho, παύομαι, Medium, cessare facio me ipsum, vel, desino. Sic Attici. Th. Magister: παύω ἑσπον, παύομαι δὲ ἐγώ, p. 145. Hinc illustrabis 1 Pet. iii. 10. iv. 1. Luc. v. 4. Act. v. 42.
72. Προσημῖζειν, appellere alterum navis. Passivum, προσημῖσθαι, appellari navi, seu classe. Elian. V. H. s. 5. τῆ Νάυι προσημῖσθαι. Ad Navium appulsus est. Marc. vi. 53. προσημῖσθαι, appulsus sunt. Sed Medium, προσημῖσθαι, appellere se: ut Terentius, Huc me appuli. Hæc. A. R. I. p. 43. νῆπι προσημῖσθαι. Ad insulam se appulerunt. Aristid. Or. in Serapim. p. 101. Terram videre concessisti, καὶ προσημῖσθαι, et nos appellere. Conon Narrat. 8. p. 251. προσημῖσθαι τῆ γῆς, Appellentes nos ad terram. Apparet ergo, fornas verborum non esse confundendas, ne quadrata rotundis misceantur.
73. Ἐπιτρέφειν et ἐρεσκεῖν, in Activo, significat, alium convulso excipere: at Media verba, ἐρεσκεῖσθαι et ἐπιτρέφεισθαι, se invitare, vel, se ipsum convivio excipere, id est, epulari, convivari. Hesyclus, p. 1329. a. 23. ἐρεσκεῖσθαι, Ionice pro ἐπιτρέφεισθαι, ponit, hancque λέξιν per τὸ ἐπιτρέφεισθαι explicavit: quod vero ἐπιτρέφεισθαι legendum, ut sit Modus conjunctivus ab ἐπιτρέφεισθαι, epulari. Add. Cl. Trilleri Enend. Hesyck. p. 15.
74. Ἀναπαύειν, (p. 7.) Activum, quiescere facere, facere ut quiescat, vel quietem dare alicui. Elian. V. H. 10. 4. ἐπὶ ἀναπαύειν τὸ στρατῶν. Primumquam quietem daret exercitui. Sed Medium, ἀναπαύεσθαι, facere quiescere se ipsum, ipsum sibi quietem dare, sive, quiescere. Ita Philostr. Heroic. S. 3. Herodian. 8. 5. 20. Ita de mortuo quoque κατ' ἐπιμαρτυρίαν dicitur, apud Herodian. 1. 4. 18. nec non 3. 15. 7. Idem auctor, τὸ βίον addit, 3. 15. 7. et 7. 21. τὸ βίον (ἀνάπαυσιν) ἀναπαύειν, decessit, expiravit.
75. Παύεισθαι τοῦ Ἐπιτρέφειν, Sistere se Ephoris. Elian. V. H. 14. 7. Τέλεισθαι τε αὐτῶν καὶ αὐτῶν, aliquid sibi mali paritum seu moliturum esse. Αὐτῶν ubi necessitatem (p. 92. s.) additur.
76. Ἀποτίθειν, depono alteri vestem, coronam, etc. Medium vero, ἀποτίθεσθαι, sibi deponere. (p. 43.) Herodian. IV. c. 7. s. 5. τῶν Ῥωμαίων ἀποτίθειν χλαμῖδα, Romanum sibi depositus paludamentum. Sequitur illic ἀποτίθειν, i. e. sibi induit. (p. 7.) Elian. V. H. 3. 3. Xenophon ἀνέβη τὸν σείρανον, Sibi depositus coronam. Herodian. 3. 5. 11. ἀποτίθειν ἕβρα, Sibi depositus gladium. Hæc phrases, ἀνέβη τὸν ἀσπίδων, depositus inimicitias suas; nec non, ἀποτίθειν τὴν ἀρχήν, τὴν μάχην, Deponere imperium suum, dictaturam suam. Dionys. A. VI. p. 701. 702. 703. Conf. Col. iii. 9.
77. Ἀπτάειν, in Activo, denotat generatim, aptare, adaptare aliquem alicui rei. Unde ἀπτάσθαι τινά, aliquem sibi aptare, vel, conciliare, placare, amorem alicujus sibi parare et conciliare, significat; sive is purus sit, sive imparus. Parthenius Nicæensis Narrat. (apoc. c. 7. p. 356. in Histor. Poet. scriptoribus antiquis, ed. Paris. Th. Gale, 1675. 8.) Antileontem, nescio quem, pueri ejusdem, Hipparini, amore arsisse: sed Eum sibi conciliare non potuisse: οὐδὲν δὲν τὸν ἔπειν ἀπτάσθαι. Sithon, Hodomantum rex, rem filie sue ingratisimam fecerat, quod propterea eius in pugna victor ipse de medio sustulerat. Sed is biuos alios de filia inter se confingere jussit. Cur vero? Quia visum erat ipsi, τὴν κίον ἀπτάσθαι, filiam sibi conciliare, apud eund. c. 6. p. 354. Hoc sensu Paulus 2 Cor. xi. 2. λογισμῶν ἡμῶν, Vos mihi aptavi, vestrum mihi amorem, vos mihi, concilii. Expositi nuper hæc de re in separata commentatione. Verum et in hoc libello plura, sed alio loco, eadem de re dicam. Sunt doctissimi homines, qui ἀπτάειν et ἀπτάσθαι tam de socio dici putant, filiam dependente, quam de sponso, cui despondit virgo. Hi ergo et Paulum dicere voluerunt, se uni viro, Christo, ecclesiam Corinthiæcum desponsasse. Falso: Activum etenim ἀπτάειν de socio dicitur, qui spondet filiam: Medium autem ἀπτάσθαι de sponso, qui sibi eam despondit. Jul. Pollux. T. I. p. 282. ed. Amstel. ὁ δὲ πρῶτος ἐγγυῶ (p. 6.) ἀπτάειν. Quam vero S. Paulus ecclesiam sibi despondisse, per locum Jo. 3. 29. dici minime queat, prior illa, quam in medium protulimus, exposito valere debet. Causæ suæ servit Cl. Raphaelus dum, nulla ratione fretus, libere dicit, oratorem Domini voce Media, significatione Activa usum esse. Proinde hic eisdem verbis apud Severianum, (Homil. VI. de Creat. p. 456. T. VI. Oper. Chrysost. ed. Benedict.) nihil tribuo: ἀπτάσθαι ἡμῶν ἐπὶ ἀσπίδι πᾶσι τὸν ἀσπίδι. Exponunt enim genuina S. Pauli verba male, et contra sensum, sive Severiani, sive alterius ejusdemque arbitrio. Tum vero optimi quoque Græci hunc in modum loquuntur: ἀπτάσθαι τινά, aptare se alicui, sich nach tamen richten, — zu schicken wissen. Diog. Laert. de Aristippo, Lib. II. §. 66. ἔν δὲ καὶ ἡμῶν ἀπτάσθαι καὶ τῶν.

sibi *χρόνι*, aut *πρόσθετο*. Quod reliquum est, dum *γάρμω* addunt Graeci ad *τὸ ἀρμόσθαι*, sensus hic est: nuptias sibi ambire, uxorem sibi ducere. — Dionys. Halic. Ant. xi. p. 907. *ἀρμόσθαι γάρμω* hac ipsa dixit sententia.

78. *Μεταβάλλει*, mutare rem aliquam, v. gr. *ῥέον*, vocem, Philostr. VII. Apoll. l. 21. 26. *τοῖς ῥέονσι*, motus, Aristoph. Plut. v. 36. Ran. v. 746. *Μεταβάλλεται*, in Medio, mutare se. Arrian. Exp. Alex. V. p. 333. *οὐ μὲν μεταβάλλωμεν*. Plutarch Pompeio, p. 620. *ῥάνας ἄλλα μεταβάλλεται*. Conf. Act. xxviii. 6. *μεταβάλλωμεν*, mutantes sese, id est, *μεταβάλλομεν ἑαυτοὺς ἐν τῷ γάρμω*, mutantes, inverteutes sese, quod ad sententiam attinet, Aliud quid, qui ad *μεταβάλλομεν* subaudiunt *γάρμω*, nec vim verbi Medii satis intelligunt, aut saltem de eis hic non cogitant. Nam dicunt Graeci, *μεταβάλλεται γάρμω*. — Elianus loquitur etiam ita: *οὐδὲν ἐστὶ τοῦτο μεταβάλλει*, nihil his commovebatur, conturbabatur animo Dion. V. H. 3. 4. Vide, si placet, an non idem sensus in loco *τῷ τραυλισθέντι* locum habere possit.

79. *Νεῦσι* in Activo, altero alterum, vel *χέρας*, *πρόσωπον*, Matth. vi. 17. xv. 2. Verum *εὐεθέσθαι*, in Medio, lavare se, Jo. ix. 7. *εὐεθέμενος*, lavans me. Sic *λούσασθαι* (p. 3. 62.). Sed vim verbi Activi in hoc etiam eleganti spectatur carmine, quod ex Constantini M. Baptisterio Scaligerana, tanquam fractam e usufrago tabulam, consecravit:

NIPSON ANONIMATA MIH MONAN OPIN.

Qua verba, mira arte, a tergo quoque legi possunt, eadem sententia manente.

80. *Κυζήσασθαι*, in Medio, jactare se, sich rühmen. Homer. Batrachom. v. 57. *μὴν ἀχέω*, valde jactus te. Ubi Gloss. v. *ἐπαύει ἐαυτοῦ*. Gloss. S. *αὐχέω*. Hesych. *αὐχέω*, *κοιζήσασθαι*. Vid. Adotat. p. 27. Ed. Londin.

81. *Νοσήσασθαι*, vox Medii, sibi surripere, sibi intercipere. Polyb. Hist. x. c. 16. ut nemo non *νοσήσασθαι μὲν*, sibi surripit quidquam de praeda. Xenoph. Inst. Cyr. Hist. iv. p. 98. A. Non igitur, non posse de publicis pecuniis *νοσήσασθαι*, surripere nobis, quantum volumus. His profulsis, cave, cum Emilio Porto aequum inducas, istud verbum poetice esse. Verum hoc, tanquam praeteriens, moneo.

82. *Ξεινέσθαι*, Medium, aut Passivum Medii verbi vim habens, (p. 83.) idem significat, quod, mirari aliquid, sich etwas bewundern lassen. Antonin. 8. 11. *ἀσχερὸν Ξεινέσθαι*, turpe mirari, Polyb. Hist. ii. c. 27. et aliis in locis: *ὁ δὲ Ξεινέσθαι*.

83. *Μεθίσθαι*, ebrium reddo aliquem, *μεθίσταμαι*, ebrium reddo me ipsum.

84. *Ὀυλίεσθαι*, armo quem, Medium, *ἐπλοίσασθαι*, amare se. Homer. Batrachom. v. 119. *ἐπλοίσασθαι*, ipsi non armatus. Ad quem locum Cl. Maittaire: 'Media verba reciprocam significationem habent', in Commentar. Viror. doctor. p. 6.

85. *Ἀπονεύσασθαι*, parare se ad fugam, Dionys. Halic. A. ix. p. 382.

86. *ὄρηξασθαι*, ad iram concito aliquem. Medium sive Passivum, vim Medii habens, (p. 60. s.) *ὄρηξασθαι*, ad iram se concitare, vel, jati se conitari, sich erzürnen, aut, sich zum Zorn reizen, bewegen lassen.

87. *Ἐσχαρῖσθαι*, nuptias se implicari patiuntur, lassen sich freyen, Matth. xxii. 30.

88. *Ζώνωσι*, cingo. Medium *Ζώνωσθαι*, cingere se; quod S. Joannes *Ζωνώσις ἑαυτοῦ* dixit, c. xxi. 18. Sic et *πρὸς Ζώνωσθαι*, accingere se, Luc. xii. 37. *αὐλίωσι*.

89. *Παραθέσθαι*, Medium, idem est, ac, se decorare. Diodor. xii. p. 85. Zaleucus interdixit mulieribus, *μὴ παραθέσθαι χρυσία*, ne autro sese ornata decerent.

90. *Προτίεσθαι*, praeficio. Medium, *προτίεσθαι*, praeficio me, vel, praesum, i Tim. iii. 5.

91. *Συμφόρωσι*, oblectet me, ich ergetze, vergnüge mich.

92. *Μεταμνησθαι*, conjungere se. Lucian. Demosth. Lucian. T. iii. p. 324. s.

93. *Σείει*, commovere. *Σείωσθαι*, se commovere. Rom. II. 6. 199. *Σείεται δ' εἰς θρόνον*, commovit se in solio.

94. *Τυφώμενος*, honorabilem me reddam, seu praestabo.

95. *Μεθάρμοσι*, odiosum me reddam. Hac tria ultima exempla vir egregius, Sam. Clarke, ad Rom. II. γ. 1411. p. 91. x. nobis suppeditavit. Quo quidem loco sic scribit: notandum hic *πρῶτιστον*, vocis Medii usus. Huc refert *καταφρόνεια*, quum se ipsam conpenseret, (p. 20. s.) *αἰσάτω*, *αἰρω* (p. 6. s.) *τυφώμενος*, *μεθάρμοσι*, *αἰσάτω*, eandem me ipse, id est, plangam sine lamentatione, (p. 11. s.) His dictis, pergit: *πρῶτιστον*, inquam, hic vocis Medii usus. Paulatim autem, vulgari loquendi consuetudine, coepit unus alius hujus vocis tempora significati activo usurpari, alia passivo. Nec tamen hoc ipsum sine illo delecta: quod quidem explicata difficillimum, attente autem legitibus observato persaepe est facillimum, ex. gr. *ὁ δαυνοῦμενος* idem, ac *ὁ δάωνται*, minister, famulus; *ὁ δαυνοῦν* autem is, qui jam tum, eo ipso temporis articulo, ministrat.

96. *Ἐγχαρῖσθαι*, se continere. Ceterum *ἄπονεύσασθαι* non dicunt Attici, verum, *οὐ ἐγχαρῖσθαι*, quaeammodum loquitur S. Paulus, i Cor. 7. 9. *οὐ δὲ οὐ ἐγχαρῖσθαι*: si se non continent. Conf. Th. Magister p. m. 5.

97. *Υποδέσθαι*, inducere sibi aliquem, ut, *τὸ Δία*, personam Jovis. Hoc dicitur Attice. Th. Magister: *οἰρω* *τὸν Ἀγαμέμνονα* *καὶ τὸν ἑὸν κώλον* *ἀπὸ εἰσῆς ἤ ἑσπερῆ*. Mista *τὸ ἑσπὴ* in *ἑσπὴ*. Namque *ἑσπὴ* nihil est. Sensus victoris est: si Graecè dicere velis, induit sibi personam Agamemnonis, vel, egi Agamemnonem, thegauius et *ἄπονεύσασθαι* dixeris: *οἰρω* vel *ἑσπὴ* *Ἀγαμέμνονα*, quam *ἑσπερῆ*. Communis nimirum dialecto dicitur *ἑσπερῆσθαι*, Attica vero *εἰσῆς* vel *ἑσπὴσθαι*. Alterum hoc verbum Aristoteles etiam usurpavit. Locum attulit L. Bos, p. 17.

98. *Ἀποτίεσθαι*, abluere alterum. *Ἀποτίεσθαι*, Medium, abluere te, vel, auditio, *χέρας*, abluere sibi manus. Athen. 4. *οὐ ἀποτίεσθαι τὸν χέρας*, non abluentes sibi manus. Conf. Matth. 27. 24. Plato in Symp. *ἀποτίεσθαι*, ubi abluentes. Attici vocant aquam lavandis manibus, ante cenam, *ἄνω καὶ χέρας*, in singulari, non in plurali, quem ad modum Th. Magister praclare p. 103. observat. Eandem vero aquam, post cenam, Attici dicitur *αἰρω*.

99. *Ἐπιπλάσθαι*, v. 12. 11. s. ubi *ἄνω καὶ χέρας* hoc sensu reperitur. Confer, si placet, *ἔχασθαι*: *ἄνω καὶ χέρας* *πρὸ τῆς ἐπιπλάσθαι τὸν τράχηλον* *μετὰ δὲ τὸ δευτέρω*, *ἀποτίεσθαι* *δὲ τὸ πᾶν*, *τα*, d. puer, quo se abluat. Lege ad ipsum Th. Magister locum L. Bos, p. 24. Idem in Avib. v. 1163. *ἔγω ἀποτίεσθαι*, ego me abluam.

100. *Ἀδύειν*, in Activo, ungere alterum; at *ἀδύεισθαι*, Medium, ungere se ipsum. Alian. V. H. ix. 30. *ἀδύεισθαι*, *αὐχέω*, et ill. 38. *ἀδύεισθαι*, unxerunt se.

101. *Μίγνυσθαι*, in Medio, miscere se. Scripsit Th. Magister, ad voc. *Μίγνυται* *ὁ ἄνω τῷ γυναικί*, *οὐχ ἢ γυνὴ τῷ ἀνδρὶ*. Vult tempore, hoc verbum de viro recte dici, qui rem cum muliere habet, minime vero de muliere, cum viro rem habente. Sed hoc discrimen a nemine, imo ne ab *Ἀρτεμισίω* quidem scriptoribus, observatur. Aristophanes in Ran. v. 1113. *καὶ τὰς αὐτῶν αὐτῶν μίγνυται τοῖσι ἀδελφοῖσι*. Et parturientes et miscentes se fratribus, Lucian. Hist. Verae II. p. 76. *αὐτὸ δὲ καὶ μίγνυσθαι ἡμῖν ἐπέβουον*. Quaedam etiam se miscere nobis cupiant, in ceteris locis, quae Cl. Bos p. 30. recitat, *μυθῆσι*, *μυθῆσι*, *μυθῆσι*, *ἐπιγω*, passive quidem ferunt suat, sed Medium habent vitium. Hoc Virgilius imitatus est, L. vii. Aeneid. v. 661. Mista Deo malis. Servius nota, vocem Mista hinc ipsam Graecum *μυθῆσι* vel *μυθῆσι* esse. Hoc dato, dabatur et illud, participium hoc Latinoque passivum vim sibi vindicare Medium. Thucyd. ii. 84. p. 97. *ἑπιμύγνυτο*, commercii inter se miscabantur. Add. iv. 118. et Xenoph. 3. *Ἀσπὶ*. 259.

102. *Υποδέσθαι*, subijcere se, idem quod, *ἐπιπλάσθαι ἑαυτοῦ*, Eph. v. 21. 22. 24. Hugo Grotius recte: verbum hoc uno passivum, sed sensu reciproco esse, hoc est, ipsum Medium. Sic Tit. ii. 5. Hebr. vi. 9.

103. *Ἀποδέσθαι*, se accingere. Aelcipr. i. Ep. 37. p. 170. *ἐπὶ δεξιῶν ἀποδέσσειται*, ad hanc auxiliandum, Perypplis sese accingit. Alian. V. H. ii. 30. *ἀποδέσσει ἐπὶ φλοισοῖσι*, accinxit se ad philosophiam. Conf. xii. l. ἀποδέσσει, accingentes sese. Lucian. ii. Asia. 5. 372. *ἀποδέσσει*, accinge te.

103. *Kararibēthai, λάβω, ελθε, κ. τ. λ.* sibi comparare gloriam, nec non, *χάρως*, ad alienjus se accommodare voluntatem.

104. *Proseribēthai*, se componere. Plutarch. in Fabio, p. 191. hoc verbum cum *κατακομιζέσθαι* eleganter hoc conjungit sensu: *προσερίθητο καὶ κατακομιζόμενος πάντας εἰς τὴν ἐξέλιξιν γυμνῆς*, componebant se, et tanquam ornabant se, omnes ad illius voluntatem. Sic *καταρίθηται* et *συγκαταρίθηται* τει, assentiri, seu, adungere se alicui. Quid? quod ipsum simplex *ρίθηται* ita sumitur. Chrysost. 2. Thess. II. *οὐ εἰς ἔργα μάλιστα τήθηται* quibus ego maxime se adjungo, id est, assentior. Τῷ γόνυ προσέθηται, Xenoph. L. 1. Ἄναβ. 64. verto: sententia se adjungere. Sic in Sophocl. Philoctet. sub fin. *εὐχὴ γόνυ τούτῳ τήθηται*. Sic Luc. xliii. 51. Lucian. in B. Accus. II. 18. 814. Ad Activum vero casus additur quartus; ut idem in Piscat. I. 29. 398. *ὁ προσέθη τὴν εὐαίθεθ, ἔπευ ἄφρον.*

105. *Proseribēthai* τει, se alicui committere, arcana suum alicui committere, sich einem vertrauen. Metaphora est a thesauro ducta: animum suum, tanquam thesaurum, alicui committere. Sic apud Locian. in Ἰόνε Ἰταγόδο T. II. p. 642. Jovem alloquitur Mercurius: *ὦ Ζεὺ, τί σέριτος καὶ καταμόνος παντ' ἁλλεί, ὄχρωι περὶ τούτων, φιλοσόφῳ τὸ χροῖμα ἔχων; ἴμοι προσανάθω, λάβε με εὐμβόλως πόνως.* 'O Jupiter, quid cogitabundus et solus tecum loqueris, pallidus obambulans, et philosophi colorem præ te ferens? Committe te mihi, adhibe me in consilium in molestis tuis.' Diolar. Sic. *τοὺς μύστες προσεβήθητος*, Vafibus se committens. Hunc locum habet Gu. Budanus, in Commen. L. G. quem vide. Nicetas Angel. Commen. II. 5. 332. A. καὶ αἰς τὰ ἐρηφάθ τῶν βουλευμένων προσεβήθη, Quibus arcana consilia sua committebat.

106. *Σφάλλω*, fallo alterum. *Σφάλλωμι*, passivum, fallor ab alio. *Σφάλλωμι*, Medium, fallo me ipsum, sich irem, sich selbst betrügen. Isocr. ἢ ἄρχη πολλά σφάλλαται, mens in multis fallit, se ipse.

107. *Δεσπίω*, decipio alterum. *Πλασμάω*, passivum, decipior ab alio. *Πλασμάωμι*, Medium, decipio me ipse. Isocr. Ep. ad Jasonis liberis, p. 1006. ed. Basil. ex officina Oporin. 1587. 8. Ἀναγκαῖόν ἐστιν ἑμῶν ταῖς δαιμόναις πλασθῆσαι, necesse est, ut animi vestri ipsi vos decipiatis.

108. Ἀνέχεσθαι, se continere. Xenoph. I. Ἄναβ. 88. *οὐκ ἀνέχετο*, se non continuit. Valet pro ἀνέχων ἐάντιν. Is enim est verbi Medii usus. Vid. ad hunc locum Cl. Th. Hutchinson.

109. Ἐπιρροέσθαι, se inferre. Xenoph. I. Ἄναβ. 92. ed. Oxon. ursum *ἐπιρροέσθη*, se inferentem. Eodem sensu idem auctor *προσπυρροέμενος* dixit K. II. p. 39.

110. *Διαχωρίζω*, separare se, a *διαχωρίζω*, separo. Diodor. p. 256. Polyb. Exc. Legat. 28. p. 1154.

111. *Σώζεσθαι*, ex si vocis Medio, prospicere salutem suam, curare salutem suam. Sic Xenoph. II. Ἄναβ. 122. 3.

112. Ἀλλεσθαι, vim, impetum hostium a se propulsare, seque contra eam tueri, Xenoph. Exp. Cyr. III. p. 246. Id. K. II. p. 65. *τί οὐκ ἐτίεν ἢ τὸ ἀλλεσθαι δαιμόνιον* ἢ κ. τ. λ.

113. *Κοκίζεσθαι*, id est, *μαλοκίζεσθαι*, ignaviter se gerere. Xenoph. K. II. L. vi. p. 167. E. ed. Wechel.

114. Ἀναρρίσθαι, secum portare, sumere, Aristoph. Avib. v. 448. 449. p. 396. *τοὺς ὄπλανα ἀναρρίσκω* ἢ ἄπ' Ἀπείων πάλιν εἰσάω, Gravis armaturae militis, sumis, portatis secum armis, revertantur iterum domum.

SECTIO II.

DE SECUNDO GENERE VERBORUM MEDIORUM.

1. *Νεφε* solum Verba Media tunc locum habent, quum quis ipse a se, nemine alio intercedente, aliquid patitur, (quod græus notitia mixta in superiore Classe illustravimus): sed etiam, quum quis ab altero aliquid patitur; ita tamen, si volens illud patitur, et passioni illi (quam a se prohibere posset, si vellet) sponte se offerat; vel etiam cura, jussu, seu mandato suo ipse sibi eam creasset: actionem passioni hac ratione admiscens. Et de hac quidem mixtionē actionis cum passione viri doctos multo minus, quam de altera (cujus saltem aliquam suspensionem habuerunt) cogitasse video.

LUDOLPHUS KUSTERUS, qui ad Ecclesiam transitu Romano, non ita pridem Dissertationem de vero usu verborum Mediorum¹ conscriptam cum erudita communicavit civitate. Equidem non minori jucunditate, quam utilitate, in ea sum legenda versatus. Neque enim aliter fieri potest, quam ut ex hominis adeo periti monumentis in alios, idem licet interdum haud *sentientes*, singulare redundet emolumentum. Ex quo literas Graecas didici, tertius hic verborum status, quem artis grammaticae adnuntius magistri, mihi moram inject. Atque ut in ejus consideratione semel, iterum atque saepius operam posui: ita hoc Cl. Kusteri opusculum novae inquisitionis atque investigationis causam mihi attulit idoneam. In hac jam proferam conjecturas hac de re meas, et, quid de ista grammatica difficultate mihi videatur, exprimam. Quod si usi eveniat, ut ab hoc erudito homine meam interdum sejungam opinionem: in spe sum certissima, id ipsum tibi mihi haudquaquam datumum. Atque hanc ille veniam tanto mihi paratus dabit, quanto studiosius ego cavebo, ne quid eximii ipsius derogem promeritis. Siquae verum est, quod nemo dubitat, veritas nos et, quo cogitamus, interpretari: non erit sane, cur ego, qui summa ipsum veneratione prosequor, ullo verborum modo, ne quod mihi verbum, quod graviter molestae ferre queat, elabatur.

II. Quam non nisi ob necessarios usus inventa sint vocabula, eae quidem res initio nominibus designatæ sunt, quo se prima menti obtulerunt. In quibus, primo loco numeranda sunt entia sive substantia. Deinde, praeferas, id est etiam nostros in sensus incurrit, quod una possit agere, altera vero alterius actionem recipere: unde factum, ut, quo haec utraque quæstus rite secueratur, prior actio, altera vero passio nominaretur. Quomodo primi nominum auctores unam tandemque rem, si quidem diversae res adsint circumstantiae, diversique respectus, agere et pati posse² animadvertent: naturam in appellationibus rerum definiendis secuti ducent, non duo separatos, ad hanc utramque proprietatem indicandam, invenerit terminos, sed unicuique modo sufficere, in animum induxerunt, ut crederent, in cujus terminatione, quo passivam ei

¹ (Plura congestit Bodaeus, Comm. p. 896. *ἰσοπεδῆσαι*, pro *ἰσοπεδῆσθαι*, *φίλομαι*, pro *φροσθησῆσαι* Antiph. *Κατανοήσαι* Lys. et Xenoph. pro *Κατανοησῆσαι*. *πρωμαῖον*, pro *εὐφραῖμα*, Lucian. *ἀπονομοῦσθαι* ἢ *νομοθεῖσθαι*, Xenoph. *Ὀλοῦμαι*, pro *ὀλοθησῆμαι*, *ἔλεγον*, in An. Theop. *ἐπινοήσαι*, idem *ἐνοήσθαι* et *ἐνοηθῆναι*, Plat. *ἀδελφῆσαι*, Arist. *ἐπυροῦσαι*, Soph. Antig. 902. et Isocr. *ἑταροθύθηται* Xenoph. Adde *ἑταροθύθηται*, eximium invenit, Lucian. *ἑταροθύθηται*, honorabiliter, Esch. Argonautae, 308. *ἑταροθύθηται*, proci adspiciunt, hinc et illic iactabitur, Soph. Aj. 811. *ἑταροθύθηται*, dicar, Eurip. Alcest. 302. Herc. Fur. 532. Iph. Taur. 1047. *ἐταροθύθηται*, Plautus, 1073. *ἑταροθύθηται*, invisus ero, Tronq. 650. *ὀλοθήμαι*, nomen sicut, Iphig. in Aul. 351. *ἑταροθύθηται*, pro *ἑταροθυθησῆται*, Est. Med. pro Passivo, Eurip. Suppl. Mul. 521. *ἑταροθύθηται* ad *ἀπονομήσαι*, Gal. v. 12. nisi forte eo sensu accipias quomodo in Praefatione notavi. — Dougar.)

² Legitur etiam in Bibliothecae Arrianae et Moderna, T. v. P. ii. p. 237. seqq. ibidemque hanc praese fert inscriptionem: *Remarquez sur la Dissertation de Mr. Kuster sur les Verbes Moyens, hoc est Animadversiones in Dissertationem Cl. Kusteri de Verbis Medii. De versione mea Latina non nisi haec, quo moxam, habeo: ne et mentem Auctoris accurate, nec non plano simplicique stylo, expressio, et Latinitati, quoad ejus fieri poterat, castiori elegantiorisque navasse operam. Eodem me impellit ratio, ut Gallicum honoris nomen Mensuræ, minus saepe hic obviavit, per Christiani titulum Latine convertereris. Qta in re veteris indolem Latinam servatis sum, quo non primò mecum, sicut hodie, Domini palatibatur: a ceteris modis blandit et impetit nisi tempore, qui nationem perscrutatorum venustatem. Quod reliquum est, id quod de Kusteri ad Kommanos translatione hoc mensuræ Cl. Kusteri, jam antea didici ex Histoire Critique de la République des Lettres, T. iv. p. 548.*

³ Apud Jo. Baptist. Deslepine, 1718, 6.

⁴ Nihil hoc fama Kusteri nocet, qui vir erat in Graecis literis præcipuus. In his autem non nimium fuisse Cl. Kusteri, Menander in prima, id est, res ipsa loquitur, nec verba desiderat. Equidem malum cum Kustero errare, quam cum Clerico vult dicere, si quidem de Clerico sermo instituat disputatio.

⁵ Datur hic tertium. Potest aliqui vel ipse, vel per alium aliquis agere. Quid? id videtur vel eam, vel alterius actionem pati vel recipere potest. Ex quo sequitur, ut triplex generis verba esse possint: 1. activum, quando, qui ipse agit; 2. passivum, quando vel alterius actionem patitur; et denique, 3. Medium, quando aliquis per alium aliquis agit, vel a se patitur, vel actionem ipse suam recipit. Itaque is, qui primi linguae invenerunt, causa fuit, cur de Medio Verbo mature cogitarent. Testatur eam in ipse ipsam primam, hoc est, Hebraicam linguam, in qua conjugatio, sicut habet Medium. Ut legitur Hebraei, sic

significationem alligarent, nonnulli varietatis fixum esse voluerunt. Ad ipsam terminorum denominationem quod attinet, eam a re, quam illi designant, petierunt; sic verbum activum eam appellarent vocem, qua denotatur actio, eandemque eo causam passivum dixerunt eam, qua passio aliqua exprimitur.

III. Quod si consuetudo, quae inter homines colitur, et quotidianus vitae usus, eandem accuratationem, nimisque exactam, quam Geometrae observant, acceptionem terminorum expostularet; fas est credere, res semel definitas ita permanuras fuisse, ac verbi passivi ad actionem denotandam nunquam obtinuisse usum; verum seu quaedam neglectio, seu animi attentio non nimis considerata, seu denique variationis amor, auctor et causa sit, verba terminatione passiva, quantum ad sensum, evaserunt activa. Grammatici Latini ea Deponentia, Graeci vero dixerunt Media.⁴

IV. In promptu esset cuivis, modum, quo haec commutationes contigerunt, indicare, si verba, quae illas prima subierunt, explorata satis haberemus, nobisque pariter constaret, quo olim constructione φέρειν, in qua illa fuerunt adhibita, usa esset. At enim, quum non, quantum satis est, haec in rem lucis nobis feneret antiquitas: eo erit entendum, ut nonnullas conjecturas in auxilium vocemus, quibus manifestum reddatur, quamvis faciliiori via huiusmodi variationes fieri poterint.

V. Consentaneum, si quid iudicando valeo, erit, eas dicendi rationes ab activa ad passivam significationem revocatas initio fuisse, quarum subiectum, si constructionis habeatur ratio, ceu patiens, representatur, licet pro eo, ac moris est, tanquam agens, a nobis concipi solet. Observandum etenim, nihil nobis usitatus esse, quam ut aliquod subiectum sub certo nobis respectu ab oculis ponamus. Idem vero si constructio φέρειν sub alia nobis relatione commostrarit, in eam, cui nos aduseli sumus, concipiendi modum opinione celerius relabimur. Fac igitur, auctorem, quemcumque velis, in aliqua propositione ejusmodi patiens collocavisse subiectum, quod nos aliqui, ceu agens, nobis mente concipere consuevimus: tunc, ut activum, illud etiam nostris obversatur oculis, atque id, quo exprimitur, verbum vera significatione, vix animum advertentes, eximus, nil relinquentes intentatum, quo significatio nostrae conveniens representationi eidem accommodetur. Atque huic permutatione eo libentius patrocinamur, quo perspicacius videmus, nihil inde diversitatis in rem ipsam plerumque redundare. Παροικεῖσθαι, quod hodie pro activo habetur verbo, ⁵ origine passivum est. Thucydides dixit: αὐτῶν δὲ Κερύναν νηὶ παρασκευάσαντο τριήκοντα, ἰσπορῶν vero Corinthiorum triginta parabantur naves; verum quoniam de bellico apparatu loquentes, aut regem, aut cives, prout rei fert natura, tanquam personae agentes, contemplamur, factum hinc est, ut, quae sub alia nobis forma tem ejusmodi gestam representarent, verba ex passivis activa fierent.

VI. Prepositiones etiam, his junctae verbis, multam adjumento ad eas permutationes conferre poterunt. Præcipue, nisi fallor, dixerunt veteres, φοβῆμαι διὰ τινος, ⁶ terror propter aliquem: tum vero, compendii gratia, usus abiecit præpositionem; unde occasio nata hoc verbum activi loco habendi. Certum est, passiva verba per se ipsa nullum adsciscere casum. Antiqui igitur homines, accusandi casum ejusmodi verbo adjectum perspicentes, ab hoc illum regi crediderunt, neque suppressæ præpositionis in mentem illis venit. Cujus quidem neglecto tanto his facilius fuit, quoniam subiectum, cui adhaerebat ille, per activum commo- dissime poterat exprimi. Hoc quidem extra locum positum est omnem, hoc verbum in passiva forma plerum- que reperiri, et cum quarto quidem casu sociatum. Xenophon, Hieron. L. Amstel. CIΩΙΘΕCIC: καὶ ὅταν, inquit, ἀπελευσάντῃ, ΟΥΤ' ἔΦΟΒΗΘΗ, οὐδὲν τι μᾶλλον τούτου βέβηκε, ἀλλὰ φελλάτῃσι τῆ μᾶλλον, ἢ τὸ πρῶτον; ⁷ quod si etiam moriantur ii, quos metuit, tantum abest, ut idcirco identus sit et securior, ut plus etiam sibi, quam antea, caveat. Si quis ergo admittit, id quod omnes Grammatici docent, passiva per se ipsa quidem regendi nulla valere virtute: consequens profecto est, ut accusandi casus, quom verbum ἔφθεβῃ comitem habet, a præpositione quadam subaudita, quaecumque illa demum sit, regatur. Unde in prochi est, concludere, quod prinde sit, quando hoc verbum in Medio est: ⁸ quodque propter ea substantivum suum haud aliter, quam vi præpositionis ejusdam, quam comitem sibi adsciscit, regat; quam vero usus postea plane abijciendam voluit.

VII. Verbum παρασκευάζειν, originem si spectes, passivum esse, non dubitavi prae me ferre. Annotavit Henr. Stephanus, παρασκευάζεσθαι εἰς μάχην, ⁹ Graeca lingua loquentes olim dixisse. Hinc oritur suspicio

etiam Graeci, maximeque Attici, separatim habent verbum, ad actionem et passionem in uno subiecto mixtam, exprimentum. Videt hinc antiquam Atticam habere venustatem, ejusdemque miram cum Hebraea lingua convenientiam: de qua re in praesentia non prof. verbosius exposui. Atque ista est prima nativa vis verbi Medii, quam cum primigenium vir acutissimus, S. Clericus, nomen- sare voluit, (p. 108.) Quod vero Graeci, in primis Attici, uno verbo vim reflexivam exprimere valent, id quidem divitias Graecorum Italicam novo nuntiat exemplis. Ab hisdem haud alienum, immo vero variationi, quam requiritur lingua, consentaneum est, quod Graeci bis verbis, h. e. activo verbo et reciproco pronome, eandem rem interdum apte concinneque, (p. 61.) exprinere possunt.

⁴ Vide nos ad p. 96. a. Una postea, qui in lingua omnia potest, efficit, ut quaedam Media etiam activa, quaedam passiva ferant, si quidem notiones spectes ac potestatem. Illud autem sum probat studium varietatis, copia, numeris oratori; quarum rerum ratio in cunctis linguis omnino habetur. His positis principia, triplicia erant Media verba: 1. vni et proprie Media; 2. Medio-activa;

⁵ Prae viri celeberrimi mihi licet hic monere, Deponentia Latinorum et Graecorum Media non facere paria. Nam primo Media Grammatici Graeci vocantur verba, quae utramque admitterent significationem et activam et passivam, licet hoc, ut infra ad S. xviii. dicitur: quod ex ipso patet nomine. Sic e. g. ὄνυξ Graecorum et fortasse Latinorum dicitur vocabula *vel* seu Media, quia in utramque partem et malam et bonam accipitur. Contra ea Deponentia Latinorum nihil sunt aliud, nisi quaedam Ci. Viri dicitur esse. Deinde etiam ex eo probat, quod Scholia saepius dicant Medium esse positum pro activo, et activum pro Medio, quod absurdum foret, si Media Graecorum et Latinorum Deponentia essent paria. Denique vel in primis est observandum, Media Graecorum verba et activam et passivam habere, vid. ad S. xviii. quod naturam Deponentium Latinorum repugnat. D.]

⁶ Equo vero hoc pro activo habuit? ἢ παρασκευάζειν est activum, (p. 95.) et ἢ παρασκευάζεσθαι in loco Thucydides est. S. Pl. praes. passivi. Medium contra est Thucyd. Hist. i. 59. p. 80. ἢ ἄλλοις παρασκευάζεσθαι, ad bellum esse parantur.

⁷ Lib. l. p. 37. edit. Oxon. 1696. ⁸ Vide Perizonium in Minerarum Sancti, 261. edit. 1714.

⁹ Abit a re instituta Clericus. Nam Cl. Kusterus (p. 14.) de verbo Medio ἔφθεβῃ scrip. quod v. c. in hac parte, ostendit, pro μᾶλλον, e. a. locum habere potest. In quibus autem Clericus et Xenophonius si ἔφθεβῃ est Deponens, (p. 17.) quom quodam quæritur, sicut activa, contra patet. Plata Phaedon. p. 224. E. ἔφθῃ τὸ πᾶντο φθῆσαι, qui talia metuit.

¹⁰ Perquam intrans hanc esse argumentandi rationem, quo h. l. ἀρετῶν, si poterunt iudicare ipi, quibus non molestum fuerit Cel. Kusteri Dissertationem perstruere. Namque impossibile prorsus esse, ut in his dictionibus omnibus, in quibus Media regunt Accusativum, præpositionum quom subauditas, tot tamque clara exempla tantum; quo tandem mallem evolvi, quam hie repeti. D.]

¹¹ Sed in vide, quo p. 55. contra diximus. ¹² Id est, parare se, instruere se ad pugnam.

¹³ Παρασκευάζειν, quo pro Activo habetur, fateor, me ignorare. Medium quidem contemnit esse Cel. Kusterus, sed hoc ipso in- tamen non regit, ἢ παρασκευάζεσθαι etiam esse Passivum. Contrarium apparet ex variis Dissertationibus ejus lectis: quo non est, quod subauderit. D.]

¹⁴ Quae Vir doctissimus de φεβῆσαι tradit, etiam, quod ad Passivum spectet, possunt admitti, non immerito tamen dubito, an idem valde de Medio. Nam ad Passivum omnino requiritur haberi. Vid. de hoc ipso verbo Verba Media N. F. ubi plura. D.]

credendū, immutata in hoc verbo locutionis eandem, quae modo in *ἐπιβίβω*, eluxit, causam sibi vindicare locum. Ex eadem divinatione hic duco consecrarium; has dicendi rationes in Thucydidis historicis frequentatas παρασκευάζον στρατιῶν, στόλων κ. τ. λ. ἐλλείπει includere, ac verbum illud passive accipiendum esse. Equidem alio libensque fateor, me haud unquam istud verbum in notata ab Henr. Stephano legisse constructione: at nemo in hoc doctissimo viro accuratorem desiderandi causam habebit ullam. Sed si qui eum aliquid finisse credant, hi, meo quidem iudicio, erunt fere, quorum acceptae opinioni haecce construendi ratio adversatur. His addo, in Xenophontis Hist. Gr. Lib. I. similem ejusdem verbi reperiri significationem: παρασκευάζωμενος ἕως ἄν τιναμάχης. Nemo enim nescit, particulam αὐτάρ, quem sibi comitem adiunxit, causam sub sua non habere potestatem, sed regimen istud a quadam occultata pendere praepositione.* Equidem verbo ἐπιβίβω, eandem vindicare originem sustineo. Est hoc|re quoque ipsa passivum, quod ob eandem rationem causam sub subijcti imperio. Nemo erit, qui hoc in dubium vocet, si ponderaverit secum, istud idem verbum in tempore quadam passivum eundem plane, quem in Mediis habet, retinere sensum pariter, atque constructionem. Platrenses apud Isocratem, p. 298. edit. c1010x c1111. interprete hoc oratore: 'εἴ ποτε quidem,' inquit, 'expositionis rerum acturam longius immorari, non video, quorsum attineat. Quis enim ignorat, Thebanos et agrum nostrum divisisse, et urbem eversione? τίς γάρ οὐκ οἶδεν, ὅτι καὶ τὴν χώραν ἡμῶν καταστρέψαται.' καὶ τὴν πόλιν καταστρέψαται; Vid. Kust. n. 67 et 68.

VIII. Ultimo denique loco ipsa variatio, quae nihil unquam jucundius excogitari potest, verba activa in passiva potuit convertere. Sunt certe res, quas ob hanc unquam aversamus causam, quod pervulgata nimis, ac in medio posita sunt: alia contra sola nobis novitate probantur. Hoc si qua in re, in locutionibus maxime, obtinere, dubium erit, opinor, nemini. Quod si vero etiam genuinis illius commutationis causas ignorarem, illa tamen nihil secius suo niteretur fundamento.

IX. Primum quidem Deponentia, in Latino sermone usitata, origine sunt passiva, et in his quaedam ejusmodi sunt, ut quom naturam suam non plane exuerint, in antiqua significatione adhuc inveniuntur. Non igitur video, quid subit causae, cur non in Gr. ling? idem fieri possit? Nos dicimus, in Lat. ling. Deponentia origine passiva esse, eo quod eorum sibi terminationem vindicant, atque in his haud sane pauca extant, quae, praeter terminationem, sensum etiam cum passivis habent communem. Hoc autem utrumque in verba quaedam Graecorum quadrat,* quae Media velus appellamur. Etenim, ut jam de Praesenti et Imperfecto tantum discipimus, utrimque temporis hujus terminatio in Medio eadem, quae in Passivo, esse solet; et nemo erit, qui necium se conjungat, utrumque tempus ad actionem non minus, quam ad passionem, designandum adhiberi. Ita vero, erunt, qui sciant, verba, quae passivam sibi subjectam habeant notionem, in passiva etiam forma esse; contra vero ea, quae actionem designent, in Medio esse, non immerito censeri. Haec ita faciam satis. Primum hoc est aliquid pro non amplius controverso ac fixo sumere, de quo adhuc quaestio, atque sub iudice lis est. Quidnam enim illud est, de quo hic oritur quaestio? In eo nimirum elaborabimus, ut scite nimir, nam apud Graecos status verborum tertius, idemque ab activo et passivo diversus, revera detur? De-

* Nos vero plerumque fecimus, nervis et artibus totam cavere suspensionem.

* Nemo est, quin, etiam me tacente, perspiciat, verbum hoc Medio-activa hic forma valere.*

* Hic Aor. I. Med. Ver. potestatem hic habet verbi Media, hoc est, recipiam; qui passiv? esse ad primum navale. Sic ἐπιβίβωμενος ἕως ἄν τιναμάχης, Thucyd. II. lib. p. 154. Ubi alii eod. παρασκευάζωμενος.

* Ego vero haud recto, quoniam hic subandiam ut praepositio. Namque praepositio est expressa, et sic venuste abundat. Conf. Cypri. lib. I. p. 19. l. 50. Nonnulli habet formula frequentans legitur, quam in Psalms, maxime vero in Ariano; unde plerumque exempla Epistolae excerpta. Act. viii. 14. ubi scriptum est, sic ad mare, legitur. Eadem duplex vocem scilicet, ad in Thucyde frequenter occurrit, ut paulo ante, et p. 154. ἕρπυλλας, refectibus nave, et in ἐπιβίβωμενος, ad navale primum concurrendum.

* [Nihil proficit Cl. Auctor, quando ἐπιβίβωμενος ex hac causa pro Medio non vult agnoscere, quia perfectum Passivum eodem sensu eandemque constructione possit haurire. Etenim, quod jam saepe est incutendum, non est verbi terminatio, sed significatio hae in causa respicienda. Nec hic in prius praerogativam est, si passiv? expositio verbi hoc hauriat, obsecrum iude fieri sensum, qui a nemine, nisi qui eodem sit, qui doct. auctor, acumen praedit, intelligitur. Vellens addidisset praepositionem, quam hic evadit subintelligentem. Ego enim esse hoc sive activi, sive quocumque aliam subandiam, nullum invenio sensum, qui aptam rem se ferat sententiam. Ceterum hic nominandum dico, Media Graecorum, qui eorum Perfectum et Plusquamperfectum semper vel Active vel Passiv? amittunt, ad hae compensanda accipere et quod mutari haec tempora a Passiv?: id quod immunita possunt exemplis confirmari, nisi jam esset a Cl. Auctore quodam modo demonstratum. Vide si placet de verbis Media N. P. v. hergetus. D.]

* Hae forma est ex praeterito passivo ducta, quod vim Deponentia habet. Cl. Kusterus vero de forma vere dulia loquitur. Sic Thucyd. lib. II. p. 110. ἀναστράφηται, inter se partit. Clericus igitur id relinquat, de quo quiritur.

* [Jam ad S. in. hanc Cl. Viri sententiam, quae Media Graecorum et Deponentia Latinarum, idem vult valere, refutavimus. Quare hic nihil addam, nisi Auctorem sibi ipsum non constare de indole verborum apud Latinos Deponentium. Nam superiore S. III. Deponentia scribit esse, quae significationem habent Activam, terminationem vero Passivam. Hoc autem Deponentia ipsa sunt verba, quae desinant in er, nec habent Activum, quocumque demum sensu aut significatiōnem assument. Atqui haec ipsa est sententia, quae in nostra hae Dissertatio nititur, ut nimirum genera verborum appellata esse ostendatur non a significatione, sed a terminatione (quasi vera in terminatione a Actio, et in terminatione er Passiv? quondam delitesceret). Obstat hinc opinio ipsa generum appellatio, Nihil unde Activum dicitur? ad agendum, quae postulat aliquam sententiam. Quis vero Passivum? nonne a patiendo? quia potius adit? aptat, ipsa fatetur Latinarum Activam terminationem comparat, ad habent significationem Activam, esse Activum, aut Passivum, Passivum. Ex quibus non solum iudicium fieri poterit de locis Cicerois et Thucydidis ab Auctore laudatis, verum etiam simul apparet, falsas esse Grammaticorum definitiones de verborum generibus non a significatione et vi vocum, sed a terminatione desumptas. D.]

* Hoc in verba Media, quibus Kusteri libellus inseruit, minime quadrat. Tempora etenim Deponentia, quae Latini agnoscunt, totum Passivum sibi subiciunt terminationem, ut vero perageat Mediationem, ut verba Graeca habent, triplici singulari sunt, et Passiva diversa. Jam vero hic locum non vi Mediae passiva, sed reciproca disputatur. Fingamus Media verba ad Passiva Grammaticae revocari posse, quae tunc illa virtutem reflexivam aut habeant, aut non habeant?

* Conf. nos ad p. 95. x. Nemo haec de dubitare potest, qui naturam Graeci sermonis perspicere tenet, in maxime, quem nativam Atticam balcei veterem minime praetercunt. Septecentum familiae nomen dedit, quem tot? exempla non dubitare velant. Sed Cl. Clericus Graecia literis nunquam familiariter sensu esse videtur.

* [Non nego, posse in adiectis Thucydidis locutionibus subandiam praepositionem: sed id esse necesse, nego, etiam si eandem, quam Vir Cl., habere sententiam de Media Graecorum. Quod enim Deponentia Latinarum Activam regunt ipsae praepositione, cur non idem faciunt Media Graecorum, si quidem, ut Cl. Auctor vult, paria faciunt? Accedit, quod prima enascitur dictione, si in omnibus, in quibus παρασκευάζωμενος regit accusativum, praepositionem quandam suppleat velis, e. g. παρασκευάζωμενος στρατιῶν si suppletur, qui quidem mens esse videtur Auctoris, per praepositionem αὐτάρ, quae inde evadit secunda? Sed si vel maxime Cl. Vir concedamus, παρασκευάζωμενος, quando regit Accusativum, illum regi a praepositione quadam emisso, hoc ipso tamen hinc vero verbo notio Media non negatur. Neque enim idem in dictis praeritis παρασκευάζωμενος est verbum Medium, quod regit accusativum, sed quae significationem habet nec Mediae Activam, nec vere Passivam, petentem ad alterum verbum Medium genus, de quo Cl. Kusterus h. l. sect. sec. Si pro quo Accusativum hinc cum Cl. Auctore dedit regi a praepositione quadam, verbum hoc nihil minus crederet Medium

pertinetiūque ad classem verborum Mediumum primam a summo Kustero constitutam. Ac sic neutra explicatio sententiae contrariae facit. D.]

* [Quod ad hanc Xenophontis locum attinet, miror omnino, Cl. Auctorem hic desiderare praepositionem quandam. Nihil quid est lei? Sed forsitan in παρασκευάζωμενος non habuit vocabulo, ut nobissem sum communiuicetiam scientiam amoretque, sic non regere accusativum. D.]

* [Duri la Lingua Graeca gens verborum ab Activo et Passivo diversum, ego quidem crederem. Nam dicitur tempore, quae ad Activum propter conjugationem, ad passivum vero propter formationem et notissem referri soquent. Dantur praeterea verba, quae praeter Activa et Passiva temporis, et praeter Activam et Passivam significationem insuper habent aliam. Ergo dantur verba, quae ut Activa nec Passiva sunt, sed tectum quoddam genus, quod Medium est a Grammaticis appellatum, constitunt. Vera haec esse, quae dixi, exemplis clarissimis comprobavit per totam dissertationem Cl. Kusterus, quibus nonnulla sunt a nobis adiecta passim de Verbis Mediae N. P. D.]

inde, qui ita statuit, perinde facit, ac si quis in hac Ciceronis sententia: *Quid agat, quomodo aggredietur judicem, non habet*, verbum aggredior in Medio poni sibi persuadeat, quod tamen in hoc alio ejusdem auctoris loco in passiva collocatur forma: *Ut a te fictis aggredietur dolis.*¹ Cujusmodi si rationes valeret, quid, quæso, facilis esset, quam, oblata quavis occasione, artem invenire, magna orationis specie nihil dicendi? Anne in hoc Thucydidæ *ἐξέρεται, πρὸς βήρται ἡμᾶς*, verbum *πρὸς βήρται* idcirco non erit Passivum, quoniam cum quarto casu consociatur? Nonne dignus esset, quem risu exciperes, si quis spondere ausit, istud idem verbum, accedente nominativo, non amplius pro passivo habendum esse?

X. Alterum causa mea: praesidium ex hac duco observatione. Esse in Græco sermone quam plurima verba, quæ, passiva facti sint, vim tamen ac regimen activorum imitantur, nemo unquam ignorat. Si ergo *επιπρονοήσεται*, et alia ejusdem generis verba, idem, quod activa, designant; hoc quidem argumento haud est, ea passiva non esse.² Hoc ita perspicuum puto, ut certus sim, de tertii verborum status inventione Grammaticos Græcos nunquam cogituros fuisse, si Aristos, primum atque secundum, et Futurum utrumque, eodem modo, atque *Præsens* et *Imperfectum*, ad Passivum revocare potuissent. Ignorantur veteres, quæ hæc tempora ratione aut a passivo aut ab activo formare deberent, indeque se coactos viderunt, quo hæc difficultatem eluciderent, tertium aliquid verbi statum, eumque et ab activo et passivo diversum, excogitare. Eisdem de causa Præteritum Perfectum et Plusquam Perfectum, quum hujus etiam utriusque analogia temporis ignota esset, ad tertium hunc retulere statum; unde exitit verbum, quod dicitur *Medium*.³ Quandoquidem igitur hic status exili nimis horum formationis temporum cognitioni, qui imbuti erant veteres, suam unice originem, et suam propagationem illi debet consuetudini, quæ nihil solemnius viris est literatis, quam ut antiquorum hominum insistant vestigiis, etiam de eo nondum compertum habeant, an rem acu tetigerint: satis mihi ad eum e medio tollendum erit, verum horum analogiam temporum enodasse. Nihil jam intentatum relinquam, quo istud cum cura conficiam negotium, quum in hoc ipso ejus, in qua versor, opinionis cardo vertatur, ut vincam, hæc esse vera passivi verbi tempora.

XI. Prior, quam de rebus nobis concipimus, idea hæc est, quod existant; altera, quod aliquam habeant qualitatem. Lapis, exempli gratia, existit; habet ille gravitatem, duritiam, et reliqua. Hæc idea ita sunt simpliciores, et illi pariter generales, ut in quaque re inventiantur. De nulla re loquendi nobis fit copia, quin hæc illi aut attribuenda, aut deneganda sint. Prima, quæ de re quavis ferimus, judicia eo valet, ut eam aut existere aut non existere, ejusmodi habere aut non habere proprietates, dicamus. Hinc efficitur, ut primi termini, qui, ad hæc exprimentia judicia, inventi sunt, verba esse et habere fuerint. Sunt hæc magno in linguis usu, quibus hodie in Europa utimur: et Gallica in primis in omnibus verborum conjugationibus formandis eadem usurpat. Est ad hæc re proposita sequitur, explorare, num auxiliare verbum *εἶναι* penes Græcos ita formaverit conjugationes, quem ad modum in linguis hodie multis fieri solet, quæ in usu versantur. Hoc mihi sufficit, quod nulla recte quidem rationi probata in medium proferri queat causa, cur negandum sit, verbum substantivum hoc apud eos inique usum fuisse. Namque id, quod hodie *Verbum* nonnominans, nihil est, si originem consideres, aliud, quam compositum quadam ex hoc verbo et aliquo adjectivo inter se conflatis exorta. In Gallica quidem lingua verbum substantivum semper antecedit adjectivum. Hic ordo est nature conveniens; etenim qui aliquid tale sit, necesse est, ut illud esse ante concipiatur. Verum quoniam positione non nunquam inordinata nobis ardeant, Græci nature ordinem non sunt secuti, atque hoc verbum post adjectivum collocarunt. Quod quum se ad illud immediate referret, non potuerunt sane, quin in ipsa pronuntiatione hæc declararent relationem; unde confusio postea quadam nata, et ex duabus vocibus non nisi unicum exitit verbum. Extant hujus antiqui usus clara in Latino sermone vestigia, ut *Leg-eram, Leg-eras, Leg-erat, amax-eram, amax-eras*, atque alia ejusdem generis. Græca quidem lingua multas subit mutaciones; ita est profecto: ad luculentas tamen ejusdem rei in ea quoque remanserunt vestigia. Hæc ejusmodi habet verba, quæ tertiam pluralis Præteriti Perfecti Passivi personam, non, nisi verbo *αἶναι* in subsidium vocato, formant, ut *τόστα* facit, *τετταμέναι* sibi, *ἔσται*, *ἀδελφύων* sibi. Plura ejusdem indolis verba de industria tacita prætereo, quippe quæ commemorare nihil attinet. Nec Futurum secundum dialecti Ionica, *τις-ται*, tam alienam subit commutationem, ut non manifesta somnibus conjunctum cum verbo aliquo conflati vestigia in eo eluceant. Sicuti communis *βαλλετο*; in Futuro secundo *τις* et abjicit, ita Ionica tempus istud per resolutionem fingere dicitur.⁴ Accurbiat ista loquendum foret: Iones suum hoc ita formare Futurum, ut pauciores, quam vulgares dialectos, abjiciat literas. Hæc ex *τις* et *τις* et *τις* e medio sustulit, Ionica vero, præter *τις* et, nihil.

XII. His jactis fundamentis, majorem certe analogiam in diversorum hujus linguae temporum formatione licet explorare, quam in vulgaribus grammaticis præcipitur libellis. Hoc, exempli gratia, inde perspicuum fit, omnium Futura verborum sibi aliquo flagitare: patet etiam ejusdem rei ratio. Sunt illa unumque adjectiva cum verbo juncta substantivo; unde ex hoc suam petunt formationem. Illud ergo quæ e habent, verba, quæ hinc orta sunt, eandem sibi literam non possunt non assumere. Hoc quam verum sit, ipsa verba, *αἶ, μ, ν, σ*, declarant, quippe in quibus et olim obtinuisse, Poeta testantur. Quoniam vero hæc litera, cum ipsorum characteristicæ consociata, sonum efficeret duriores, hujus emolliendi gratia, illa sensum paulatimque suppressa fuit.

¹ Prician. Lib. viii. p. 792.

² Recte sic judicari homo carum verum peritus: Aggredior hodie Deponens est, quod idem Passivum facit. Ad dic, quæso, mihi, Clerice, quo modo istud hæc pertinet? Verbum Remissum Aggredior secunda quidem mutavit, non autem formam grammaticam. Græca vero Media verba, quæ vere Media sunt, hinc habent a Passivis, si plerique tempora spectes, alienam, namque ob causam remissam quoque aliam. Rides hic Kastnerum, quæ in ejus non cadit personam. Tu vero unce ipse cavens, velim, ne te tibi præsentem ostendas.

³ Auctor hic attulit Maberil, recentissimi comediarum scriptoris, verba ex Comædia *Le Misanthrope inscripta*, p. 797.

Par semblables raisons, on trouveroit toujours
L'Art de ne nous rien dire, avec de grands Discours.

Ubi priorem verum, qui in Comædia ita se habet,

C'est un parler étrange, et qui trouve toujours,
palsiper immutavit. Non autem, verba nostris nō, sententiam carminis exprime de hominis.

⁴ Carissime hic sententia, de qua ad sectionem superiorum est dictum, exponit Cl. Auctor, quæ genera verborum credit esse summatim a terminatione: quod quam sit absurdum, ibidem est ostensum. Quod vero Vir doctissimus affirmat, verba Græcorum Media ex ignorantia orta esse, miram ipse proderi mihi videtur ignorantiæ, vel s. maxis, arrogantiam. Falsum enim est, quod genus verborum Medium sibi est a Grammaticis Græcis inventum, quia ignoravit temporum istorum formationem, sed quia videlicet, hæc tempora Media et Actionem et Passivum deservit: quæcum sagax indolis verum, tantum abest, ut vere perspiciat, ut potius abbreviaverit a vero, quando ea crediderat nunc Actionem, nunc Passivum sonare, quam, ut Col. Kastner dicitur *εἰρηλῆναι*, et Actionem et Passivum sibi significat. Vid. a. xviii. D.]

⁵ Latine idcirco Grammaticæ artis magistri præconantur. Diversa enim tempora locum diversum dant conjugationi. At vero et significatio diversa in verbo cadit vere Media. Quare digna fuerunt, quæ a Passivis secretarentur.

⁶ Novæ. Meth. p. 174.

aqualis esse reperitur, quo, quæso, fundamenta qualitas aliqua unius magis, quam alteri, attribuetur? Affirmat Cl. Kusterus, verba, quæ ipsi Media videtur, vim activam cum passiva mixtam, seu inter utrumque medium et interjectam habere; negat contra, ea, quæ verbis veris Mediis ipse quidem eximat, ejusdem virtutis esse. Darem ei hoc utrumque, si modo, verborum naturam Mediorum in hac vi reflexiva consistere, extra liam possis. Dum vero istud assumit, et in causæ suæ commodum trahit, quo hæc verba ab illi, quæ eandem tantummodo terminationem habent, distinguit, in eo quidem vitii postulandus ejus erit, quod petitionem principii artis ratiocinandi doctores appellant.

XIX. Si verba omnia, quæ Media videtur esse, ea reapse non sint, usum verborum vere Mediorum nec omnes Græcæ auctoritæ perscrutari habuerunt, nec observarunt. (Præf.) Non de Patribus, non de iis auctoribus, qui Græcarum literarum mediocriter periti fuerunt, vir loquitur egregius. Hi enim, si exactiorem terminationum proprietatem aut ignorassent, aut non satis curate attendissent, id quidem mirum videretur nemini. Verum Strabo, Diodorus Siculus, Plutarchus et Elianus, id sunt, quibus hujus vel negligentie vel ignorantie dies ab eo dicitur. Hi enim activa et Media verba promiscue usurpare solent, nec his plerumque alio, quam Latini Deponentibus, sensu utuntur. Largiamur hoc Cl. Kustero non inviti. Sit ita, hos auctores pro recte loquendi norma habendos non esse. At vero Homerum, Hesiodum, Herodotum et Hippocratem, totam venustatem ac proprietatem linguæ suæ dictionum aut ignorasse, aut, si eam cogitatum habuerunt, consilio neglexisse, id quidem ejusmodi est sane, ut non facile sit creditum. Verum apinæ isthæc forsitan triticaque sunt, et, si quid vilis istis, hæc igitur missas quoque faciamus; demus hæc etiam viri eruditio. Datæ his adeo liberaliter, quo, obscuro, nova si inventione civitatem locupletat literatam, et quam, dicæ quæso mihi, late patent dissertationis de verborum natura Mediorum elaboratae limites? Primum ea, quæ tradidit, præcepta, ad Media verba non pertinent omnia; id quod modo vidimus. Deinde hoc mysterium, quod quidem, si Grammaticis ignotum fuerit, nulli miraremur, tot veteres pariter ac recentiores aut ignorarunt aut neglexerunt auctores. Soli Attici verborum Mediorum genuinum usum ac propriam naturam tuiti sunt. Haud scio, an sensum indicis, quo insinuat est dissertatio, aliter fortassis, atque res ipsa flagitat, capiam. Verum ea mihi plus significare videtur, de vero Usu Verborum Mediorum apud Græcos, eorumque Differentia a Verbis Activis et Passivis.

XX. Ipse quidem mihi persuadeo, Cl. Kustero non hoc propositum fuisse, ut diversimodè Verborum Mediorum et Activorum usum nos doceret; sed ejus eo valere consilium, ut naturam prorsus enodaret, ostenderet, et non usum tantum, sed propria etiam natura et indole, alienam ab Activis⁴ significationem induissem. Quæ si vera sit doctissimi sententia hominis, ut esse videtur, ab eo veniam aliter hic sentiendi me confido impetraturum.

XXI. Non est, ut vere dicam, probabile, terminos eo unice consilio inventos esse, ut res aliqua exprimat, quæ per primitivum pronomen longe facilius significari possit.⁵ Usus potuit fixum jam confirmatumque verbi statum ad actiones reflexivas designandas convertere, antiquam ab eo virtutem arcedo. Eandem autem idcirco inventum esse, id quidem tanto minus videtur credibile, quo plures sese offerunt occasiones, ubi non est necesse, ut hæc reflexiva acti discrete designetur. Hæc ex eo, quod antecedit et consequitur, et ex natura subjecti, per se ipsa satis evadit perspicua. Sæpius nam accidit, ut ea non expressa legatur: tunc ille, qui verbum *ἐπέστησε* iis in locis eandem propria sua significare potestatem contendit, proprietatem illi vindicat, quæ plane destituitur. Amne ex eo, quod verbum *κοινοῖται*, sine pronome primitivo, apud⁶ Sallustium subjectum in se ipsum agens sæpe designat, concludendum erit, istud natura sua sensum continere⁷ reflexivum?

neget, ut omnium verborum notitiam, sic etiam Mediorum indolem ac naturam esse ex Græcis auctoribus, et in primis Atticis discendam. Nam quæ hæc in colloquiis et sermonibus quotidiano explicaverit, indigne amplius grati sit veracitati, nihil nobis est reliquum, unde eam addicere quoque, præter auctores, qui hæc ipsa lingua libros conscripserunt nos. Ex his vero quæ constat, ut satis est a Cel. Kustero doctum, verbis illis, quæ nec Activa per conjugationem, nec Passiva per conjugationem, et constructionem esse possunt, eam subesse vim, quæ Actionem reflexivam, seu Actionem cum Passione mixtam præ se ferat, facilia erit ad alterum, quod libito possunt, et responso et probatio. Differunt enim verba, ut jam docuimus, Media ab Activis et conjugatione et significatione, et Passiva vero per formationem et notationem etiam constructione. His præmissis, terminus illud monentem per se patet, ea esse verba vere Media, quæ ab Activis et Passivis non magis conjugatione et formatione, quam significatione et constructione diversa ex auctoribus perscrutantur. Quæ de causa recte a Cel. Kustero verba illa, quæ formam quidem, sed non vim Mediam habent, et quæ similia sunt Latincum Deponentibus, pro vere Mediis non agnovit; vid. ad S. III. et X. Nam mea quidem sententia ad verbum vere Medium requiritur, ut habeat Activum et Passivum, a quibus per sensum reciprocum distinguitur. At hæc ipsum est, quod a doctissimo Viræ tanquam pura patra patris principii rejicitur. Sed aliter se rem habere, ex eo apparet, quod Auctores præbentissimi, ex quibus hæc in re iudicium esse faciendum modo mihi adstruunt, in tribuendo verbis hæc Mediis sensu reflexivo adeo sunt constantiores, ut vi summa item et alterum locum in contrarium observes, quæ contra pro sensu reflexivo vel eorum possit loca advocari. Nec desunt rationes, quibus confirmari potest, ad verba vere Media requiri actionem reflexivam. Nam Activum indicat Actionem, Passivum Passionem, Medium vero quid? Num aliam Actionem, alias Passionem, qui communis est Grammaticorum error? Refragatur sensus horum verborum et optationum quæqueque scripturam auctoritas interzest. Quid ergo? Quod jam dixi, Actionem et Passionem simul, seu Actionem cum Passione mixtam, Tertium non datur. Quocirca omnibus his in sequentibus acti conquisitis exemplis Cl. Auctor pæli proponit amplius, quam verum esse, quod dixi conveit. Nulla regula sine exceptione. Cel. Kustero indolem verborum vere Mediorum in locum protrahit, propositus de his regular, quæ nam pat exceptionem demonstravit Cl. Auctor. D.]

[Adhæret summo Kustero aliquid, de qua fortasse se per somnium quidem cogitavit. Nam ubi quæso affirmat, hæc recentiores indolem verborum Mediorum ignorasse? In adducto præfatione loco nihil habetur, ubi illas in subsistenti verba Media ab usum veterum Mediorum et probatissimum scripturam, qui soli pro recte loquendi norma habendi sunt, interdum doceret. D.]

[Prodit se hic Auctoribus libro, carpenti, aliorumque labores extenuandi. Scientia, quæ Cel. Kustero in Dissertatione cum publico communicavit, non exiguo esse utilitatis in investigandi verborum Græcorum notitionibus et in sperandi eorum casibus, idque ipse veritatis vi compulsi non potuit dissimulare S. I. Et quæ quæ ante Virum summum docuit, naturam verborum Mediorum sitam esse in Actione reflexiva? Eam enim, qui adhibetur, non sunt pro vere Medii, ut sensus sunt confirmatio, habenda. D.]

[Ignorasse hæc verborum Mediorum naturam perquam multos, tantum abest, ut Cel. Kustero sit deccari, ut id ipsum summa et gloria cedat ac laudi. Nec novitas hujus doctrine odium illi apud quemque conciliabit, ubi qui omnes despiciat, et doctum pro se putat neminem. Sed quis non videt, ex invidia, assida laudis et virtutis comite, hæc proferta esse amia? D.]

[Etiam alienam a Passivis. Exponit Cl. Kustero vim verborum Mediorum primam et naturam, quæ in multis adhuc superest, quamque tot insinuat exempla, cum a ipso, tum a Kustero in primis, in medium prolata. Nullus est veter scriptor, qui notitiam reflexivæ, Media verbi proprie, locos continet idoneos. Verum Attici digni sunt, quibus palma decernatur. Ipsa sæpe numero necessitas eruditum cogit interpretem, ut verbis Media vim adiecti recipiamus.

[Præf. quæ tam significatione, quam natura et indole, a Verbis activis et passivis differunt?]

[Cur autem non? Cur per pronomen id facilius sit? Hic duo voces recipiuntur. Hic una. At vero utrumque rationem Atticæ interdum probat elegantia. Ovis Cl. Clericus rem ignorat, dicit: Non liquet. Insuper repetit etiam Cassianum illud: Cur hoc?]

[Vid. Ballast, edit. Jos. Wasse, p. 29.]

[Nemo alie subducit rationes. Omnes novimus, se subaudi. Hæc verbum præbet exemplum activi, vel passivi vel reciproce usurpati. Similia activa nec Græci desunt. Tu vero hinc minime coges, verba vere Media idcirco vi reflexiva orbanda esse.

[Perquam videri veri simile, verba vel potius verborum cum actione reflexiva exprimentis fuisse inventum, vel lingua Græca testatur, eorum conjugatio Hippocri summo sensu est reciproca. Cur non sit eadem ratio linguæ Græcæ?]

vid. Auctoris S. ix, præsertim quam in loquendo anare brevitate solentius. Latine cum Græcis non esse confusenda, jam sæpius est dictum. D.]

XXII. Cl. Kusterus annotavit, ἀγρευτά γυναικα dicendum: quo ille loco eruditum simul, honoris ergo, appellat hominem, qui in indice Eliam ἀγρευτά γυναικα locavit. Observationem hanc esse optimam, æquidem haud abnuo: consecutionem vero, quam inde ducit, nego valere. Nam si dicunt Græci ἀγρευτά γυναικα, non vero ἀγρευτά: id quidem argumento haud est, prius illud vim habere reflexivam, quæ careat alterum; usus hoc voluit, quem absolutum ejusmodi verum magistrum esse, constat inter omnes. Cui rei locutio, λαβείναι γυναικα, documento erit. Menandri Fragmenta:*

Ὅστις γυναικὶ ἐπιλέγειν ἐπινοεῖ λαβείναι, πλουτοῦται, κ. τ. λ.

Quisquis uxorem patiorum bonorum heredem cupit ducere divitem. Etiam, si analogia minus concederet, ut ἀγρευτά dicitur, eadem quoque φέρειν, λαβείναι γυναικα, interdiceret.¹

XXIII. Non est, cur pluribus ostendam verbis, quam parum cogitata et meditata hæc sit opinio.² Nam licet ipsa Cl. Kusteri verba, hæc ejus esse sententiam, neminem non dubitare prohibeat, certi tamen esse possumus, ipsum non nisi hoc sibi velle, ut verba Media, secundum verum apud Atticos usum, actionem denotent reflexivam. Affirmat hoc, in plurimis disputationibusque locis: et, quoties cum viris Parisiensibus eruditissimis versatur, eodem modo suam interpretatur sententiam. Nihil fingo: rem habeo exploratam. Hæc ne vero inventio, his angustiis inclusa terminis, omni erit major exceptio? Hoc demum illud est, in quo nunc explorando multi erimus.

XXIV. Initio erit hoc notato dignum: plurimas inveniri φέρειν, ubi subjectum, etsi a grammatica discedamus arte, et sensum modum generalem, quem rei; de qua sermo incidit, natura postulat, consideremus, ut agens æque, ac tanquam patiens, concipi potest. Id quod tum demum evidentiis experitur, si qua nobis lingua in aliam convertenda offertur; nam sæpius forma activa, et reflexiva, ea, que in sermone, qui in alium veritatem, passivè dicuntur, reddere cogitur. Brutus scripsit ad Ciceronem: 'Ut utrumque me præsistorum spero, ne aut Ventidius elabatur, aut Antonius in Italia moretur.' Si elabatur? gallice reddendum, conversio non nisi hæc, l'échappe, locum haberet; atque ita Ventidius, in conversioe, agens erit, quem tamen sub passiva forma sermo proponit Romanus. At nemo tamen unquam elabatur pro tali habuit verbo, cujus natura in missione quadam actionis cum passione consistat. Ad statum igitur cujusdam verbi evidentiæ ac certius corroborandum, non satis est, ut ejus notionem certa quidem ratione liceat exprimere: urget etiam necessitas, ut natura subjecti, antecedens item et consequens, illum exprimens modum ita figant ac definiant, ut alia conversio, sine contritione, neque adoptari. Jam æquidem assum adseverare, in omnibus, quo Cl. Kusterus excitavit, veterum auctorum locis, subjectum, ad quod verbum spectat Medium, optime, et sine ulla torsione, ut concipi posse, ut de reflexivo sensu ne cogitur quidem.³ Nunc quaedam recensere exempla, que inibi prima incident in manus. P. 6. hinc Xenophontis citat locum: οἱ μὲν γυμνασάμενοι, καὶ χροιάμενοι, οἱ δὲ καὶ λουθάμενοι παράλλοι: quem ille vult hinc in modum converti: Qui se exercuerunt, qui se lavarunt, et qui se unxerunt. Nihil autem horum necessarium censeo, nec quidquam impedit, quo minus hæc tria verba pro passivis habeatur, eoque nomine per exerciti, loti et uncti, convertantur.⁴ Sicut quidem priora illæ voces non satis latine; et in autem utendum erat, quo ejus, quod mente volumus, ideam daremus. Verum quidem est, eos, de quibus Xenophontus loquitur, senes exercuisse, neque fuisse alios, qui eos exercerent; at ideo tamen hinc non sequitur, ut γυμνασάμενοι per se valeat actionem subjecti reflexivam denotandi virtute. Id sibi esset, idem de hoc verbo statuendum foret, in passiva forma collecto; id quod ridiculum esse videretur.⁵ Namque tunc illud item significat actionem, que in subjecto manet, verum hoc non aliter, ac si passione subiret aliquam a verbo, visitur. 'Præterquam quod necesse est,' ait Isocrates, 'discipulum eloquentiam studiosum ab ingenio non destituit, diversos etiam orationis variandæ modos nosse, et in illarum usu sese exercere necesse est — καὶ δὲ τὸν μαθητὴν πρὸς τὰς τῶν ἑστῶν ἡμῶν λέξεις, τὰ αἰὲν εἶδη τῶν λέγων μαδίαι, πρὸς δὲ τὰς χροιάς, αὐτῶν γυμνασάμενος.'⁶

XXV. Nec locus Æschini, quem p. 10. excitavit, majori valet pondere: στεφασσομένους καὶ λουάειν ἐπέθην λαβείναι, ἰσοδύναται. Nonne στεφασσομένους pro coronatus (a se scilicet) ac per, quam se coronasset, pari convertitur facilitate?⁷

¹ Unus igitur privativam dicit Clericus, non naturæ verborum Mediorum potestati. Cur vero? Quia sic vult, sic jubet. Vis verbi Medio dicitur in hoc quæsi nulli ambiguitatem, que in ἀγρευτά inest. Ergo et reflexiva in verbo inest Medio ἀγρευτά. At λαβείναι nullum aliud habet verbum, ad quod referri cogitur, sed varietati servit exalite. Nullum autem aliud hic offertur verbum, quod ambiguitatem pariat. Sæpe dicitur, et sponsum λαβείναι. Neque illa ambiguitas in hoc est phrasæ; et hinc γυναικα, Luc. XIV. 35. Conf. Apollodori. III. c. 5. §. 6. init. p. 166. γυναικα --- ἦθη, dicit Theban uxorem. In hoc γυμνασάμενος, dicit in exercere ad alio, apponitur. Qui non verbi venustate haud caret. Vid. Pollux. T. I. L. III. c. 3. p. 298. ed. Amst.

² P. 25. edit. Clerici.

³ Frustra hic analogia ἐπὶ λαβείναι et ἰσοδύναται arguitur. Exemplis pro contrarium dicitur. Auctor, ἄγρευτά dixisse Græcos patiora. D.]

⁴ Fundamentum hujus sententiæ est constans ac tantum non perpetua probatissimorum Auctorum Græcorum loquendi ratio: id quod ipse Auctor ipse citat de ἀγρευτά γυναικα necesse habuit confiteri. D.]

⁵ Ep. Fam. Ep. IX. Lib. XI.

⁶ Elabatur non est passivum, sed deponens verbum: ut Gallorum s'élappe, reflexivum est, et hoc sicut aut dem Staube gemacht. Quid vero hæc vicerit, nisi di-similitudinem figurarum, de qua ipse Clericus in critica disputavit arte?

⁷ Vellet ut Cl. Auctor id, quod affirmat, de plerisque exemplis, que pro stabilenda sententiâ sunt adduxit Cl. Kusterus, compræhenderet. Sed cor id non sit factum, eos hæc ipso F. intelligit, ubi quidem de γυμνασάμενοι, quod ad rem, cum Cl. Kustero consentit. Nam quomodo illud quod Xenophontis citat locum, qui se exercerunt, et in alio, a quo minus exercerunt. Actionem reflexivam a Cl. Kustero hoc verbo probatum agnoscit ipse, sed quomodo hoc verbum dicit Passivum quod ex ipso non passivum? (F. ipse sibi non constat, aut quod actio sit reflexiva ignorat. Ea, quo hominem perducit sententiâ, que genera verborum terminatiõe mutatur. D.]

⁸ Possunt, atque adeo debent, verba hæc Latine sic reddi. Inopin enim Romanus linguæ hoc convertit, ut passivum exprimat verbum Medium, sive activum cum pronominè recipiendâ. Justin. 13. 2. 3. Ut et aliquis se submitteret. Val. ibi. Verstinus p. 32. 4. Codd. antiquiores typis expressi pro se submitteret, habent, submitteretur: quod ipse Gossinus putat. Sic Latini dicunt Lavari, pro lavare se, exerceri pro, exercere se, provolari pro, provolare se, et similia alia, que in lib. de Latin, vulgo fæte neglecta collectis Varionis. Justin. 14. 4. 3. obtinuit estis pro, obnoxistis vos. Sic 5. 10. 11. At in 3. 10. ipsum legitur obstringere se. Justin. 23. 1. 8. sine viate, quam indoretur. Cod. MS. testis Hungarico, qui induleretur, pro indoretur se. Idem 31. 6. 6. armare se militis suos jubet. — Editio Justin. teste Grævio, armati habet, quod fortassis et rectum. Nam Romani dicunt pro armare se, et armari, pro lavare se, lavari, et exerceri pro, exercere se. Codd. Verstinus, p. 121. Add. p. 90. 109. 116. et alibi. Idem vii doctus p. 64. hoc refert et ἐνομασθήναι (p. 42.).

⁹ Quin potius ridiculum foret, verbum, quod Actionem cum Passione mixtam sonat, pro passivo habere. Auctoris locus vel Passivè vel Medio potest exprimi. Passivè si accipiamus, notabit a præceptore exerceri; sin Medio, se ipsum exercere. Non Aristoteli Passivum hæcæ assintere vult, Cl. Kusterus in V. ἐπιλέγειν probavit, quibus non quædam ambiguitas de verbi Medio. N. F. voce dicitur. Hæc tamen Passivum præferens, quomodo dicitur, quælibet significatur, non tam ipse exerceret, quam a præceptore exerceretur. Sed manavit hæc confusio ex seipso jam notata sententiâ. D.]

¹⁰ Et copiosa fiat Græce divisa linguæ dictio, passiva etiam tempora quædam vim habent reflexivam. Hæc vero haud sequitur, cum vim Medii verbum proprium et nativum non esse. Istud vero Kusterus ipse jam dedit. (p. 59. n.)

¹¹ Falli se falleris, vii doctæ. In vee coronatus ambiguitas inest. Nam potest illa significare coronatum, a se, vel ab alio: hæc autem verbum, quomodo se coronasset, de medio illa sine mora tollit.

¹² Quanta sit, quod ad sensum, differentia inter coronatus a se, et quomodo se coronasset, fallere, me non capere, in utraque quippe est Actio cum Passivè mixta. Quam si hic æque non vidisse Cl. Kusterum putat Cl. Auctor, quam se ipsum, ac suo eoque judicat ingenio. D.]

XXVI. Verbum *Κέρταται*, de quo Cl. Kusterus p. 11. s. agit, paulo remotior a Passivis natura esse videtur. At si origo ejus spectetur, facile patet, istud etiam Passivum re quidem vera esse, ejusdemque primam, quam origo poscit, significationem haud esse, me percuto, ut ille vult doctus homo, sed, percutor. At, quam effectus naturalis ac poëte necessarius percussionum sint querimur, lamentationes et lacrimae, vox haec postea idem ac conquiri, plorare, etc. coëpit denotare. Id mihi volo, verbum istud a significatione causae translatum ad designandum effectum: quia quidem re nil utilitatis est, ac, si opus foret, aliarum exemplo linguarum in proclivi nobis esset extra omnem collocare dubitationem.

Quum hic, pantomimos aliquoties commemoraverim, eos paulisper describam, illis, qui hos antiquos ignorant homines, aliqua ex parte gratificatorum. Ex eo hi ducebant nomen, quod artificioso corporis motu omnia propemodum imitarentur. Tanta vero eorum saltatorum erat dexteritas, tantum in artificio suo vis et facultas; adeo omnes adfectus expresserunt, et res gestas et fabulas factas oculis quopammodo subiecerunt, ut, tacito corporis motu, cujusvis elegantis poeta; vel historici facundi eloquentiam prope adæquarent. Quocirca dicitur Barbarus, quum ad Neronem Imp. legatus venisset, et pantomimum saltantem spectasset, emissimis a Nerone precibus contendisse, ut sibi aliquem daret hujusmodi saltatorem, quo per eum cum finitimis, gentis suæ linguam non intelligentibus, loqui posset. Artifices illi, etsi vultu, oculis et statu corporis, motuque res ob oculos ponebant, plerumque tamen significabant manus, χερσίνων, eo nomine, hoc est, manibus sapientes, a Lesbosæate Mitylenæo appellati. Quid? quod Demetrius, philosophus Cynicus, quum

¹ Epigr. Gr. lib. i. Epigr. Ixix.

² Vid. cum Opera Latina, et in his Dissert. in Pisana Academia habitas, T. i. Diss. xvi. in Asthol. p. 42. s. Add. Ja. Clericus, dans sa Biblioth. choisie, T. xlii. n. iv. p. 27. sqq.

³ Lib. xiv. p. 674. ed. Par.

saltarem aliquando pantomimum spectaret, eo spectaculo est adeo delectatus, ut Graecis verbis exclamaret: Audio, homo, que exprimis, non solum video, planeque mihi viseris manibus ipais loqui. Artem quam laudaverit ejus familiae sectator philosophus, quae haudquamquam cujusquam studium solet laudibus extollere, magnam habuisse admirationem spectaculum, extra controversiam puto collocatum. Non eruit haec, a loco propositoque licet aliena sint, iis, opinor, lectu ingrata, qui mecum ubivis, quocumque in campo versentur, literas amant elegantiores. Dicam adhuc quaedam de hinc illis, quae in Epigrammate continentur, versibus (p. 286.). Nemo dubitat, quin *φειδῶναι τὰ τὰ*, mentiendo fallere, decipere aliquem, activum sit medium. Sophocel. *Edip. Colon.* p. 296. ed. Antw. 1579. 12. *οὐκ ἔδωκάν μοι ὄδον σε*, nihil te mentiendo sefellit. Herodian. 11. 7. 2. Julianus repetebatur καὶ τὸς στρατιώτας *φειδῶναι*, et milites mendacio delinisse. Joseph. A. 1. 111. c. xi. fin. *φειδῶναι τὸν ἄδρα*, sefellerat virum. Quod vero ad verbum *παύσασθαι* attinet, istud nunc reddo: cessare faciens se, vel desines iram. Medium etenim *παύσασθαι* est vere Medium, hoc est, reciprocum. (p. 101.)

§. VIII. Æschylus *Agam.* v. 237. *παρ' ὄδῳ αἰῶνα παρήνεις κ. τ. λ. θεῶν*, nihil æstimantes vitam castam. Pindarus *Nem. Od.* vii. 101. *παρ' ἄλλας ἔρχομαι*. Notetur hic utrumque, præter vim verbi mediæ activam, unius λέξεως separatio, τῆς αἰῶνος dicta, et Atticis haud inusitata. Illic nimirum *παρήνεις*, hic vero *παρ' ἔρχομαι* conjungendum. Hujus quidem figure sexcenta in promptu habeo exempla. Nunc vero locum Photii aliquem hinc clariorem reddere, satis habeo. Cod. cexxxxiii. p. 1121. 9. *οὐ γὰρ ἀρρήθεις τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' ἰκανὸν ἔβησας (αὐτῆν)*, non vi egressus es regno, sed tampe sponte abjecisti illud, *ὡστὶς τῆς ὑπερόπτης, κατὰ τῶν παιδικῶν (βασιλικῶν) σου τρυφῶναι βουλόμενος*, tanquam aliquis superbus contentor in regio apparatu luxuriantis voluisti. Ubi *κατατρυφῶναι κατὰ τρυφῶν* scissum, cum gignendi causa, designat luxuriant; ut Gregorius *κατατρυφῶναι τὸν λόγον*, luxuriant in stylo, dixit. Schottus hanc rem non perspexit, nec quisquam alius, qui Photio, tergumante Minerva, adesse sustinuit, omissis τὸ ὄ το μὴ, nec non βασιλικῶν in παιδικῶν commutatio, descriptorum vita sunt; quæ critica artis peritorum præterent meminem. Apud Aereopagitas, Demosthene adv. Aristocrat. p. 413. auctore, is, qui, postquam aliquem cordis postularat, mendacii convictus erat, τὴν ἱστορίαν ἰστοροῦμενος τὸς αὐτοῦ παῖσι καὶ τῷ γένει, perjurium inferebat suis liberis, ac genti universæ. Athenis, qui in capta carissimorum, ut uxoris, liberorum, jurabat, eos adducere, quos manifestior imprecatio fieret, publica tenebatur lege; quæ de re idem adv. *Coron.* p. 693. perhibet testimonium: *φασὶ γὰρ, αἱ, παρατρυφῶναι τὸς παῖδας αὐτῶν, κατὰ τούτων ἡμῶν δόξαι κ. τ. λ.* Andocides *Orat.* 1. p. 221. *ἰπποχρηστὸν εἶναι μοι πολλὰ κάραθῶ*, multa prospera mihi jurandam servanti Orati. Atticus, cum jam aliquoties citavi, orator, adv. *Timoth.* p. 604. *ἔβησας αὐτῶν*—*εἰ ἔτι βούλεις εἰς τὸ ἄσχυρον αὐτοῦ κ. τ. λ.* rogabam ipsum apud arbitrum, an adhuc servus ejus esset Æschro? Sunt hæc omnia, quæ, attuli, verba *μῆσαι*, quæ rei aoristus primus in illis hodieque usitatus argumento esse poterit. Vim autem, quam habent, activam constructo probat, quam et sexcenta alia ejusdem generis extra litem collocant verba. Sic *Lysias Orat.* xix. p. 295. *ἡξαυτῶν μὲν καὶ ἡμῶν; ἀντὶ μὴν ἰπποκρίτων ἀντιφάσεις πείθετε*, rogamus vos, ne nos, qui integra fama sumus, ignominia notetur. Quam quia ita sunt, Clerico ultro nos libenterque damus, verba activa ac media quædam, ut *ἰπποκρίτων* et *ἰπποκρίτων*, *λοδοῖος* ac *λοδοῖων*, *λίται* et *λίτασαι*, *παρασκευάσαι* et *παρασκευάσασθαι*, *βίβας*, *βίβης* ac *βίβηται*, *φολάσαι* et *φολάσασθαι*, hisque similia, ad eandem interitum rem designandam converti. Verum suo janijam loco (p. 235.) viro clarissimo satis fecimus.

§. IX. Verbum *πεφύσθαι*, quod cum quarto casu usurpavit Xerophon, nemo, nisi grammaticæ ignarus alius, mediis verbis annumerabit. Inde vero, quod passivum accusandi casum, κατ' ἑλληνικὴν προσηγορίαν δὲ, secum consociat, verba quoque media, eadem συντάξει occurrentia, ἑλληνικῶν necessario continere, non nisi invita concluditur Minerva. Plura jam eam in rem (p. 93.) disputavimus. Dicant Graeci, id quod Amstelod. sibi flagitat criticus, *παρασκευάσασθαι εἰς* vel *εἰς μάχην*, vel *παρασκευάσασθαι μάχην*, tum *φύσθαι* hæ *συνώμασι*, vel *parare* se ad pugnam, vel *parare* pugnam, Latina donanda erunt civitate. Utraque conversio a media natura verbi haud aliena erit. In *φύσθαι* autem nimis frequenter obvia si quis ubique ἑλληνικῶν confixerit, is quidem, si omnium, meum tamen, non feret punctum. Quod reliquum est, hoc simul, præterent Kustero, puto effuscis: hæc activo-media cum illis, que Deponentia Latini vocant, haud incommode comparari verba. Ego vero præterent his adjecto dictis, duplicia hæc ratione Græcorum fore deponentia. Alia etenim forma incedent passiva, ut *δύσασθαι*, *ἡσθῆναι*, *βούλομαι*, *ἰβουλόθην*, *εἶμαι*, *ἤϊόν*; alia habebunt median, ejusmodi sunt exempla adducta; alia denique utramque habebunt. Priora cum Latinorum deponentibus omni ex parte convenient (p. 154.): ultima vero inter *ἀνώμαλα*, quæ grammaticis commemorant, inveniuntur: ut *ἀλάσκαμαι*, unde aor. I. pass. *ἰλάσθη*, et aor. I. med. *ἰλάσθην*, misericordiam exercui, derivatur. Rectius dicam: copiosa oratio flagitat tempora diverse formæ: ut, *δύσασθαι* in passivo *ἰβουλόθην* habet, et in Medio, *ἡσθῆναι*, et utriusque formæ eadem subjecta potestas. Ejusmodi verba, hujus quidem rei ratione habita, et Deponentia sunt, et Activo-Media. Ad Activo-Media *τιμαρῶσαι* cum *ἡμανόν* conjunctum haud dubie suo quodam jure pertinet. Hinc notissima illa Menandri fabula, *ἰωνίας τιμαρῶναι*, se ipsum puniens vel crucians, inscripta; ex qua expressa est ea, que hodieque inter *Λατίνους* eodem extat nomine. Consimili ratione Lucianus in *Dial.* p. 32. edit. Cl. Tib. Hemsterh. *τιμαρῶσθαι ἑαυτοῦ*, dixit, ubi addenda nota, p. 43.

§. X. Sed mitto reliqua. Jam cum ab aliis, quæ ad hoc argumentum pertinebant, rebus, tum maxime a profanis verborum activo-mediolorum exemplis, ad Sacra, ordinis, quam mihi ipsemet scripsi, lege ita jubente, veniendum erit. Haud sane pauca in sacris Novi Fœderis tabulis invenies: horum vero quatuor, quorum aliquos momenti sint, satis mihi erit in medium attulisse. Primum legitur *Math.* xi. 12. *ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βούλευται, καὶ διαταχθῆ ἀπεκλεισθῆναι αὐτῶν*. Erasmus, Beza, Grotius, Hammondus, et alii magis nominis exploratores, τὸ βούλευται reddunt passive: vi occupatur, vel invaditur. Miror, eos, quæ mentis erant perpicacitate, ad vitiosam tautologiam haud advertisse animum. Alio eandem loco enodavi.* Vis idcirco

* Simili nōtatur Hesiodus *Aeræus* poeta, in *Asp.* v. 447. ubi Pallas indicat, Marti non licere Herculei, Jovis quippe filium, interficere, nec interficere ipsa circumferre.

Ὁὐ γὰρ τὸς θεῶν ἐστὶν ἀπὸ λατῶν ρεύειν εἶναι.

Nampe enim tibi fas est inclita arma detrahere Herculei ostium. Hic loci verbum *ἀπεκλεισθῆναι* separatio extat.

* Hieron. L. Amstel. CXCXCXII.

* Vid. Index vocum Menandri, apud veteres, et in Photii *Lexico* MS. sine nomine comœdiæ occurrentium, quom illis Fragmenta sibi ceterum adjecto Jo. Clericus, voc. *τιμαρῶναι*. Ex hoc, quod Oxon. extat, *Lexico*, Ven. Senec. mens, C. F. Boergerus, quom illi agerit, Menandri et Philonem voces excerpserat: tum vero cum Leon. Argemontio communicavit editore. Vellem autem, ut casum valentem dicitur, rei Clericus, qui in præfata Philonem imagine, ex *Clavio*. Augustino p. 114. *φιλώμενος*, *βούλευται*, *ἀπεκλεισθῆναι*, et *συνώμασι* in *συντάξει*, ubique collocaverit. Nam licet in Latina lingua « Græcorum in *σ* longum committeret, istud tamen in ipsa quædam Græca fieri oportere, namque, fateri, legi observatum.

* In *Dis. de Regule* herm. καὶ τῶν ἰπποκρίτων sive *συνωμάτων*; *Usu et Abusu*, Sect. II. Can. I. p. 15. 84.

activa verbo *βασιλεύει* multo citr convenientior, ut alia omnium *βία* regio celestis, alia vero *ἡ*, qui tum temporis vivebant, hominibus, hic attribuitur. Regnum celeste si quasi adhibita perirumpit inadivide hominum animos, hique etiam invasores rapiunt istud. Sic Luc. XVI. 16. dicitur, *πῶς εἰς οὐρανὸν βασιλεύει*, quo sensu *εὐσεβήσεται εἰς τοὺς οὐρανούς* Plutarchus in Numa dixit. Vocula *εἰς* hic expresse additur, quam alibi omissem reperimus. Themist. Or. 1. de Roman. p. 9. A. *βασιλεύει τὴν τῶσαντι τῆμῶν*, honorem illum per vim usurpat. Arrian. Diss. Epict. 3. 26. 303. Diod. 19. 714. Verbum hoc in his nomenclandum, quae ad actionem et passionem significant. Antiquum Apollonii enarratorem hanc in rem cito testem, qui ad l. i. v. l. hanc notavit: *περικτακτὰ βῆματα ἴστω, ὅσα βῆματα καὶ πόδες ἰσχυρίζονται, οἱ δὲ βασιλεύει, ἐκρούσει, σφραγίζονται*. Ultra valeat, ex orationis coherantia, iudicii ope limati, utisse judicandum. Vid. Cora. Adam. Observat. philol. theol. p. 138. §. XXI. Nervos activae non incidit virtuti M. C. Wolfburgius, dum in Observat. sacro. N. T. p. 49. hoc movet dubium: 'Si enim vi ultro irrumperit regnum colorum, quo modo violenti aegonistae illud rapiunt? Cui hunc in modum sine negotio faciam satis: homines *βασταλ* viribus irrumperendi, quae ipsa natura desunt, in aeternum carituri forent, nisi ex regni celestis et pollicitationibus progus emissis, et mediis gratia efficacissimis, eisdem omnes consequerentur. Licet igitur regnum divinum ultro irrumperat, homines tamen ultro irrumperere, nisi diviniore Spiritu adjuvi, non valent. Quare regnum, cuius efficacia homini vires invadendi largitur, in oratione jure meritoque prius collocatur, quam hominum, qui vitibus demum instructi regnum invadunt, injiciatur merito. Passivae si faveas potestati, quaequam via tautologiam evitandi otiosam inenda sit, equidem non perspicio. Regnum colorum invaditur. A quoniam? a *βασταλ*. Sunt, qui idem rapiunt. Quam? *βασταλ*. Nonne eadem res in uno eodemque iteraretur commate, diversa modo forma grammatica, altera passiva, activa altera? Antecedat ergo saluta medium, cuius vis in mentes hominum penetrat tanta omnino est, ut in eandem ipsam quasi irrumperendi virtute hinc doneatur abundantissima. Quo magis mirari convenit, ven. I. C. Wolfium, quo nemo alicuius acrius iudicat, in Curis philol. p. 195. hoc ita commemorasse dubiolium, ut validissimum illud presidii habeat loco, quo fiat, ut cum activa virtute actum conclamationeque sit. Addam non nulla, quae mentem Servatoris Opt. Max. accuratius definiunt. Bina nimirum in his expresse commemorantur: 1. causa, hoc est, Evangelium enuntiatum, 2. effectus, id est, acceptatio Evangelii. Prior propositio haec est: Regnum dei, quod nuntiatur, vi perirumpit hominum animos. Sensum hunc fixum esse cupio: magnam habet convincendi virtutem et efficacitatem, qua homines tanquam coguntur incomparabili regni Messiani, N. T. munera recipere. Idem, re sapienter putata, Luc. e. XVI. 16. dicit: *ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἐκχυρίζεται*, id est, regnum Dei, quo nomine bona N. T. evangelica designantur, potenti cum virtute praedicatur. Hic sanctus historicus exprimit antecessores, hoc est, enuntiationem religionis Christianae: S. autem Matthaeus consequens, id est, vim, quam illa praedictio animis quasi infert, salutarem. *Ἐμψαν* verbi *βασιλεύει* illud *ἀναγκαστο* Luc. XIV. 23. apte concinneque illustrat. Verum et si *ἔγω* auctores vim persudandi et convincendi, quae verbis fit et oratione, illi tribuunt voci. Joseph. A. J. 6. 14. 3. *ἰδούσατο καὶ συνήπεισαν*, coegit et persuasit, eleganter coniungit. Diogeni l. 88. *βασταλμένος* ille dicitur, qui ineluctabili verborum virtute victus et coactus est. Hoc etiam sensu Cicero, castissime Latinitatis arbitri, cogere dixit, in Bruto c. LXXXII. p. 669. T. II. ed. Verburg. Conf. *ἔλιαν*. V. H. 13. 32. Nicetas in Alexio Comen. 3. 5. 332. de *ἀποδείξειν βασταλμένους*, demonstrationibus convincentibus, loquitur. Altera propositio exprimit effectum regni praedicti salutarem: et violenti rapiunt illud. Equidem *τῶν βασταλ* nomine eos proprie intelligo homines, qui aetate *domini* in altos violentiam exercebant, ad seque rapiabant omnia, hoc est, publicanos. Hi aucte, vi ista *εγυρατα*, sancta fidei vi, bona J. C. ad se rapiabant. Equidem haud scio, an quidquam haec sit enodatione certus ac potentius.

§. XI. Alterum N. T. exemplum *εἰσαρῶν* nobis praebet, quod Act. III. 21. invenitur, in his verbis: *ὅτι οὐκ ὤρανον μὲν εἰσαρῶν*. Duo hic accusativi ambiguitatem pariunt, ut in illo oraculo: *Αἰο*, *τε*, *Ἐακίδα*, Romanos vincere posse. Hic uti plane incertus es, utrum haec valeat sententia, Tu potes vincere Romanos, an vero haec, Romani possunt vincere te; ita hoc loco dubius ancepsque, primo quidem aspectu, eris, utrum sensus sit: *ὁ Ἱεροῦδης εἰσαρῶν ὤρανον*, an vero hic: *ὁ ὠρανος εἰσαρῶν Ἱεροῦδου*. Verum activa *ἡ* verbi *εἰσαρῶν* media verbi potestas, in simili *φράσει* apud τοὺς *ἔγω* auctores usitata, omnem tollit *ἀμφιβαλλῶν* ex vocum positione coartam. Ita enim Euripides, *εἰσαρῶν ὠρανος*, ades occupare, Alcest. v. 817. ubi servus ad Herculem sic loquens inducitur: *Ὅχι ἴδμεν ἐν δέσπῃ εἰσαρῶν ὠρανος*, non venisti opportune has ades occupatum. Demosthenes, *Ἀμφιβαλλῶν εἰσαρῶν*, Amphipoliam occupare, non veritus est dicere. Optimus hinc emanabit sensus: Quem oportet caelum occupare, tanquam regiam ipsi destinatum possessionem. Convenit haec cum Paulina *φράσει*, 1 Cor. xv. 25. *ὅτι γὰρ αὐτὸν βασταλέουσιν*. Adversantur igitur *φράσει* et constructioni Theod. Bezae et Seb. Castellionis Latinae conversiones: Quem oportet caelo capi. Nam ita *εἰσαρῶν ὠρανος* τοῦ *ὠρανος* dicendum erat. Nec tamen verbum *εἰσαρῶν*, in media quidem forma, passivae crebrius accipi facile credo. Passivae quidem forma, Act. xv. 4. *ἀπεδείχθησαν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας*, et Sirac. xxxv. 20. *ἐνεχθήσεται*, passivam nemo derogabit significationem. Verum de eo jam non queritur, utpote quod nemo in controversiam vocavit. Ut adeo ven. Wolfius, dum l. c. p. 1060. his quidem exemplis passivam notionem denegari haud posse contendit, andabatur more pugnare videatur. An media vox *εἰσαρῶν* passivae usum capiat, id quidem nonnullis visum est dubium. Equidem ipse nondum eam extra litem positam existimo. Locus etenim Pindari, *τῆς γαῖς ἄρχῃν εἰσαρῶν ναυαγίας*, incertus est: certe *ἄρχῃν* legit Loucerus, contra quem, exilia levisque ponderis sensus, quod movit Er. Schmidius ad *Πολ. J.* p. 190. Add. illa ad Act. III. 21. f. 796. Ceterum in re quidem ipsa nihil, si quid ego iudico, peccavit Castellio, Servatorem caelo captum esse, in sua existimans conversione. Nam, ut tacitus praeteream, cap. l. 9. nubem subduxisse Jesum de oculis discipulorum, dicitur commemorari: etiam, praeter Syrum Interpretem, antiquitatis nota haud incelebrem, reverendus olim CPolitanae ecclesiae praesul, Jo. Chrysostomus, vir ob styli Attici cum Asiatica *βελότιον* permisti elegantiam proferens admirabilis, in eadem haeresi fuit, dum rem active enuntiat: *ὁ ὠρανος εἰσαρῶν*. Eandem seculum est versionem Theophylacti, Achridia, primariae Bulgarorum ecclesiae, antistes. Th. attente Beza, quoniam ex ea dicitur: ratione localem Christi hominis in caelo inclusionem, *τῆ ὑπερῆσαν ὠραλῶν*, elicere voluit, notari utique meretur. Contortala haec est ac minutula, quam ex *φράσει* non nisi invita dextere Minerva, conclusioncula. Atque in hoc quidem momento litum vertitur casus, quae, seculo supra decimum sexto, Bezae inter, atque Nic. Schneccerum, agitatae sunt, quae vero, voce media dextre explicata, sine negotio dirimuntur. Sed haec de re alibi verbosius.

¹ Hinc cum defendi in Diss. critica de eo quod polichrum est in Latina sacri codicis versione a Seb. Castellione adnotata, quae Biblii ejusdem sacro, Lipsiae nua primam cura edita, praemisi, f. xx.

² Homil. ix. in Act. Apost. col. xxxviii.

³ Explie. p. 49.

§. XII. Tertium nobis documentum Rom. iv. 4. 5. offertur, ubi vox media *ἐργαζομαι* bis sensu legitur activo. Denotat enim hic idem, ac, Bona opera, spe merendi mercedem, exercere. Ejusmodi homini τὸ ἐργαζομαι, bona opera ex spe facienti, ut iustitiam coram tremendo Dei tribunali mercedis loco ablaturus sit, ἡ μισθὸς ὃ ἀργίζεται κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἐπίπλασμα. Namque ἡ μισθὸς mercedem designat debitam meritumque, qualis servis ac militibus stipendium merentibus pro merito datur. Quo sensu vocabulum ab Hesiodo, Demosthene, Xenophonte, Isocrate, aliisque adhibetur. Ut sacra, Matth. xx. 8. Luc. x. 7. Jac. v. 4. aliosque tacita locos. Fadae autem gratiae, cujus praecone se divinus exhibuit D. N. J. C. orator, πιστεύοντα, et τὰ μὴ ἐργαζομαι, hoc est, sancta opera, omni meriti abjecta opinione, studiosissime colentem, postulat. Quartum medio activum, idemque sacrum, erit verbum, τὸ ἔργασαι, quod de Servatore Phil. ii. 6. adhibetur: οὐκ ἄρραγμα ἔργασατο τὸ ἴσον ἰσα θεῷ, Non rapina habuit loco divinum cum carne communicationali majestatem. Nimirum ex antiquitate Romani licem hoc capit oraculum. Solebant duces Romae gentis triumphantes, utpote quorum cuique erat—pulchrum digito monstrari, et dicitur, Hic est,—reges ac principes, purpura, summe tum potestatis indice, spoliatos, traducere, eosque ut devictos et ab imperio dejectos, publica ignominie exponere, ostentare habere. Id quod Matthaeus i. 19. et Paulus ex usu antiquo, παραδειγματίζω, Col. ii. 15. et θριαμβοῦν appellat. Erat olim victoribus solemne Romanis, ut hostium ostentarent exuvias, eadem circumferrent, et, victoriam declaraturi, erigerent. Cui rei sunt indicio tropaea, quae hostium spoliis ornata in antiquis natis hodieque videre licet. Achilles, heros invictissimus, Hectoris victi prostratque cadaver pro muros Iliacos circumaque, ostentationis causa, circumferbat. Livius auctor est, in triumpho C. Flamini Cos. Gallica spolia ante civium oculos tanto numero translata, ut postea Bello Panico sex milia hominum his fuerint armata. At Sclavorum noster, antequam sublimis abire, licet ἡ μαρτυρία θεῷ esset, tamen communicata cum carne divinum gloriam, praedae ab hostibus devictis reportatae non habuit loco, neque, victorum more Romanorum, ostentavit, semperque usurpavit, sed ab usu ejus perpetuo, prout coelestis quidem Patris sui volentes, humilisque hujus vita conditio tulit, ultra libenter sese abstinent. Rem ipsam, quam eximius J. C. orator hic docuit, secretam in altera Theologiae nostrae Moralis parte, quam nuper sacrae et erudite tradidimus civitati, p. 359. cum cura exposuimus. Plurima alia occurrunt exempla ei, qui sacrum N. T. codicem nocturna diurnaque versabit manu.

§. XIII. Passivo-Media, quae nos jam ad se vocant, verba, ut et activo-media, dudum agnovit Eustathius, Archiepiscopus Thessalonicensis, idemque Homeri enarrator sagacissimus, cujus haec sunt verba: εἰ γὰρ Μίτρα ἱεραφοτιζοῦναι ἢ ἱεραλὸς τῆ ἱεραφίας: ideo Media vox dicitur, quia aliquando utriusque naturam et significationem induit, nunc activa, nunc passiva, Παραβδλ. f. 1846. lin. 30. Sic Euripides Helen v. 359. ἐπέβρασι, hoc est, ut Σχολία habent, ἀπὸ δουρῆσται, μίσις ἀπὸ παθητικῆς, auctore Jos. Barnes ad h. l. Nemo est, qui perspicat, nos hic viri docti, cum honore causa nominavimus, insidere vestigijs. Ejus est verbum Enstathii versio Latina. Ejus etiam est Futuri Medii in Passivum commutato: quia quidem in re vetustum interpretem praesentem habuit. Equidem mahi vocem ἱεραφοτιζοῦναι, utriusque verbi, et activi et passivi, participem esse, Latine vertere. Sententia doctissimi explanatoris haec est: Media actionem cum passione mixtam exprimitur, hoc est, vim habent reciprocam. Euripidis certe vox Media, ἐβρομαι, si quid equidem judicando valeo, potestatem tenet vere Mediam, ut sensus sit, Extendam me. (p. 19. a.) Atque hunc sensum exigit et ipsa res, de qua hic agitur, et reciproca etiam, quae sequitur, dicendi ratio. Idcirco autem de re ipsa non erit dubitandum, verba nimirum passivo media reperiri. Neque Kusterus abouit, in primis tempus formas mediae futurum passive usurpari; (p. 156.) ita Sophocles, ipso citante, ἐβλάστησεν, ἀπὸ τοῦ ἐβλαθῆσται, Aristophanes σταβήσεται, pro σταβηθήσεται, πείσεται * pro πεισθήσεται, Euripides λήσεται pro ληθήσεται, μισήσεται pro μισηθήσεται, φρουρήσεται pro φρουρηθήσεται, ἀλώσεται pro ἀλωθήσεται, στιθήσεται pro στιθηθήσεται. Dicit vero aliquis, Poetae eam significationem, quam propter metri necessitatem quidlibet audenti aequam sibi potestatem concedant, haud esse vitio dandam; contra vero solite orationis scriptores ab ea se abstinent. Falso Parisiorum annotavit ornamentum, hos etiam futuro medio, rarius licet, ad eundem plane modum usum. Apud Xenophontem καταλύσεται pro καταλυθήσεται, ἀποφασίζοιτο et ἀλώσεται pro ἀποφασιγήσεται et ἀλωθήσεται, πολιορκήσονται pro πολιορκηθήσονται, legere licet. Addit, aor. I. forma med. usum in passiva significatione rarissimum videri; quum Demosthenes ἀπολυθήσεται pro ἀπολυθήσεται, et ἐκλήσεται, loco κληθήσεται, nescio quis spud Plutarchum usurpaverit. Verba dantur, quae et activo-media et passivo-media simul sunt, quorum tria ex Apollonio §. VIII. excerptimus interprete. His annumerat ἄγγραμι ad exitum Euripidis locum Jos. Barnes. Ita Strepisades, Aristophane interprete, fatetur:

Τὸ γὰρ τίκασι, χρηστῶν τε δυσκολοτάτων
ἄγγραμι, φέρομαι, τὰ χρέματ' ἰνυχράζομαι.

Nam ab usuris malis et usurariis quam difficillimis, agor, feror, et bona mea misere oppignero, in eleganti dramate, quod Νεφέλαι inscribitur, v. 239. s. p. 67. ed. Kust. quamquam passiva hic notio potior esse videatur. Ubi tamen verbum ἰνυχράζομαι medio-activorum augeat numerum. Quia eadem forma, meo quidem iudicio, idem extat verbum Concion. v. 663.

Μὴ λυδοῦσθαι, μὴ ἰνυχράζομαιν φέρον.

Non conviciari, non oppignerantem bona auferre. Puto etenim, κατ' ἄλλοις quartu casus, τὰ χρέματα, ex antecediti dramate supplendi haec exponenda. Homerus Π. P. εὐνοί κερσάμενος καὶ βυδῆς, vino expletus, et dapibus; quosquam τὸ κερσάμενος etiam, qui se implevit, Latine verbi possit, atque adeo, ex vi Medii verbi propria, sic verbi debeat. Verum haec hactenus, quae ad usum verborum quorundam mediolorum passivum rariorem pertinere videbantur.

§. XIV. Neque hujus verborum mediolorum generis in sacris novi pacti monumentis deesse exempla, crebrior me docuit eorumdem evolutio. Erunt quaedam eximia, quas, in medio positas sequens versiones, ex majori deligam numero. Act. iv. 21. ἐστὶ τὸ γέννησι, de eo, quod factum erat. Act. vii. 20. τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ ἵδμεναι διὰ χρεμάτων κτήσασθαι, munus divinum censuisti pecuniis comparari. 1 Cor. vi. 11. ἀπολυθήσασθε, abluti estis. 1 Cor. x. 2. πάντες ἱδανθίσασθε, omnes sacro lavacro abluti sunt. 1 Cor. xvi. 9. ὄρα μοι ἀνάγει μεγάλη, janua mihi aperta est magna. 2 Cor. vi. 1. τὸ στόμα ἡμῶν, os apertum est. Ephes. vi. 14. περιζωσάμενοι, circumcincti, ἰδανθίμενοι, induti, com. 15. περιζωσάμενοι, calceati. Hebr. vii. 23. πλείονες εἰσι γέννησι ἱερείς, plures

* Ita Senatus Romanus, auctore de Legat. Polybio, Rhodios voluit καταλυθῆναι, hoc est, interprete Is. Casaubono, publicare ad exemplum.

§. XIII. 14.

† Potest etiam Media forma hic valere: declarabit sese, wird sich offenbaren.

‡ Nihil hic apertus et concinnus ipso Medio est verbo: permiseri mihi patiar, sen, merem geram et obsequar. Vide p. 236. sic Xenoph. Κορ. Αὐθ. Α'. 2. πείσεται, obtemperabo.

§. Non est, cui hoc ipsum vim vere Mediam adhibeamus. Sensus est: ostium me reddam. Vid. p. 108. 245. Cetera lecter eruditus ipso sub iudicio vocet. Cl. Kusterus hoc retulit et ἀφίενοι. Vid. praef. nostra prior.

facti sunt sacerdotes. Argumento hæc erunt pauca, in verbis interdum mediis vim incense passivam. Neque Kusterus infitias ixit, preterita perfecta verborum mediourum activam ac passivam non raro sibi vindicare potestatem. Sed de hac viri celeberrimi opinio clara restant dicenda.

§. XV. Vere, κατ' ἑξῆς, proprie eminenterque Media ea sunt verba, quæ præter terminationem mediam, vim reciprocam seu reflexivam per se ipsa, et suapte continent natura, adeoque actionem cum passione mixtam, prægnanti quasi sensu, sed nativo eo, et origine primo, designant. Nihil enimvero interest, quomodo demum ratione actio admisceatur passioni. Græci hæc verba media ἀντιστοιχία vel ἀντιστοιχίδια vocant, eaque de hominibus, qui vel a se ipsis, vel ab aliis, volentes aliquid patiuntur, adhibere solent. Egregius hæc in rem locus apud Philonem Judæum, libro de Caino, ubi oves, pelles, et alia actione carentia, sensu passivo dicitur κείσθαι, οὐδὲν ἑνεργῶν ἢ αἰνῶν, πάσων δὲ μόνον δὲ ἑρίων, at hominem, qui se suapte sponte tendendum præbet, atque hoc modo actionem aliquam admisceat passioni, sensu medio κείσθαι perhibet, ως ἀντιστοιχίδια - ἐπιθήσει παρήσαν ταύτην, ἀνακρίσας τὴν ψάσων τὴν ταύτην, p. 121. ed. Paris. Hujus scita secutus videtur Origenes, de verbo πείσθαι agens, quod sibi persuaderi pati significat, Lib. VI. contra Celsum, p. 315. Edit. Cantab. Spencer. Ostendit hic Presbyter Alexandrinus, vim et actionem verbi divini ac sacri oratoris, recipere se pati debere hominem, qui audit. Ἐπιθὲ τὸ πείσθαι ἀσκητὸς τῆς καλλωπίνας ἀντιστοιχίδιας ἑαυτοῦ, ἀλλόλογοι τὸ κείσθαι ἀδρακαῖον, ἑνεργῶντα τὸ παρήσαν ταύτην τὴν κείσθαι ἐὰν ταῦτα οὐ μόνον εἴηται τῆς τοῦ πείσθαι ἑνεργίας, ἀλλὰ καὶ τῆς (ὡς ὅτις ἰσχυρῶς) ὑπεταπεινωσῆς τοῦ πείσθαι, ἢ παραδόχῃ τῶν λεγόμενων οὐ τοῦ πείσθαι. Αἱ ταῦτα οὐ παρὰ τὸ μὴ δύνανται τὸ θεῖο πείσθαι λακτῶν τοῦ μὴ πειθαίμενος μὴ πείσθαι, ἀλλὰ παρὰ τὸ ἔκλειουσι μὴ ἔδρακαῖον τῶν πτωχῶν; λόγους τοῦ θεοῦ κ. τ. λ. "Quoniam verbum πείσθαι ex his verbis, quæ ἀντιστοιχίδια vocantur, unum est, sicut κείσθαι dicitur de eo, qui se tendendum præbet: (p. 6. s.) ideo est opus non solum persuadentis opera, verum etiam eo, qui se persuadenti obsequenter præbet, et, quæ ab ipso dicuntur, recipiat. Itaque non dicendum est, id persuadentia Dei vitio fieri, quin persuadentur ei, qui persuadentur, sed in eis residere culpam, qui fide dignos Dei sermones haud recipiant, nec persuaderi sibi patiuntur." Conferatur hic et, quæ supra (p. 28.) de hoc verbo notavimus. Vide etiam Menagium ad Laert. Lib. vii. Sect. lxiiv. Conveniunt hujus generis verba, ut eorum distinctius explicem naturam, cum Hebræorum conjugatione hitpael, virtutem quoque reciprocam experiente. Hanc majoris, ut puto, momenti rem dignam judicavi, in ejus contemplatione, separatim versare. Cui quidem rei maxime mihi nova, quam præmissis, prefatio servit. Orientales igitur populi quam singulari hæc vim expriment formæ, quare media verba, eadem potestate instructa, ex libellis expungenda videantur grammaticis, id quod Cl. Clericus pro virili contendit, causam equidem perspicio haud sane ullam. Inducant ea plerumque antecedentes formæ, activa nimirum atque passiva: quæ si usitate sint, tunc vera media forma, usum etiam receptæ, significatio per se facile hinc intelligitur. Jam vero hæc nulla potestate esse alia, quam reciproca, hoc est, actionem inter et passionem media, sive e utraque potius conjuncta. Poterit vero vis illa reflexiva vel expressa esse, vel occulta, quæ studiosè diligerentque venanda. Ex quo perspicuum fit, Kusterum, qui Gr. in literis, dum visit, adeo excelluit, ut antefereatur huic nemo, pauci pares putarentur, haud sine gravi causa, verborum mediourum a verbis activis et passivis differentiam in v. constituisse reflexiva. Nemo, præter antiquissimos Græciæ auctores, Atticos Atticistasque, hæc propinam verborum illorum curatus in usum convertit virtutem.

§. XVI. Clariora sunt pariter, ac multo plura, quæ Kusterus ex optimis probatissimisque τοῖς ἑξὲ collegit auctoribus, exempla, quam ut vis illa verborum mediourum reciproca conveli diluere possit. Aliud est sane ἑδάσκα, doceo, aliud ἑδάσκωμαι, medium, quod vel se ipsum, vel alterum alicui docendum tradere (p. 118. s.) significat. Aristophanes utroque mediæ vocis utitur significatu. Ac prior quidem Nub. v. 127. occurrit, ubi Strepsades inquit:

Ἄντὸς βούλων εἰς τὸ φρονιστήριον.

Ipsæ me docendum præbebo, scholam philosophorum frequentans. Alter, v. 1341. ubi Strepsades pater de filio: ἑδάσκαρον σε, Te docendum curavi, vel alteri commisi. Ammonius: ἑδάσκα καὶ ἑδάσκατο διαφέροσιν ἑδάσκα μὲν γὰρ ὁ καθηγητὴς ἑδάσκατο δὲ ὁ πατὴρ συστήσας. Ad lucem confer Cl. Valcken. Anim. p. 70. Subject, his dictis, hunc ipsum comici locum. Th. Magister: ἑδάσκα ἀντὶς ἑδάσκαρον καὶ ἑρίων. Ἀρετοφάνης ἐν Νεφέλαις. ἑδάσκαρον ἄν σ', ἂ μίλι κ. τ. λ. Vid. Kusterus ad utrumque indicatum ejusdem dramatis versum.

§. XVII. Neque vero plane nova sunt, quæ de vero verborum mediourum usu tradidit academia Paris. adscriptus. Hieron. Wolfius jam olim in suis eruditus in Libanii argumentum Oratoris I. Olynth. Demosthen. annotat hæc commentatus est: "Different tamen (non semper, sed aliquando) sic ab Activis Media, ut illa eum, qui ipse facit aliquid, hæc eum, qui faciendum curat, significant, ut: ἡ βουλὴ ἑπέσκατο τὰς τριήρεις, senatus curavit facienda tremes, ὁ δίκταν ἑπέσκατο, faber fecit. "Ο καταφθορολογιστήριος, qui falso testimonio oppressit, ὁ καταφθορολογιστηριεύμενος, qui falsos testes subornavit. Καταδικάσαι judica, καταδικάσασθαι accusatoris est. Germani pro πείσθαι, machen lassen, interdum simpliciter machen, καταχρηστικῶς dicunt: curator i tribuentes, quod fit ab artifice." Vid. Demosthenis recogniti specimen, Basilicæ ex officina Hervag. A. p. C. N. CIJDIDLXX. ab hoc doctissimo curatum homine, quod mihi hæc scribens ad manus est, p. 326. Dum non semper, sed aliquando, hæc verbis mediis attribuit differentiam, in eo plane nobiscum facit. Nam non etiam passivam interdum, sæpiusque activam, iisdem vindicavimus virtutem. Ubi vero reciprocam illam notionem, quam et hitpaelicam dicere licebit, nativam verbis Mediis esse censuimus, ita hæc utramque pro adscita, nec immerito, habemus. Ejusdem indolis hoc erat exemplum, quod hæc annotandi causam ei dederat, ἑδωκάντο videlicet, quod, ipso quidem interprete, idem, quod ἑδωκάντο, ἐδώκεν, denotat. Formatio, scribit ille, media est, significatio hoc loco activa. Idem p. 327. seq. ad φέρειν, νέμον ἔνετο, hæc observavit: ἑτίμα νέμον, est, legem ferre, rogare, θέσειν νέμον, jubere, sancire, comprobare; hoc populus fecit, illud legislator Eubulus: τὴν θέσειν contrarium est τὸ λίσαι καὶ καταφθορολογισθαι, abrogare, improbare, repudiare legem." His Jo. Clericus, præter conjecturas ingeniosas, et ad speciem præclaras, opponit nihil. (p. 220.) Ἐσχινης in oratione contra Timarchum, præsentem Athenensium, et Senatus et populi, concione, habitæ, legum optinarum exponit causas, sive sint a populo approbatæ, sive a Solone magistratruque rogatæ. Primam utriusque legum generis, quantum ad earum originem attinet, hæc est, ut improbatæ occurrant. In hac Solonis populique leges animo consentire, collaudat orator. Itaque egregia pulcherrimaque orationis eci coherentia; neque mirum, quod mox θέσει, mox θέσικατὸ νέμον, ad easdem personas loquens, usurpet. Hæ enim, mixta erant, dum aliqua vis ferendum legum habebant, alique contra illas ferendas curabant. De Demosthenis et Euripidi φέρειν idem, si rem ipsam bene putes, erit judicandum. (p. 81. 131. s.)

§. XVIII. Ἀγροῦναι γυναικας, et ἀγειν γυναικας, hæc utraque φέρειν, quoniam a se invicem re ipsa differant, verissimum etiam, quod activum inter atque medium, in hac quidem locutione, intercedit, discrimen extra litteram ponunt omnem. Illa enim, ducere uxorem in matrimonium, hæc vero, ducere, suam, vel alterius etiam, uxorem in

aliquem locum, velati in urbem, hortum, significat. Sic Ellanus *ἀγρεύας γυναικας* eo, quom indicavimus, sensu, ut vi. 4. xii. 1. xiii. 10. 33. adhibuit. Contra vero de picta Laidis imagine, quam Eubatas secum Cyrenam deportavit, verba faciens historicus, eum dixisse narrat, se *ἀγρια Αἴλαια*. En pulchrum ambiguitatem! Laus volebat, ut Eubatas decerneret, se ducere uxorem, *ἀγριας γυναικας*; hic vero *ἀγριας* cum malebat. Cf. praeter indicem, fragmenta Elliani à Joach. Kuhnio edita p. 782. voce *ἀγριας*. Alia dicendi ratio, quam ex Menandri fragmentis citavit Clericus, *λαρβάνων γυναικας*, quoniam in hac active et media forma ejusmodi haud invenitur *ἀγριας*, huic nostrae irrito plane conatu opponitur. Sed cumam licet agat Th. Magister, qui Clericum Gr. literarum cognovisse vicit. Hic vero in *ταῖς ἑσπέραις Ἀρκάδιον Ἐσλογάριον*, p. 1. hac notat: *ἀγριας γυναικας, εἰς ἀγρια, ἔργον λαρβάνων*. Ubi L. Bos p. 1. observat: Docet hic Auctor, non recte dici *ἀγριας γυναικας*, sed dicendum *ἀγριας γυναικας*, pro *λαρβάνων*, sive *λαρβάνων εἰς γάμον*. Agitur nimirum de illa mandote, quam puriores et *Ἀρτικαίρων* scriptores, et qui alii, in deliciis habere solent. Hi etiam dicunt *ἀγριας τῶν αἰσίων*, ut Apollod. III. 5. 6. p. 106. Luc. xiv. 20. addit *γυναικας*, nec non Lucian. Timon. I. 126. Clericus, vir clarissimus, itidem frustra se torquet, vim *ἀγριας*, *ἡέβης τὰ ἑσπια*, medie nervos incisurus. Non erravit antiquus Thucydidis interpres, quod L. H. paulo post initium, ad *ἡέβης τὰ ἑσπια* notavit: *ἀπὸ τῶν περιβιβαίων ἰσχυρίων*. Praevидit etiam sagacissima mente, ineptum videri posse, Thebanos urbem occupaturos non induisse arma: *ἀσπίδας γὰρ οὐκ ἔμελλεν πολέμους ἔσσαι, ἀλλὰ τριαικλίνας τὰ ἑσπια*. Quod ut conciliat, pergit: *τοῖς δὲ ἑσπια, ἔτι ἐν τῇ ἑσπια τοῖς ἑσπιατοῖς ἀπὸ τῶν δὲ ἑσπια τῶν πολέμων ἔδωκεν, ἰσχυρίων*. Res circumstantes huic explanationi non inutili patrocinantur. Thebani, circa primum somnum, Plataeam cum armis intrabant. Simul ut venirent, aedant ipsi Plataenses nonnulli, Naucleides, et qui cum eo erant, de quo per exploratores haud dubie compertum habebant, portas omnes patefacientes. Inque clam, nulla posita custodia, in densissima noctis caligine, per apertas portas in forum ingrediebantur. In quo, quum, ut res ipsa loquitur, nulla prius eos urisset necessitas, *ἐπιδραυον*, qua in via modo portaverant, arma, *ἔβησαν τὰ ἑσπια*, et ne hoc quidem nimium concertandi consilio, verum amicum potius compositionem suscipi, quam se sine negotio impetraturos prospiciant, cujus et participes reddebantur. Eandem *ἔβησαν, ἔβησαν τὰ ἑσπια*, mox iterum conspicio. Si *ἔβησαν ἀπὸ τῶν ἀσπίδων*, prout *δὲ Σχολιασταί*; p. 149. annotavit, collocat, causa huic nostra novum capit praesidium. Tunc enim designavit, a se abijcere arma. Cf. Roux. xiii. 12. Nihil autem in linguam usitatis est, quam ut simplicia compositorum adhibeantur loco. Verum separatum in hac *ἔβησαν* dilucidanda jam postumus operam. (p. 38.)

§. XIX. Sat multa, quae usum verbi mediū reciprocum probant, exempla in Kusteriana reperuntur dissertatione, quibus plura ipsemet adieci. Ea limatori et mentis et aurium iudicio ponderata mandasse memoria, Gr. literas amantem poterit neminem. Augeri etiam ab eo poterunt, qui in legendis optimis probatque notae scriptoribus cum cura versabuntur. Adhuc verbum *χαρίσασθαι*, quod, sui copiam facere amanti, designat Aristoph. Equit. v. 514. ubi de arte comica, tanquam de femina, perquam venuste loquitur, quae multos quidem habet amatores, sed paucis sui facit copiam. Sunt enim *πειρῶν* et *χαρίσασθαι* rei amatoriae verba. Illud, feminam tentare, sollicitare, deique concubitu compellare, hoc vero amatori copiam sui facere significat. Evolve. Priscianus, qui L. XVIII. col. 1198. huic in medium attulit locum, itemque Pindari, vatis Graecorum Lyrici, scholastes ad Pyth. B. v. 78., nec non vetus ipsius comici ludati enarrator.

§. XX. Afferam nunc, missis ambagibus, illustrata Sacra, qua in promptu mihi sunt, *Ἀντιπροσβόλια Verba*, quae, voce a Kustero semel introducta, Reflexiva sive Reciproca non immerito dixeris. Matth. xxvii. 5. Judas, *δὲ προδότης*, seipsum suspendisse his dicitur verbis: *καὶ ἀποδόξασα ἀπὸ γῆρας*. Et abiens se suspendit. Hoc enim sensu in profanis probatoris nota aetioribus istam seipsum invenit vocem, doctissimi homines, quos ceteri Wolfius ad h. l. commendavit, nullis doctis exemplis: ut nihil de his dicam, quae Cl. Kusterus (p. 10.) recitavit. Ad eandem quoque *ἔβησαν* illustrandam multum attulerunt adjumenti ea, quae Jac. Perizonio cum Jac. Gronovio de hac voce intercessere, lites. Huic etiam interpretationi omnium commodissime adaptatur Lucae narratio, Act. i. 18. 19. ubi *περὶ γῆρας*, precipitatus dicitur *δὲ προδότης*. Sic etenim suspensio antecedit erac, et ex eminenti loco prolapso se precipitavit, consequens. Omnem rem scite delineavit N. Tillemontius, dans ses Mémoires pour servir à l'Histoire Ecclésiastique, ed. Brusell. τ. 10. 2. c. 1. ubi Tom. I. Part. I. p. 57. ita commentatur: *Il alla se pendre et s'étrangler: et étant ensuite tombé sur le visage, il creva par milieu du corps; toutes ses entrailles furent répandues par terre.* Et in notis subjectis, not. xxix. p. 237. sq. addit: *Quelques nouveaux Interprètes font diverses questions sur la mort de Judas, et semblent ne vouloir pas qu'il se soit pendu, comme porte le Texte Latin de S. Matthieu et de S. Luc, mais qu'il a été suffoqué par la violence de sa douleur, ou par quelque espèce d'asphyxie.* Nous ne voyons point de difficulté à suivre simplement le Texte de l'Ecriture, étant aisé qu'après s'être pendu, il soit tombé sur le ventre, et soit crevé! Omnia haec, ipso morti D. N. J. C. consecrato die, contigisse, ex Matthaei historia concludit idem elegantissimus vir ingenii. Ceterum de morte *τῶν προδότην*, erudita Th. Ittigus collegit in H. E. prim. select. capit. C. vii. Sect. v. §. XXXVII. p. 461. seqq. Matth. xxvii. 59. solium medium verbum *ἐπιμαρτυροῦν*, inter se partiti sunt, notat: sacer autem historicus *ἐπιμαρτυροῦν χάριν* adiecit pronomen reciprocum *ἑαυτοῖς*. Id quod verbis interduum mediis accedere, I. Kusterus sub fin. sect. II. lectores suos commonefaciendos existimavit.

§. XXI. Matth. v. 42. Servator suos prohibet amicos aversari *τὸν δόλον ἐπιμαρτυροῦν*, volentem mutuum accipere. Ut enim activum *ἐπιμαρτυροῦν* mutuum dare pecuniam, ita *ἐπιμαρτυροῦν* mutuum, facere sibi mutuum pecuniam dari, vel, si major breviusque Latine, mutuum pecuniam accipere sunt sumere, designat. Matth. xi. 17. *καὶ οὐκ ἐπιμαρτυροῦν*, et non plaxnitus. *ἔβησαν* in activo est tundere sive percutere alterum: at *ἐπιμαρτυροῦν* in medio, se vel pectus suum in hictu tundere seu percutere; id quod Latini unica voce plangere exprimitur. Luc. viii. 52. *καὶ οὐκ ἐπιμαρτυροῦν ἀδελφὸν* legitur, hoc est, omnes plangendo lugebant eum, *καταπέμψαν ἰσχυρίων*. Nam *καταπέμψαν* τῶν, cum quarto casu, sensu quodam praegnantem argenteum, significat, *καταπέμψαν τοῖς τῶν*, plangendo lugere aliquem. Luc. ii. 1. 2. *ἀπομαρτυροῦν* et com. 5. *ἀπομαρτυροῦν* notat se vel nomen suum in tabulis censendum praebere. Ubi curare vel praebere vim mediū activam, describendum vero se censendum, passivam illius continet vitium, vid. Kast. Sect. ii. n. 2. p. 117. Res ipsa, quam hic descripsit Lucas, ex breviori Romano dilucidanda. Commemorat nimirum ille *ἀπομαρτυροῦν*, qui ad *πίστας τῶν ἐκκλησιῶν*, hoc est, ad omnes orbis Romani provincias, pertinet. Loquitur historicus divinitus creditus ex ipso Romanorum more. Hi etenim, rebus secundis se victoriosius armis elati, superba sibi arrogabant nomina; praesertim quum regibus, quae nomen sub potestatem redegerant, formidolos essent. M. T. Cicero, consul Romanus, de Jul. Casare L. IV. ep. vii. eandem in sententiam loquitur: *Ἐjus potestas, quam venenur, terrarum Orbem complexa*

¹ Idem *ἐπιμαρτυροῦν* ad Xenoph. Exp. Cyr. I. 56. applicat Cl. Hatchinson, se vincit, *τυραν* nominatum de eo dici, qui armis suis indutus consistat. Meum hic et Cicero, licet nulla Praenomen odii praesententur, infestis tamen animis inter se jamjam excoerant; idemque sententiam armis et erant deponenda, qui se ultimum tenuerunt, interpretatur.

est. Act. xviii. 18. *κατέβαλε τὴν κεφαλὴν*, postquam sibi tendendum curaverat caput. Ita *χειρῶν* et *χειραῖς* eodem sensu occurrunt, facere se tendendum, vel, tendendum se præbere.

§. XXII. Act. xxvii. 1. *ἐθέλει μὲ δόξαται αὐτοῖς χαρισάσθαι*, Nemo, erga eos gratosum se præbiturus, me illis tradere potest. *Χαρισάσθαι*, quod se gratosum alicui exhibere, vel gratificari, *χαρὴν καταδίδωμι*, com. 9. designat, sensu hic prægnantius ponitur pro *χαριζόμενον τῷ δέοντι*, *παροδόντων τὴν εἰς ἀπόλην*, gratosium sese cuiquam præbendo aliquid supplicio tradere capitali. Cf. com. 16. ubi additio vocum *εἰς ἀπόλην*, verbum *παροδόντων*, quippe quod cum eis persæpe, at Matth. x. 21. Luc. xxi. 12. Act. viii. 9. xxii. 4. 1 Cor. v. 5. 2 Cor. iv. 11. coniungitur, in media forma *χαρισάσθαι* occulta quadam inesse virtute, dubitare sinit neminem. Jo. autem Millius, theologus Anglus, verba sibi dedit, quod voces, *εἰς ἀπόλην*, quas tamen non nisi in paucis non extant Codd. MSS., interpretamenti esse loco insertas, induxit in animum. Sic media etiam forma Rom. iii. 4. si quid iudicando valeo, in hac obtinet formula: *καὶ κέρως ἐν τῷ κρίνεσθαι ἐγὼ*, ut vincas, quam iudicio contendis, seu discerptas, et iudicandum te sponte offers. *Κρίνω* enim, iudico, *κρίνομαι*, in passivo, iudicor, invitus nempe, seu volens volens: quam in sententiam criminis tui capitalis *κρίσασθαι*, invito, nolentes volentesque, iudicari dicuntur: at *κρίνομαι*, in medio, iudicio se sponte offerre, tumque iudicio discerptare, sive contendere significat. Hoc modo Thucydides, scriptor Ἀθηναῖος, *ἔλαχ κρίσασθαι*, iudicio discerptare, L. I. c. xxix. usurpavit. Idem Lib. vi. p. 429. *ἔπειτα τὸ πρὸν ἔλαλει κρίσασθαι*, id est *ταῦτα εἰρηγασμένον* τὴν, paratus erat, antequam proficisceretur, iudicium subire, si horum quidquam fecisset. Demosthenes auct. Midiam p. 412. Midiam hæc compellat verbis: *ἐν οἷς τῷ κρίνεσθαι παραγγέλλω ἰλαρίους*, dum vero iudicem adis, et rogas, ut ius tibi dicat, misericordiam confestim consequeris. Huic eleganter opponitur *αἴτις*, quod in iudicio vincere, apud Æschinum, Theophrastum, Isam, Polyænum, qui ἐν *δικαστηρίῳ* clarissimè, ostendit Jac. Elsner, in Observat. Sac. in N. T. libros, p. 19. Eandem rem præcipue Ciceroiana, iudicium vincere, L. I. in Verr. c. liii. sive simpliciter vincere, L. IV. in Verr. c. xh. licet exprimere. Nullum mihi est dubium, quin credam, Alexandrinos Interpretes, quos, ut solet, secutus est Paulus, eam vocis *κρίσασθαι* mediam ob oculos habuisse potestatem. Atque hoc tanto quidem magis mihi persuadendo, quo exploratius habeo, cum Hebræa locutione *כִּרְשָׁבַי*, Psalm. li. 6. eam bellissime convenire, que eadem, qua Gr. dictio, convertenda erit ratione. Namque ut *כִּרְשָׁבַי* verba notat, que tu locutus es, ita illa vox non potest aliter, quam de eo, quod tu subis, iudicio hic explicari.

§. XXIII. Rom. vii. 5. *τὰ παθήματα τῶν ἀμαρτιῶν ἠνεργήθη*, in membris efficacia sese præbent nostris; quo etiam sensu Gal. v. 6. *ἐν τῷ εἶναι ἡ ἀγάπη ἠνεργήθη*, fides per caritatem sese actuosam efficacemque præbens, per internam, qua *καθ' ἑαυτὴν* Jac. ii. 17. ammitta est, vitam, admodum significatorem appellatur. Pari modo Rom. viii. 14: ubi non nisi in divina *πίστει* digni censentur, *ἵνα πνεύματι δέξωσιν*, qui Spiritu Dei agi se patiuntur. Etenim homines etiam impii, non Dei, sed inferni genii amici, *ἀφένται*, in passivo, aguntur a Spiritu sanctiore, quippe qui Rom. ii. 4. eos serio efficaciter *ἀγν*, agit, duci, impellente ad veram sinceramque *μετάνοιαν*: hi enim vero non *ἀγνέται*, in medio, hoc est, agi se haud patiuntur, sed, qui sunt malitiosa animi obstinatione, salutaris sanctissimi Spiritus operationi repugnant et adversantur. Eodem se modo res habet Gal. v. 18. *ἐν οἷς πνεύματι ἀγνέται*, si vero Spiritu agi vos patiuntur. Sic et *ἀπεργάζομαι*, qui abripi se patiuntur, 1 Cor. xii. 2. Vox media *κρίσασθαι*, qua reportare aliquid, quod necum est, in meum usum, quod ab altero accipri, adeoque consequi, impetrare, obtinere vel consequi, denotatur, nec in sacris N. T. *ἀποικισασθαι* adeo peregrinans cœsenda, ut non æquus in illis inveniantur. Vid. e. gr. 2 Cor. v. 10. Eph. vi. 8. Col. iii. 25. Hebr. x. 36. xi. 39. 1 Pet. i. 9. v. 4. 2 Pet. ii. 13. Sic Eph. iv. 30. *χαριζόμενοι ἑαυτοῖς*, gratosios vos exhibentes vobismet ipsis. Pronomen reciprocorum *ἑαυτοῖς*, necessitatis causa, ut Kusterus annotavit, additur, quoniam persona, quibus gratia faciendi, discrete nominanda erant. Ibidem: *ὁ Θεὸς ἐν Χριστῷ ἔχαρισετο ἡμῖν*, Deus in Christo gratosium se vobis præbuit. Hebr. xii. 1. *ἔργον ἀπέθραυεν πάντα*, onus a vobis deponentes omne. Com. 7. *ὁ υἱὸς τοῦ ἀποστόλου* ἁ Θεὸς, ergo vos, tanquam filios, se gerit Deus. 1 Tim. iii. 4. *ἐπισκοπὴν ἰδέσθαι*, episcopatum appetit, desiderat. Hanc *ἰδέσθαι* notionem ex metaphora ducit. *Ὀφθαλμ* enim, vos activa, extendo, porrigo, significat: at *ἰδέσθαι*, in medio, me porrigo, manus extendo ad aliquid captandum. Unde *ἰδέσθαι τινος* proprie manus ad aliquem protendere denotat: quo sensu Homerus Hectora manus ad filium suum porrexisse, H. 2. *καὶ εὐθεὶς ἰδέσθαι* dicit. Quoniam vero ad ea, que appetimus, manus extendere solemus, ideo ipso appetendi sensu verbum adhibetur. 1 Pet. v. 5. *τὴν ταπεινοφροσύνην ἔγκυβόσασθε*, humilitate vos, tanquam veste, convestite. Hesych. p. 1071. n. 13. et p. 1247. n. 8. Hoc verbum Petrinum *ἔγκυβόσασθαι* in glossa MS. Cod. Coislin. xxvi. redditur *ἰουλιέσασθε*, *περιβάλλετε ἢ ἀναστρέφετε*. Hesychius *λεῖψον*, *ἔγκυβόσασθαι*, exponit per *στολιέσασθαι*, vestire se, veste ornare se. Hanc et per π et per β , literas easdem labiales, κατ' *ἰδὲσθαι* sine vitio scribi, Suidas observat. In vernaculo dicimus: Kleidet euch an, schücket euch.

§. XXIV. 2 Corinth. xi. 2. verbum *προσάσκειν* a nullo interprete sic explicatum fuit, quem ad modum vis ejus Media, imo et res ipsa, flagitat. Vera hæc notio est: Ego vos mihi conciliavi, qui vos castam virginem uni offerrem viro, Christo. Hanc potestatem jam (p. 103.) extra omnem collocavi dubitationem. Verum et res ipsa hæc requirit enodationem. Quod eruditi explanatores vulgo sciscunt, S. Paulum hoc sibi velle, Ego vos desponsavi uni viro, id quidem ipsi sacrarum veritatum vinculo reponant. Qui enim sanctus servatoris nostri orator sacer ecclesie dici possit? Quid, quæso, est, ecclesiam Christo despondere, re quidem spectata, et abjecta figura? Nihil aliud, quam eandem Christo homini dare, ut tota ejus sit. Ex quo sequitur, ut is, qui Servatori dare potest ecclesiam ac despondere, eam ipse, vice creationis, in sua potestate habeat, necesse sit. Sacri autem libri nos erudiunt, hunc neminem, nisi Deum Patrem, esse, qui Filio suo *ἑωκιστοῦ* cœtum, ut omnium hominum, ita præcipue sanctorum, proprium ac suum dederit et tribuerit, quæ quidem redemptionis singulari, secundum humanam, quam habet, naturam; idque fecisse cum eis æterni pacte, post hoc ipsum, qui redemptionis opus absolutum; Matth. xxii. 2. s. Ps. ii. 8. Jo. xvii. 2. 6. Eph. i. 22. Phil. ii. 9. Proinde us, de S. Paulum ut solemus aut patrem Christo ecclesiam Corinthiacam despondisse putant, violatè diem et virtutis verbi Medii reciproca dicimus et divine veritatis. Vid. Commentio nostra theologica solenni occasione oblata, formis descripta, De Ecclesia Virgine ad 2 Cor. xi. 1, 2. Quo etiam loco hinc i. et 2. committis interpretationi adsumimus: *Ὁσταν ἠνέχεσθαι μοι μικρὸν τι τῆς ἀποστολῆς* (ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθαι μου) ἕως γὰρ ἴδωσθε τοὺς ἕλκωσιν ἑρασαμέναι γὰρ ὑμᾶς, (dote vel τῷ, id est, ἀπὸ τοῦ, Hebr. xi. 5.) ἐν ἑστέ παρθεῖον ἀγνήν παραστῆσαι, τῷ Χριστῷ. Gal. i. 16. ὃν προσανέθυκα σαρκὶ καὶ αἵματι, non commisi me. Gal. ii. 6. ἡμῶν οὐδὲν προανατίθειτε, mihi nihil commiserunt. Elegans hic usus est verbi Medii *προανατίθειν*, qui multos præterit: (p. 112. s.) Laudat Cl. Bos in Exercit. Philol. in N. T. p. 172. Belgas, qui τὴν *προανατίθειν* verterunt, te runde gaan, observans, eleganter istud verbum Græcis notare, quod Lat. adhibere aliquid in consilium, exponere ali-

cui arcum sum, et super eo ipsum consilere. Munit hanc rem loco illo, quem ex Luciano (p. 113.) in medium protulimus. At vero genuina notio est *εράταις, προκαταίεταί ται*, alicui se committere. Haec vero ab hac loquendi formula, alicquem in consilium adhibere, distincta est. Possunt etenim amico meo, qui non magna valet sapientia et prudentia, me aliqua in re committere, quem idcirco in consilium non adhibeo. Non est hic silentio pretereundum, Cl. Hemsterhuisio istam Cl. Bos explanationem probatum esse videri, quoniam eam ad verba Lucianea in margine, illa sine censura, adscripsit, T. II. p. 642. Gal. vi. 7. *μη κλαυθῆτε*, ne decipite vos ipsimet, (p. 113.) 1. Pet. v. 6. *θεμελίωθε*, armate vos, (p. 107.) Act. xiii. 46. *εργαζομαι*, convertimus nos. Sic, prater vernaculum nostrum, Belgica habet versus: Ziet, wy keeren ons tot te Heidenen. *Ἀποθέστας*, a se deponere, Act. vii. 58. Col. iii. 8. Jac. i. 21. Huc et alia sanctorum N. T. exempla pertinent, ut: *ἀδελφεῖται*, viros vos praestare. (Xenoph. *Ἄναξ. Α.* 906. ed. Oxon. ἀδελφεῖται, viros sese praestantes.) 1 Cor. xvi. 13. *ἐπιχειρήσεις*, extendens, Phil. iii. 14. *μη μεθύετε*, ne inebriate vos, Eph. v. 18. *ἐπιχειρήσεις*, efferens sese. Phil. iii. 14. *φωλαστῆται*, custodite vos, 2 Pet. iii. 17. *ἀφιήσεται*, corrumpunt se. Jud. v. 10. *μη συγχωαρίζεσθε*, ne configurate vos, Rom. xii. 2. 1 Pet. i. 14. *μεταρχησάμενοι*, se transformant, simulat, 2 Cor. xi. 13. 15. Hanc *εράται* Josephus exprimit, *μεταρχησάμενοι αἰτίαι*, A. I. vii. 10. 5. *καταρχησῆτε*, facite vos perfectos, 2 Cor. xii. 11. *μη υπεραιένετε*, ne exercebatur vos, ne acerbos vos praebete, Col. iii. 10. *ὑπεραιένετε, χρησάμενοι*, calefacite vos, saturate vos, Jac. ii. 16. *περιπέμψεται*, facere se circumcidi, Act. xv. i. 24. 1 Cor. vii. 28. Gal. v. 2. 3.

§. XXV. Verba media, quae §. XII. passivè interpretatus sum, reciproce etiam habi incommode explicari, plerumque omnia ex iis, quae supra disputavimus, praeberi neminem; ut: *κρίσεται*, sibi acquirere, comparare; *ἀπαιδύσεται*, abluendo vos praeubistis; *ἰασησάμεται*, sacro se lavaco abluendo praeuberunt, curarunt, et reliqua. Hic adde Act. xiii. 16. *βάνεται*, sacro te lavaco abluendum praebe; *ἀπόσῃται τὰς ἀμαρτίας σου*, abluenda praebe peccata tua. 2 Pet. ii. 22. *ἔξ λουτρίων*, sus, quae se abluit. Homines etiam sanctos istud, quod verbi, activo *παιεί*, et medio *παιείσθαι*, Kusterus attribuit, attendisse discrimen, invenio. Ut medium *παιείσθαι* proprie ad ipsum facientem, qui sibi aliquid facit, refertur: ita *εράταις* composita, *παιείσθαι πρόσωπον τῆς σαρκός*, providere carnem suam, curam suam habere carnis, Rom. xiii. 14. significat. Eadem plane loquendi ratio in fragmento quodam Diod. Siculi extat, quod ab interitu vindicatum, in aspectum lucernae protulit Cl. Boivinus: *τὸν σάρκατος ἐπιπέμψον πρόσωπον*, hoc est, ipso interprete, meo consuli providus corpori. Gallicè verba ista reddidit: 'J'ai eu la sage précaution de me préserver d'être bléssé.' Hanc illustrationem nostram probavit Cl. vir, Pet. Wesseling. Consultum erit, de hoc antiquo, unde hac verba petii, monumento nonnulla commouere. Diod. Siculus, ut neminem praeberit, XL. libros historiae universalis composuerat. Ex his vero quum non nisi priores quique, una cum altera decade tota, hodie supersint, XXV. interierunt. Inventa sunt hinc inde quaedam fragmenta, in quibus hoc etiam portio aliqua sexti voluminis esse videtur. Olim quidem illud, eo quod Diodori nomine inscriptum nondum civitate exierat, pro declamatione cuiusdam Graecorum sophistae habitum fuit. Neque unquam latina fuit civitate donatum, quin plane adhuc traditum oblivioni. Heur. Stephanus A. p. C. N. *εΙΣΙΣΙΧΜΥΙΙ*. primus et unus illud evulgavit Graece, idque, Declamatio cuiusdam Anonymi, inscripsit. Is. Vossius, quum A. *εΙΣΙΣΙΧΜΥΙ*. pro Florentiam iter faceret, Bibliothecam Magni Etruriae ducis ea visitavit occasione, ibidemque codicem reperit manu exaratum, qui hoc fragmentum Diod. Siculo vindicaverat. Is hoc descriptum, ignorans semel jam luci expositum, recitandum postea curabat, eisdemque tribuebat historico, facta etiam Cleonitis et Aristomenis, utrumque in eo commemorat, in ipso titulo mentione. Illius pater, Ger. Vossius, ad Addenda Historicorum, quos edidit, Graecorum p. 592. editionis *εΙΣΙΣΙΧΜΥΙ*, notulam¹ adiecit, omissio vero et Diodori libro, et explanatione nominum, quoniam illi sint homines, Cleonitis atque Aristomenis. Tum vero *εΙΣΙΣΙΧΜΥΙ* in hanc rem curiosius inquisivit Boivinus, ipsum fragmentum denuo Graece exhibuit, in Latinumque pariter et Gallicum transiit sermonem, et criticae historice explanavit. Credantur ei *φιλῆλληνες*, se ex hac perlecta Dissertatione multum utilitatis ablaturus.

§. XXVI. 1 Cor. x. 13. hanc legimus *εράταις, πεινῆ ἔχουσι*, facere aliis exitum, vel, si mavis, facere, ut alii exeant. Deus enim Opt. Max. est ille, qui *πείσσει τῶν ἔχουσι*, faciet, ut vera, viva salvantur ipsi adducti fide, ex variis calamitatibus tandem exeant. Locutio ex alia sibi aliqua haud paulo evadent illustrior. Thucyd. Lib. ii. cap. iii. Herodian. Lib. iii. cap. ix. n. 17. alique dicunt, *παιείσθαι ἀπίθανον*, facere excensionem in terram. Loquuntur de iis, qui ipsi excendent. At *πεινῆ ἀπίθανον* foret, efficere, ut alii excendant, sive, aliis excendenti copiam facere. Eundem in modum *παιείσθαι ἔχουσι* idem esset, ac, facere sibi exitum. Dum autem, *πείσσει ἔχουσι* dicit Apostolus, sensus est, id quod ipsa etiam res docet: Deum suis credentibus facturum commodam latissimamque ex tentatione elabendi copiam. Haec sunt igitur verba vere media sacra, quae suapte natura *ἀντεπέμψου*, seu virtutem recipiendam ac reflexivam ex Graecorum exprimit consuetudine.

§. XXVII. At sunt alii etiam modi, quibus eandem recipiendam sententiam eloquuntur Gr. lingua loquentes. Verba hinc activa, hinc passiva, hoc reflexivo sensu, nonnumquam adhibere non videntur. Unicum variis studiis, quo quidem in linguis nihil esse usitatus solet, veram illius dicendi formam causam equidem interpono, (p. 16.) Tunc vero activis ac passivis verbis reciproca notio, qua media propria et velut essentialis est, extrinsecus modo accedit, quae adeo, ex usu non adeo frequenti, accessoria tantum et accidentalibus existimanda. Activa, de vibus initio dicendum, vim adsumunt reciprocam ope pronominis reciproci, cuiusque sine expressi, sive supplendi. Thucydides, i. 132. 85. *καθίστημι ἑαυτὸν ἐς χρεῖται*, se reum conuicti, ἀπὸ τοῦ καθίσταται. Aristoph. Pl. 781. *ἰδούμαι ἑαυτὸν τινι*, tradere se alicui, alicuius potestati se permittere, pro, ἰδούμαι. Lucianus, Atticis, in Toxar. p. 42. ed. Amst. *ἀπαγγέλλω ἑαυτὸν, ἀπὸ τοῦ ἀπαγγέλλω*, dixit; quod an imitandum sit, Kusterus dubitat. Heliodorus Aethiop. Lib. ii. c. 26. pro *στέλλουμαι*, ire, proficisci, *στέλλω* ἑαυτὸν usurpavit; quod an satis Graece dictum sit, aut in medio relinquo, aut non plane improbarium ducis. *Καθίσταται*, in medio, sedere me facio, vel sedeo, notat; in activo autem, *καθίστα*, sedere facio, in sella colloco. Illud igitur sine ellipsi pronomen continet reciprocum *ἑαυτὸν*: huius vero quoties reflexiva notio accommodatur, dicta *ἑλληνιστῶν* adaptanda. Hinc ad illud Thucydides, lib. i. c. cxvii. *καθίστημι ἐπὶ τῶν βαρβάν, ἢ Σχολιάστῃς* recte adscripsit: *ἑαυτὸν ἐρλουτόν*. Hoc modo *εραταίς* in Euripidis Hel. v. 1571. p. 302. occurrit:

—τῶλλα μὲν, ἢ μάλιστ' εἶσα νεῦ;
Ἐμμετῶ καοφίοντα—

¹ Vid. Diss. sur un Fragment de Diodore Sicule par M. Boivin l'Ainé, dans les Mémoires de Littérature, tires des Registres de l'Académie Royale des Inscriptions et Belles Lettres, Tom. III. p. 104. 609.

² P. 110.

³ P. 114.

⁴ In egregia Diodori editione, p. 639. nota ad lib. 91. ubi et istud fragmentum reperitur.

⁵ Illa nunc in ipsum textum inserta reperit L. B. c. ii. p. 107. ed. Operum J. G. Vossii, junctim & tomis Amstelod. A. *εΙΣΙΣΙΧΜΥΙ*. editorum.

rum. Sic Matth. ix. 5. *ἔγχετα*, erige te. At enim vero in locis N. T. tantum non omnibus non sine insigni *ἔγχεται*, Deo Patri, tanquam generis hominum creditori, excitatio Christi, ut vadis nostri, tributor. Eminentem dicendi virtutem sanctissime servavit ut a Deo actus. Argumento nobis est v. 15. ubi S. Paulus, omnium Christi oratorum verbis: *ἠνεγκρατέραν*, inquit, κατὰ τὸ θεῖον, *ἢ τὴν ἔγχετα τῶν ἁγίων* ἢ τὴν ἔγχετα, κ. τ. λ. Deus igitur Pater erexit, vel, si mavis, excitavit Christum. Hec est eximia illa virtus, quam testabatur Paulus, et in qua emittenda omnes versabantur Apostoli. Quam ergo divinus scriptor passivam ipse vim declaraverit, atque addiderit, a quo Servator in vitam revocatus sit, nempe a Deo Patre: eruditi quidem haud est interpretis, alium quare *ἠνεγκρατα*. Docui praterea in alio libro, in quo precepta N. T. Hermeneutica tradidi, non esse in uno loco nisi eademque verbo binas notiones simul obtrudendas. Vinculum enim istius orationis, quae est nexus determinatiorum notionum, non nisi tui favore potest vocis ejusque significationem.

§. XXX. Graci veteris institutum interpretes, sicut jam docui, non tantum prateritis, sed aliam etiam sine delecto temporibus, vim tribunt recipimus: ut Gen. iii. 6. *ἐκράθησαν*. Jos. x. 16. *κατέκρησαν*. 1 Sam. xxiv. 22. *κρητίσθησαν*. Gen. xlv. 1. *ἀνεγκράθησαν*. Num. vi. 3. et xix. 20. *ἀνεγκράθησαν*. 1 Reg. xviii. 2. *ἐξέγχετα*, et com. 28. *κατέκρησαν*. 2 Chron. xxi. 4. *ἐκράθησάντες*. Hos, ut solent, imitati sunt divini novi foederis scriptores: e. g. Matth. v. 24. *βαλάθησθε*, reconcilia te. Cf. 2 Cor. v. 20. Rom. vii. 17. *κατέκρησθε*, tradidistis vos xii. 2. *μὴ—κατέκρησθήσθε*, ne configurete vos, sed transformate vos. Add. 1 Pet. i. 14. 1 Cor. v. 9. 11. et 2 Thess. iii. 14. *κατέκρησθε*, separare se. Eph. vi. 10. *ἰδοιματώσθε*, confortate vos. 2 Thess. ii. 4. *κατέκρησθε*, humiliate vos. Jac. iv. 10. Apoc. xiii. 4. *ὅτι ἐκράθησαν*, non contamiarunt se. Ita *ἐνεγκράθη* aliquoties de iis dicitur, qui ultro convenerunt, seu se ipsos congregarunt. Matth. xviii. 10. xxii. 41. xxvii. 17. Jo. xx. 19. Act. vi. 31. xx. 7. 8. Apoc. xiii. 19. Eodem sensu occurrit vox *ἐνεγκράθησθε*, Marc. i. 33. et *ἐνεγκράθησθε*, Luc. xxiv. 35. Act. xii. 12. Add. alia passiva, Act. xix. 36. xxiv. 18. 2 Cor. xiii. 11. Col. iii. 19. Jac. ii. 16. 1 Pet. i. 14. Apoc. xxii. 11. Magnus ille vir veteres ea in re theologos ac philologos imitatus est. Tantum anteacepto opio, quam virtute roboravit, etiam in illos potest, qui ratione praer multis valent alii. Quae autem vocabula extra vinculum orationis ambigua sunt, ea in ipsa ejusdem connexionione certam acquirunt sententiam. Hujus ejusdem verbi alia tempora reciproce leguntur, e. g. *ἐκράθησθε*, se convertite. Matth. vii. 6. xvi. 23. Luc. vii. 9. 44. *ἐνεγκράθησθε*, Matth. ix. 22. Jo. xxi. 20. *ἐκράθησθε*, convertitis vos, Matth. xlviii. 3. et ut *ἐκράθησθε*, convertit se. Jo. xx. 14. Huc *ἐκράθησθε*, occultavit se, Jo. vii. 59. xii. 36. referendum. Collegit haec, praeter alia, exempla Phil. A. Limborch in Commentario ad Act. xiii. 46. et 48. ubi et observat, in Nova Versione Belgica, jussu et auctoritate Synodi Dordracense adorna, locos illos tantum non omnino reciproco explamatos sensu exhiberi. Nos autem plura, quae recitavit ille, §. 23. (p. 326. s.) inter Media verba retulimus. Et quia, quosque, sponsorem se nobis praebuit, verba quaedam ex iis, quae ex versione V. T. Alexandrina recessit, ut *κρητίσθησθε*, *ἀνεγκράθησθε*, *κατέκρησθησθε*, inter media non etiam verba numeranda esse: Heterodoxa, quae sibi favore potest, dictiones, Mediae sunt voces, ut *ῥάθησθε*, et *τάθησθε*.

§. XXXI. At enim vero non frustra celeberrimus Arminianae familiae doctor ista verborum, quae passiva reciproca esse voluit, accumulavit exempla: verum eo istud consilio fecit, ut illa ipsa ad causae suae commodum trahat. Is enim l. c. p. 134. seq. Tria insignia N. T. oracula, reciproce enodata, cum Christi communicavit civitate. Primum habetur Act. xiii. 48. ubi ii, qui adhuc simulacra venerati erant, eo, quod adeo prompte parateque ad Christi accessissent disciplinam, meritis orantur laudibus. Historici diviniore Spiritu acti ita se habet enarratio: *καὶ ἠκούσαντες ὁμοίως ἦσαν τεταράχθησθε εἰς τὸν αἰῶνα*. Sunt hic *τεταράχθησθε*, et ejus sententia, ordinati sui dispositi a seipsis, seu qui se ipsos disposerunt. Favet huic expositioni *ῥάθησθε* composita cum praepositione *εἰς*, quae et 1 Cor. xvi. 15. plena hoc occurrit modo: *ῥάθησθε ἑαυτοῖς εἰς ἡλικίαν, ἵνα προσέσκησεν* se ad ministerium. Eandem cum vocali *εἰς* constructionem Epictetus adhibuit, loco, quem p. 351. indicabimus: *τεταράχθησθε εἰς ταῦτα τῆς τάξης*. Itaque κατ' ὄλκωσθε. Esclimes, in Orat. contra Ctes. p. 275. B. dixit, *ἐκράθησθε τῆς τάξης, ἢ τῆς τάξης ὅτι τῶν ἰσίων*. *Ἦν* pro, *ἢ ἦν*. Convenit cum hac *ῥάθησθε* Lucianus, *ῥάθησθε* *λατῶν*, acie relicta, *ἢ ἡμῶν τῶν ἰσίων*, in qua me ipse locavi. Sunt, qui hic legi maluit *ἢ ἦν*, iii. 522. A. Quis si vero etiam lectionem vulgarem retineas: praepositio *εἰς* tamen erit subaudienda. Itaque si constructio spectetur, ea quidem isti enodationi favere videtur. Neque *ἠκούσαντες* incepta est, quae haec, gentes antea, Judaei opponuntur *ἑτάθησθε*, 1 Thess. v. 14. qui se vita aeterna ducebant indignos, com. 46. ut adeo ad gentes profanas esse convertere cogenter verendi Servatoris legati; id quod A. p. C. N. xlv. accidisse, Dodwellius existimat. Firmat eandem aliqua ex parte Kusterus, ejus vi ratio valet, dum praterita passiva Gracis, in primisque istis, vim attribui recipiunt, contendit. Jo. Clericus, cum recensitur commentarium, allatum interpretationem, quam plaribus excerpserit verbis, cum maxime dignam judicavit. Ac fateor sane, si de *τάθησθε* mediorum salutis, quam a Deo praescriptam non repudiaverit gentes, hanc vocem capias, nihil cum declarationem habere incommodi. Id quod P. I. Spenerus,* A. Calovius, alique magis nominis theologi, jam pridem ipso praer se tulerunt ore. Aetius etenim paedagogici, et Calovii uti verbis, in nostris viribus sunt.

§. XXXII. Licet igitur suo quaque sensu facillime patiar abundare: restant tamen difficultates, quae hanc, meo quidem iudicio, prenuunt interpretationem. Primum quidem Media verba, *τάθησθε* (p. 42.) et *ῥάθησθε* (p. 111.) *ἀνεγκράθησθε* verba sunt: sed participium passivum *τεταράχθησθε* usquam reciproce significare, hodieque dubito. Locos, quos et Limborchius, et alii, pro reflexiva militare notione sibi peruserunt, passivam sibi flagitate virtutem, contendo. Hanc enim, praeter ipsam vim vocis naturalem, vel diserte adjecta praepositio *εἰς*, ut apud Epict. c. xlix. *ὅτι τὸ θεῖον τεταράχθησθε*, nec non peius Xenoph. Exped. Cyri, Lib. vii. p. 232. *εἰς ἑαυτὸν ὅτι ἑαυτοῦ ταράχθησθε*, illi autem a se ipsis ordinati, (conf. Rom. xiii. 1. *ὅτι τὸ θεῖον τεταράχθησθε ἑαυτῶν*, a Deo ordinata sunt) vel orationis, in qua illud invenitur, poscit connexio. Deinde, quando de homine compositam vitam agente, atque statu habitusque ordinatae vivendi, et aliquid, quod in commune expedit, perficendi junctam instructo, *τεταράχθησθε* usurpatur, ea quidem significatio ad praesens non quadrat oraculum. Non nego, Plutarchum et Antoninum, *τὸν φιλόσοφον*, hoc sapienter sensu vocem illam usurpasset. At enim vero in hoc quidem loco non nisi de actu se disponendi tantummodo senu institui potuit, utpote quibus jam primum a Paulo ac Barnaba evangelium annuntiabatur. Itaque nullus alius accessit actus, ex quo habitus consequi poterit. Eodem Luc. ix. 62. sunt ii, qui jam in statu conversionis, justificationis, ac renovationis sunt constituti, quique, si hodie rebus mortalium existerent, ad beatas evolverent sedes,

* Sic in Photio, Cod. 282. p. 1086. 42. verba haec, *ἡμῶν ἢ τῶν ἰσίων*, Schottus per se non male reddidit. Videri vix esse ea magis digna. Verum utriusque verborum subjectionem talis. Marini quare ex Isidoro, quid de commentario, quod in Platonia Platonia respiciet, quae statuerit? Respondit, eo perlecta, *ἡμῶν ἢ τῶν ἰσίων*, s. v. s. Sensus igitur hic est: *ἡμῶν* jam a magistro Proclo concepta. Hic etiam Proclus, praepositor Marini, commentarium in Platonia Philibum confecerat. Haec re Marini audita famulum dedit, quae commentaria erant. Vid. J. A. Fabricii Bibl. Gr. Vol. IX. p. 493.
 * De Jure Laicorum, p. 202. * Dans la Bibliothèque Chânoir, Tom. XXIII. Part. I. p. 24. 544.
 * Responsa Theol. Germ. P. I. p. 10. 404q. et 623. Bibl. illustr. ed. h. l. p. 308.

* *Αρχαίοι* homines sunt impii, qui in statu eo, quo non sunt conversi, non iustificati, nec renovati versantur. Quod si ergo si *τεταγμένοι* his essent opponendi, homines pii jam et sancti, hoc est, sanjiam conversi, iustificati, ac renovati, eod nomine designarentur. Venia sit verbis, in eruditam et sacram civitatem quendam adscriptis. Sed istam vim totius historie sanctorum vinculum abhorret. Quæ quum ita se habeant, istud præterea illa, a quoniam gentes fuerint dispositæ, solvenda erit, idque magno conatu agendum, ut ne absoluta euidam electioni, vel, si navis, prædestinationi, quam Deo attribueret non erubescant nonnulli, eis dispositio adscribatur incaute. Aut igitur ii homines a Deo ordinati sunt, aut a se ipsi, id est, se ipsi ordinant ad vitam æternam. Prior sententia sanctissimis convenit literis. Nam sensus est: Sunt a Deo ad fidem adducti salutem, quo salventur. Hæc autem via miram vitiosissimamque hinc efficeret *ταυτολογία* *ἰσὺ θεοῦ* *τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον*, quæ erant dispositi ad vitam æternam, hoc est, si rem ipsam pouderes, quæ credebant ad salutem, *ἰστέοντα*, credebant. Subjectum ac predicatum erit idem, voces autem discrepantes. Absent vero a Codice, quem ut divinum suspicimus ac revererem, tautologia, quæ in vitio ponenda sunt. Quæ ob causam ista enodatio in hoc quidem oraculo minime valere poterit. Nomen etiam *ἰστέοντα*, *ἰσὺ τοῦ θεοῦ*, recipienda erit? At recipe eam, me perlubente: novum tibi nodum solvendum dabo: cur Deus hoc præcisè, non alios, ordinavit? Verum non adest huic explanationi Cl. Arminii discipulus, sed alteri vult, ut isti auditores ipsi se disposerent et ordinarent ad vitam æternam. Quæ quidem dicendi ratio, accuratius enodata, nihil potest aliud significare, quam, ipsi, suis viribus adjuti, ordinem ingressi sunt, quem vita æterna requirit. Ipsi se, ut sic dicam, ad credendum disposerunt. Verum hæc sententiam universa Christianæ disciplina ratio haud patitur, sed, qui ei favet, in castra Pelagii et Coelestii transeunt, qui duo ex Britannia et Hibernia Monachi, A. p. C. N. ccccxii. aut ccccxiii. hominem divino auxilio ad salutem sui emendationem indigere, negarunt, hacque ipsa celestis veritatis violatione rationes sacra conturbant civitatis. Postea locutiones istæ, ordo salutis, ordinem salutis ingredi, ordini salutis sese subijcere, in Ecclesia quidem sunt receptæ, sed in S. Scriptura minus usitatæ. Sed observatæ sunt in ante oculos, qui illas in librum divinum intulerunt. Postremo ponam eisdem, verba sic vertenda esse: Quotquot ordini sese subijcerunt ad vitam æternam: nec tamen huic versioni locus esse poterit. Namque cum Græca verba obtorto quasi collo ad ipsum essent sensum trahenda: tum vero etiam distributio quædam præsentium auditorum erroris opinione fingeretur, ac si alii fuerint obsequentes, alii minus. Ubi vero hæc reperitur divisio? Scriptor divinus loquitur primo indefinite, *τὴν ἀκούοντα*, id est, omnes, quotquot præsentibus audiebant, erant gentes. Hisque omnibus binos attribuit effectus fidei, *ἐρχομεν καὶ ἰστέοντα κ. τ. λ.* Ex quo sequitur, ut etiam ipsa fides, tanquam causa, conveniat in omnes: καὶ ἰστέοντα, *οἱ θεοῦ ἰστέοντα κ. τ. λ.* Quod si hæc verba sic reddas Latine: Et crediderunt, quotquot ordini sese divino subijcerunt, auditores sanctorum hominum in binas classes dividere debetis: in eos nempe, qui se subijcerunt, atque in eos, qui se haud subijcere voluerunt. Tot adsunt difficultates, in quibus quatuor eminentiores numeravi, plures vero alias occulte significavi, cum apud nos usitatæ, tum Limborchianæ in primis, obstantes interpretationi. Expositio autem, quam minime premunt difficultates, locum habere minime potest. Vid. Hermeneutica mea N. F. p. 194.

§. XXXIII. Itaque causas indicavimus, quæ nos impulerunt, ut de nova cogitarem explanatione. Ex orationis perspicuum est vinculo, Judeos pariter atque gentes, eademque *προεχέοντες*, in synagoga sabasti conversisse die. Lucas narrat, has in primis tanta confluisse copia, ut Judæi, ira perciti, Pauli dictis contradixerint, com. 43, 44, 45. Tum in ipsa synagoga, incredibili cum *παρηγορία* Paulus ac Barnabas alloquebantur primum Judæos, eorumdemque verbis gravissimis *ἰστέοντα ἀπειθήσαντες*, hoc adjecto magno momenti epiphonemate: *ἰστέοντα, ἰστέοντα εἰς τὴν ψυχὴν*, convertimus nos ad gentes. Erant nimirum in separato in synagogæ loco. Illuc igitur viri sancti convertiebant facies, ad has eorum se convertebat oratio: ita, ut non amplius obtinatos compellarent Judæos, sed gentes *προεχέοντες*; converso ad ipsas vultu, com. 47. Hæc itaque *τὴν ἰστέοντα* verba com. 47, ad speciatim dicta, gaudebant ac celebrabant verbum divinum, com. 48. Ex quo intelligitur, voce *ἰστέοντα* totam multitudinem gentium, quæ convenerat, (§. 31.) et participio *τεταγμένοι*, eorum ordinatum in synagoga dispositionem significari: crediderunt, id quod non sine idea admirationis accessoria commemorat *ἰστέοντα ἀπειθήσαντες*, scriptor, omnes, quotquot ordine, suis quique locis, erant dispositi in Synagoga. Hæc igitur probata declaratione, interpunctionis etiam mutatio vulgaris et contrita, ut saepe in Gr. N. T. textu usitata, ita hic necessaria esse videtur. Rem annoto, quam non nisi pauci nesciunt. Hujus mutationis necessitatem hic loci perspexi, atqueam Norg. Knatchbullum, nobilem Anglum, eandem probasse cognovi. Connectenda igitur *ἰστέοντα, ἰστέοντα εἰς ζωὴν αἰώνιον*, crediderunt, ut vitam consequerentur æternam. *ἰστέοντα*, ut in sacris N. in primis F. tubulis frequentissime, designat finem, atque hic speciatim fidei *πίστις, σωτηρία*, 1 Pet. i. 9. coll. Jo. xx. 31, non sine nervo declarat. Evolve hæc in rem Rom. i. 5. *εἰς πίστιν*, ad fidem, eo fine, ut credatur, vi. 16. 19. Verum hæc quòmodo modo se habeant, ipsum Lucam testor: sit ipse, mo quidem silente, verborum suorum interpres. Act. xi. 17, 18. in simili versatur causa, gentium quoque describit conversionem: Deus, inquit, gentibus dedit *τὴν μετάνοιαν εἰς ζωὴν*, penitentiam ad vitam, ut vitam consequi æternam queant. Nomen hic *μετάνοια*, in latiori quippe ambitu sumpta, idem denotat, atque *πίστις εἰς ζωὴν*? Quid? quod eos, quos *μετάνοια* divinitus donatos com. 18. dicit, *πιστεύοντες*; ipse vocavit, com. 17. Nollem igitur, celeberrimum virum, Jo. Christ. Wolfium, in Curis Philol. p. 1205. tam acre iudicium sibi sumsisse. Veretur ille, ut ista explicatio multis se probatura sit. At vero, si non multis probatur, passim tamen illi placebit, qui rem sapientius ponderabunt. Patat idem, verbum *πιστέω* insolentius referri ad voces, *εἰς ζωὴν αἰώνιον*. Is autem nec sensum *ἰστέοντα*; genuinum, nec usum scivit sanctiorum. Ad illum quod attinet, cum jam declaravimus. Integram autem *ἰστέοντα*, simili sensu, 1 Timoth. i. 16. invenimus: *πιστέω εἰς ζωὴν αἰώνιον*, id est, credere ad vitam æternam, seu, ut vita potiantur æterna. Cetera mitto, quia non mecum, sed cum aliis, qui simili opinioni favere vixi sunt, accipis ingenii certamen viri adit eximium. Accedit alia ratio, cur reciproco sensu in participio *τεταγμένοι* adesse nobis haud liceat. Ponam, illud hoc quidem sensu se ipsa usurpari: at hæc tamen secundaria quedam et accessoria ejus foret significatio, cui primaria ei propria, passiva nempe, suo utique jure anteferenda. Nos vero, hæc servata, vim nostræ declarationi addimus majorem. Neque potestati verbi *τάττα* vel *τὴν αἰώνιον* native et usitate vim nos inferimus ullam, sed præcipuum ei et obsequendum ducimus. Istud etenim, ut in Xenophonte, aliisque bonis auctoribus, de re parendum militari, sive multibus in acie instructa ordinatis dispositisque occurrit, ita hoc loco ad eos, qui in Synagoga suam tenebant locum atque ordinem, commodissime transfertur. Ita Plato, in Apolog. p. 363. F. G. Gryllus *τεταγμένοι, κατὰ τὸς ἰστέοντα*, collocatur ad equites. Hic erat locis militiæ et ordinis, quem Gryllus, ut miles,

* Vide, et operæ illius pretium, qua alio loco hæc eadem de re in medium attuli, in Examine Regularum Hermeneuticarum ab Aug. Calaneo Christi civitati commendatarum, §. xxv. p. 86. 194.

* Anmadver. in libros N. T. ad locum, p. m. 66.

tueri debebat. Zosimus I. 15. princ. εἰ τῶν Ἀκωλῶν παραγῶνι φοβῶνται, milites collocati, qui Aquileiam custodiant, hoc est, hujus urbis praesidio impositi. Sum igitur, fateor, hac in haeresi, ut participium παραγῶνι passivae, remotaque reciproca notione explanandum censeam; aliter tamen hic sentienti, ne modestum violare videar, idem dicturus nemini.

§. XXXIV. Alterum N. F. participium, quod passivam prae se fert formam, et a Limborchio inter ἀποστελλοῦντα numeratur, est παραγῶνι, Rom. vii. 14. Describit, ejus quidem sententia, (p. 134.) celestis doctrinae praeco sub sua persona statum hominis irrogeniti, doctoque, quod sit παραγῶνι ὄντι τῶν ἀμαρτιῶν, venditus sub peccato; quod, sicut ipse vult, de alia venditione, quam qua se ipsum venderat, intelligi nequit. Addit praesidium loco, eandem τῶν ὁ locutionem, §. XXVII. a nobis allatam, quam huic Paulinae ἰερονομίαε arbitratur. At enimvero dicam, quid sentiam, libere, ἄνευ προνομίου καὶ παύσεως. Nihil eo, quod fundamenti loco substravit, infirmius, et a veritate remotius excogitari potest. Comparat homo divinus antecedentem suum ac presentem animi sui statum indolemque. Docet, se, Pharisaeum adhuc, imitatum hominibus haberi ne pro peccato quidem habuisse, tantoque certius habiturusque ex lege speravisse salutem. Nunc autem regenitus, planeque factus est alius. At licet mentem renatam et salutariter emendatam in corpore gestaret, nullam tamen ex lege sibi amplius promittebat justitiam coram Dei tribunalibus valentem, eo quod sibi, jam etiam renato, caro, vel si mavis, labes originalis, gravissimum sanctitatis impedimentum objicit. Agnoscit hujus originem et ἀμαρτία, ejusdemque inhaerentis inevitabilem necessitatem, per primorum lapsus hominum introductam. Ab his igitur se nominat παραγῶνι ὄντι τῶν ἀμαρτιῶν, venundatum sub peccato originali. Hujus se vocat quasi mancipium, quantum quidem ad inhabitationem, a qua nec regeniti, dum in vivis superstites sunt, liberantur. Neque enim hic prohibere valent, quo minus prave cogitationes atque cupiditates ex animo, labae originali corrupto depravatoque, orientur enascanturque. Sed inviti sunt sub labis inatate iustitiae potestate, mallentque, si penes ipsos staret, liberi esse, quam diutius servire. Inatque venditio Pauli renati est mere passiva, quam primi homines in nos omnes derivarunt. Contra vero ea venditio irrogenitorum est activa et passiva simul; ideoque illi, locis citatis, quibus et 1 Macc. i. 15. addit poterit, in lithpael, semet ipsos vendidisse, ac sponte sua peccatis mancipasse perhibentur. Aliud est vendi ab alio inritum; aliud, vendere se non invitum, sed perlabentem. Illud dicitur de homine renato; hoc de eo, qui gratia Spiritus S. caret inhabitante. Distinctiones vocum in interpretandis libris cum cura sunt observandae. Nemo sacros, et alios libros erudite declarare valet, qui distincta, quae in unica interdum peritio inveniuntur, vocabula non intelligit. Sensus ῥησῶν convenit cum ea, quae praecedit, σαρκῶς, peccati originalis labae infectas, atque adeo quae παραγῶνι, sub eam ita venditus, ut ejus inhabitationem, ad mala omni temporis puncto incitantem, nequam evitare, sed illam intra pectus circumgestare, vitissimum licet recusantem, cogat. Ut adeo haec altera vox a priori non alia re, nisi majori differat ἀνωτέρι, quam metaphora marum in modum auget, a mancipis docta, quorum venditio etiam olim orientalibus, et alia populis usitata fuit.

§. XXXV. Jam denique, an Tertium, idemque ultimum, passivae vocis participium, παραγῶνι, Rom. ix. 22. cui reciprocam virtutem tribuit Limborchius, p. 135. ejusmodi admittat explanationem, circumspiciendum erit. Is quidem hanc probat versionem: Aptata a se ipsis ad interitum, vel, quo perniciem sibi conciliarunt ipsa. P. Molinaeus collaudat ejusdem sententiae patrum. Alios, qui ei favent, de industria mitto. Hi autem omnes vitio mihi haud dabunt, quod cum ipsis me nequam conjungere. Rationem dissensionis meae reddidit, commata 19. atque sequentia, id quod necessitas postulat, declarabo. Objicit, interprete Paulo, Judaeus, com. 19. Quid igitur inuasit nos Deus? voluntati ejus absolute quis nostram poterit resistere? Ita in Dei voluntatem rejectionis suae culpam, quam in malitiam suam, mavult transferre Judaeus. Jam S. Pauli sequitur responso, com. 20. At enimvero, o homo Judae, quisnam tu es, qui ita ex adverso respondas Deo? Deus justo se fecisse contendit, quod populum Judaicum, in ἀπειθείᾳ perseverantem, rejecerit, 14. Judaeus autem injustitiae cujusdam postulat eundem, quod absolute sua paraverit voluntati. Verum absurdissima res est, in salutis negotio absolutam ejusmodi Deo tribuere voluntatem. Pergit idcirco Apostolus huic in modum Dei orare causam: Nonne hac ratione figmentum dicitur figelo suo, tu nimirum, homo Judae, Deo: Cur me fecisti ita? varum hast da mich also, solchergehalt, gemacht! Si me repudiare voluisses, id quod dudum antea prospexisti ac decrevisti, satius omnino fuisset, si me non creasses. Hoc etenim in tu unus situm erit potestatis. Illustrat Judaeus mentem suam uberius, com. 21. Nonne potestatem habet filius, ex una eademque latī massa aliud quidem vas faciendi ad decus, aliud vero ad dedecus? Ἀπέθεις, quam hac ῥησῶνι intendit ille, ita se habet: Consimili ratione in unius Dei situm erit potestatis, ex eodem populo nostro quosdam absolute aeternae destinare beattitati, alios vero vinculis mancipare nunquam relaxandis. Interrogatione circumvestita est oratio, ac si dicitur: res ita clara testataque videtur, ut nemo eam vocari in dubium audeat. Haec inepta Judaei sententia Paulus recitata, simpliciter ac sine ulla tergiversatione negat, Deum in salutis negotio secundum absolutam suam nobiscum agere potentiam, com. 22. At enimvero, si Deus adeo libenter declararet iram, ac potentiam suam manifestam redderet absolutam, coll. com. 17. 21. tolerarent tam incredibili cum longanimitate κολῶν ἰσχυρῶς, vasa irae, i. e. ira, vel potius poena dignos homines, καταρῶνιμα εἰς ἀπάθειαν, si absolute ab eo parata essent ad inferitum?

§. XXXVI. Haec interrogans, eademque aens propositio idem valet, atque haec, fortius negans: ho-

¹ Habeo in praesenti elegantem locum Photii, quem olim libenter legi. Cod. 442. p. 1026. 36. Ἄλλὰ πῶς ἐὰν τὸ ἐπιπέδον, εἰ ἀρχαῖος γὰρ ἰσχυρῶς. Verba, sed statim aliquis suspitionem excitat, id quod dicitur, fabulam narrare de beatis, suspensio inanis. Vox ἰσχυρῶς de oratore dicitur, et ἰσχυρῶς de poëta, qui fabulas canunt. Ad ἰσχυρῶς simple ἰσχυρῶς, ex Diog. Laert. vi. 29. 334. s. Danacius hic beatam Isidorum, philosophi Platonicum, mortuum ex scitis philosophis describit Platonicum. Haec triplex recipiatur genus animorum apud inferos, triplex quae subterranei coram regum. Prima familia eorum est, qui vitium licet infecti, sanabiles tamen sunt, et in certo loco purgantur, altera eorum, qui jam purgati sunt, atque ex carcere emissi, campos incolunt Elysios: tertia eorum, qui in tartaro aeternam poenitentiam, simulacris suis juncti, poenas lunt. Philosophi Platonici antea sua media ad obsequium elationem. Haec fabulam recitat Photius: tum vero aut eorum, aut alios, quisquis ille fuerit, Christiani addit iudicium. Quare aut sibi placeat, aut pro ἰσχυρῶς legi ἰσχυρῶς poterit. Namque philosophi, qui antea habebant purgatos, et loca illa, omnibus classis referita, incolebant, ἰσχυρῶς et ἰσχυρῶς vocabantur. Homini difficile erit, Photium explanare, qui in philosophia antiqua loci alium est.

² In Acaton. Arminian. c. xiv. l. 13.

³ Haec erat typicam adoptiva hypothesis Judaeorum, ex qua fata oratio licet capiti. Sic plurimi veterum loci ex ἰσχυρῶς eorum, de quibus disputantur, explicandi sunt. In Photio, exempli gratia, multa olim reperi, et in schedis meis notavi. Cod. 442. p. 1048. 2. haec verba leguntur: ἰσχυρῶς ἰσχυρῶς καὶ ἰσχυρῶς καὶ ἰσχυρῶς καὶ ἰσχυρῶς. Schottus obicit: Perse vixit vitium pium et fidem. Neque vero illa hic sententia admitti poterit: Nam vi ἰσχυρῶς est particula Graeca, quae significat, separatum ab alio. Jambl. c. 29. et ἰσχυρῶς καὶ ἰσχυρῶς. See ἰσχυρῶς, p. 28. Eikon. V. H. li. 19. Conf. Act. xxviii. 16. Rom. xiv. 22. Apoc. iv. 8. et Cl. Alberti Obermyer. p. 223. Atque ipsa ἰσχυρῶς ac vita ratio Platonicorum adolescentiorum rebula haec exigit expositionem. Hi etenim suis commendabant solitudinem, ab inveniunt a corpore incedendam. Conf. Porphyry. ἐπι ἰσχυρῶς, lib. 4. l. 27. s. 4. l. 1. p. 22. s. Atque haec celebrant Mystici inanis ac Practici. Vid. Jean Chardin, Voyages en Perse, tom. iv. p. 196. ed. Amst. 1753. 4.

⁴ Jam a tua ipse dissentio. Vid. Comment. philol. de Parentesi sacra, p. 67. a. 19.

mines nulli, et ne ii quidem, qui poena digni sunt aeterna, a Deo ex absoluta quadam voluntate sunt ad perniciem destinati; alioquin etiam non adeo diu toleraret eos, salutarem ipsorum expectans emendationem. Cohærent cum his ea, quæ sequuntur, facillime, com. 23. καὶ, et etiam, hæc ἐκείνῳ ἔργῳ φέρει, ex com. 22. ἴσα, ut notam faciat abundantissimam gloriam suam, hoc est, prout substrata urget materia, misericordiam incredibilem erga eosdem poena dignos homines, tanquam, ὡς supple, ἐκείνῳ ἴσως, vasa commiseratione dignissima, quæ antea preparavit ad gloriam, com. 24. Quales etiam nos vocavit, i. e. fide donavit salvante, quiquot nostrum non solum ex Judæis, verum etiam ex gentibus sumus. Mens Apostoli hæc valet; nos utriusque gentis homines, qui jam Christo nomen dedimus, antea etiam ἐκείνῳ ἔργῳ, vasa poena digna eramus: tanto autem magis nos Deus, tanquam ἐκείνῳ ἴσως, vasa misericordia digna, perbenigne respexit. Haud scio, an hæc sermonis connexionem quidquam facilius, et hæc Paulina ratiocinatione robustius dici possit. Nihil est, quod in commendata demonstrare non valerem interpretatione, si quidem id mihi hic loci propositum foret. Imo vero sunt, quæ tribus modo verbis reddam firmiora. Ad ἴσως quod ἴσα suppleo, id quidem utatissimum. Id vero in primis notandum, ἴσως cum infinitivo in Latina lingua per adverbium commodissime explicari. Exempla collegit Er. Schmidius in N. T. f. 1231. sq. Idem vero etiam perquam venuste cum aliis construitur temporibus. Col. ii. 18. καταβαρυνέτω ἴσως, iudicio suo pessandè libenter, studiosè. Hujus usum oblitus est Cl. Hombergius, qui ἴσως pro quicvis accipit. Quid vero est, Nemo quicvis? Laudi quosum Cl. Clerico ducendum est, quod ingeniosum suam et elegantem, quæ ἴσως in ἴσως, alliciens, mutare voluit, conjecturam, vix a limine salutata, statim valere jussit. Est enim ea sola ingenua divinatione, nullius autem idonei codicis auctoritate fulta. 2 Pet. iii. 5. Ἀπόλοι αὐτοὺς τοὺς ἴσως, fugit hoc ipso volentes, vel libenter ac studiosè, nisi ihrem guten Willen. Sic et alii dicunt, qui melioris notæ sutores habentur. Hesiod. Oper. v. 355. x. ἴσως χαίρει, libenter gaudet. Lysias Orat. xviii. ἴσως ἐπαδύρεθε, libenter suscipite. Ex Romanis Tacitus Græcam dicendi rationem in suos convertit usus, Agric. xviii. 2. 'Quibus bellum volentibus erat,' i. e. qui bellum libenter gerebant. Verum hæc præteriens addidi. Participium quoque, pro optandi vel subjungendi modo, cum particula ei usurpavit, Fr. Vigerius¹ haud imperite annotavit. Cum Auctoritas omnium, tum maxime Atticorum, hæc probant legem testimonia, ut: τὰ περὶ τοῦ λόγου, τοῖς ἰβραημίοις περιττοῦν βουλομένοι, ἐπιτάκτα φαίνετ' ἄν, Cognitio literarum, si qui modo constanter in eas incumbere velint, satis ad paradum facilis videatur. Ubi τοῖς βουλομένοι, ἄντι, εἰ τις ἄν βούλοιο. Eundem in modum κατατρεμῆσα poni censeo pro, εἰ κατατρεμῆσα ἄν ἴσως. Ita vero totius Pauline filiam argumentationis explicationem hujus participii explosum vult recipiam: Non urgebo, atque adeo insectabor, nisi illam passivis, id quod jam motui, extrinsecus modo accederet, eamque ob causam non invenire locum, nisi res eandem possant circumstantes.

§. XXXVII. Excerpti hæc, et quæ præcedunt, ex Collegio meo MSto, quod in διενέκτης divi Pauli epistolam ante aliquot annos selectis quibusdam auditoribus in hæc habui Academia. Illud siquando, plenius elaboratum, Deo bene juvante, si res mea ita ferant, formis curabo describendum. Jo. Conr. Schwarzium, virum Gr. literarum apprime peritum, saltem quantum ad priora com. 22. verba, idem mecum sentire,² non sine singulari animi voluptate postea ex hæc ejus intellexi versione: si ἴ ἴσως scil. (ἴ) x. τ. λ. 'Si autem vellet Deus declarare sui poenæ exigentia, et potentiam suam demonstrare, non tam patienter ferret homines perniciem sibi ipsi marantem?' Meum erat, hæc publicare insignis viri clarissimi erga me humanitatis, quam et literis humanissime scriptis, et libris, quos publicavit, muneris mihi donatis, declaravit, grato memorie animo prædicandum non dimittere occasionem. Is mihi etiam, immerenti licet, domi vixit, mirifice favit: egoque ipsum singulari semper studio colui. Neque vero dubito, quin, si Paulinam curatius perloquisset ratiocinationem, in voce κατατρεμῆσα enodanda se fuisset mecum conjuncturus. Quod reliquum est, hoc quidem ex dictis lucide puto apparere, reciproce potestatis, ejusdemque passivis potissimum extrinsecus accidentis, absum omni animi contentione fugiendum, usum vero non nisi paucis in verbis probatum, et interdum necessarium, limitati ope judici explorandum esse.

§. XXXVIII. Atque hoc modo celeberrimis duumviris, qui suam de Verbis Græcorum Mediis sententiam orbis exposuerunt erudito, satisfacere saltem: in eo ut facerem satis, omni elaboravi opera. L. Kusterus, quod, inventionis suæ, reflexiva nimirum verborum mediolorum significacionis, novitate percussus, non semper ea, qua fas est, accurate, mentem suam exposuit. Mox enim reflexivam, quam vocat, notionem solis et unius verbi tribuit Mediis: mox vero alias, quæ eandem expriment, concedit formas. Has autem modo probare, modo improbare videtur. Ita fit inter homines, ut, qui res novæ venantur, eas primum obscure cernant. Non dubito equidem, quin Kusterus nonnulla rectus diciturus fuisset, si quidem datus in vita mansisset, et novam ipse molitus esset editionem. Multi hodie, quibus philosophiæ studium commendatur, usurpant illud Cassianum, Cui hono sit. At enim vero, in his etiam rebus, utilitatem ejus singularem, et præpe incredibile esse, præ me ferendum poto. Ut ad omnia possumus philosophiæ scitis: et necno ea contemnit, nisi qui totus in illis alienus est. Kusterus certe ambigu distinxisset acutus, et clariore non nunquam in animo suo informatas habuisset notiones, si philosophiam cum humanioribus literis conjunxisset. Ego igitur causam ejus, quam optatum esse poto, enodatis ac distinctius ergo, operamque dedi, ut vera doctissimi hominis sententia sine tripode intelligatur. Eandem is confirmavi rationibus, ut, qui, quid quæquam rem consequatur, perite percipit, ab ea non possit non stare. Ceterum non poto, quenquam Latinitatem, quam in explicatione Mediolorum Verborum adhibuit Kusterus, exagitarum esse. Vir præstantissimus, id ne feret, ipse cavit. Subjunxerat ille Parisiæ libelli sui de Verbis Mediis editioni Epistolam ad virum Cl. J. P. id est, Jac. Perizonium de verbo Com. Cl. Perizonius Diatribæ Kusteri aliquam, de hoc verbo antea hæc in locum editam, cavillatus erat, et quædam in ea minus Latina vituperaverat, quibus ille prudens et sciens quis erat, quo vim φέρει, et naturalem constructionem, quantum fieri posset, in luce poneret clarissima. Kusterus omnem a se amolitur invidiam. En verba, quæ pro se facit, p. 49. hæc apprime quadrantia: 'Sic ex. gr. ἴσως expositi, statuo me, pro isto: ἐπιτάκτα, facio mihi mutuum dari, pro mutuum accipio: μετ' ἑαυτά, facio mihi locari, pro conduco: τίμα, facio mihi solvi ponas, pro punio: et alia hujus generis. Sed quisquis erit paulo humanior et æquior, libenter et facile agnoscat, me necessitate coactum, hujusmodi loquendi formulas adhibuisse; ut nempe veram et propriam verborum Gr. vim eo melius exprimerem.' Verum causa Kusteri non est conclamata, ut egeat patrocinio. Is immortalis sibi ipso libello suo comparavit gloriam: neque est, cur novæ ipsius inventionis suæ peniteat. Contra vero J. Clericus, si verba media plane negaret, novam sibi tem visus est invenisse, eandemque incertis, at præclare tamen subtiliterque confectis, exornavit conjecturis. Latina lingua non nisi duas habet verborum formas, activam atque passivam, cujus et deponentia admittit terminationem: concedo. Inde vero nego æqui, eandem Gr.

¹ De præcipuis Gr. dictionis Idiotismis, p. 267. ed. Lugd. Bat.

² In Solacisimis Disputationem J. C. Antiquitatis, p. 124.

grammatica indolem esse. Observarunt jam pridem homines Græce haud vulgariter docti, majorem Græcis, quam Latinis literis nativam esse copiam. Cui rei vel hoc ipsum documento est, quod vim activam et per activum, et per deponens, et per medium interdum verbum, triplicique adeo ratione, atque passivum sensum in eo per ipsum passivum, mox per medium, rarius licet, verbum exprime valeant. Cum metri in carmine ratio, tum et numerus, quom soluta auster oratio, oratorius; eam introduxit variationem. Vim denique reciprocam tot in mediis inesse verba, Kusterus docuit, hisque adeo eandem præcipue proprie convenire conclusit. Anne igitur convenit mirari, verba activo-media et activa, passiva et medio-passiva, media proprie vereque talia et passiva, quin etiam activa, pronomine reciproco, eoque vel expresso vel occulto, vestita, ejusdem hominumque significationis esse? Desinet mirari, quisquis secum consideraverit, in lingua nihil ita proprium perpetuumque, nullam ut plane subeat mutationem, inveniri. Utrum neglectio quædam, an usus, an numerus, an demique variatiois amor et copia in causa sit, non ausim definire. Nihil præterea addo, nisi hoc inum: faxis Deus Opt. Max. ut ex hoc literario comatu et φιλόλογος, et Sacri Græci N. F. Codicis præcipue interpretes, nonnihil saltem percipiant emolumenti, ne opera, quam in hac elucubranda perpolien-
disque posui Dissertatione, frustra consumpta esse videatur.

ΤΩ ΘΕΩ ΚΑΤΗΡΙ
ΟΣ ΕΚΤΙ
ΕΝ ΜΕΩΝ
ΤΩΝ ΟΝΤΩΝ ΑΥΤΟΥ
ΔΟΞΑ

INDEX I.

VERBORUM PROPRIAM VIM MEDIAM HABENTUM.

Vide paginas inter [] notatas.

* Αγοσθαι 327	* Απομάζασθαι 5	Διαλέγασθαι 65	* Ἐξυκίζομαι 19
* Αγοσθαι γυνίκα 41. s.	* Απώαντο 259	Διαλλάττωσθαι 68	* Ἐξοκλάσθαι 260
192. s. 317. s.	* Αποπέμπωμαι 109. s.	Διαλύωσθαι 66. 76. 151	* Ἐπάγωμαι 40
* Αγοσθῆσθαι 69. s.	* Αποπλάσθαι 72	Διαμάσθαι 152	* Ἐπιέρωμαι 13
Ἄγωμαι 21. s. 87	* Αποπλάσθαι 72	Διαφύζωσθαι 69	* Ἐπιπέσασθαι 264
Ἀγροφύσθαι 14. 199. s.	* Αποπλάσθαι 72	Διαπραχέσθαι 69	* Ἐπιπροκλάωμαι 292
* Ἀγροβάλλεσθαι 69	* Αποπλάσθαι 72. 107.	Διασκευάζωμαι 261. s.	* Ἐπτεκρινόμενος, extendens ne 332
* Ἀδύφασθαι 110. 244. 247	266	Διατίσθαι 70	* Ἐπιτρέφωμαι 292
Ἀδύφασθαι 114	* Αποπλάσθαι 98	Διατρέφωσθαι 69	* Ἐπιβάλλωσθαι 29
* Ἀμιλλῶσθαι 69	* Αποπλάσθαι 76	Διατρέφωσθαι 70	* Ἐπιγράφωσθαι 100. s.
* Ἀμπίσσωσθαι 7	* Αποπλάσθαι 143. s.	Διατρέφωσθαι 153	* Ἐπιλέγασθαι 206. s.
* Ἀμυνοῖσθαι 7	* Αποπλάσθαι 266	Διατρέφωσθαι 114	* Ἐπιμάττωσθαι 68
* Ἀμύνομαι 58	* Αποπλάσθαι 102. s.	Διδάσθαι 118. s. 148.	* Ἐπιμάττωσθαι 122. s.
* Ἀμύνομαι 57. 69	* Αποπλάσθαι 142. s.	313. s.	* Ἐπιπάσσωσθαι 41
* Ἀμφιβάλλωσθαι 7	* Αποπλάσθαι 139. 141	Διμαρτύρομαι 322	* Ἐπιπέσσωσθαι 27
* Ἀμφίσσωσθαι 7	* Αποπλάσθαι 141	Διμήνομαι 315	* Ἐπιφύσθαι 114
* Ἀναδοξάζωμαι 258	* Αποπλάσθαι 72	Διφύσθαι 155	* Ἐπιφύζωσθαι 124. s.
* Ἀναδοξάζωμαι 266	* Αποπλάσθαι 72	Διφύσθαι 247*	* Ἐποιμαι 15. s.
* Ἀναγίγασθαι 22. 114	* Αποπλάσθαι 72	Διγυγίσθαι 283	* Ἐποιέωσθαι 149. s.
* Ἀνακαλεσθῆναι 261	* Αποπλάσθαι 5	Δοκίωμαι 192. s.	* Ἐργάζομαι 154. 282. 303. sq.
* Ἀναλόγως 8. s.	* Ἀπάσσωσθαι 72. 74. s. 250	* Ἐβαστίεσθαι 264. 332. s.	* Ἐσάσθαι 7
* Ἀναρτίσσωσθαι 12	* Ἀρμάσσωσθαι 108. s.	* Ἐγγράσομαι 344. s.	* Ἐσάσθαι 101. s.
* Ἀναρτίσσωσθαι 14. 102	* Ἀρυσάσθαι 87	* Ἐγγαλότομαι 28. s. 30.	* Ἐσάσθαι 339
* Ἀνέγασθαι 332	* Ἄρωμαι 342	202. s. 258	* Ἐταράσσω 339
* Ἀνεκτίεσθαι 48	* Ἄρωσθαι 87	* Ἐγκομβάσσωσθαι 328. s.	* Ἐπιστάσσωσθαι 101. s.
* Ἀνίγω 135. 264	* Ἄρωμαι 34. s. 421	* Ἐγκρατίεσθαι 109	Ζάωσθαι 107. 250
* Ἀίστωμαι 14	* Ἄσθαι 249	* Ἐκταμίη 244. 246	* Ἡγίωσθαι 304
* Ἀικίωσθαι 19	Βαλίωσθαι 262	* Ἐκταμίη 256. 259	* Ἡροσάωμαι 329. s.
* Ἀικιόσθαι 18. 42	Βαλίωσθαι 264	* Ἐκταμίη 256	* Ἡρώωμαι 292
* Ἀικιόσθαι 18	Βαλίωσθαι 258. 262	* Ἐκταμίη 256	Ἡρώωσθαι 332
* Ἀκρόφωσθαι 10. s. 76. 258.	Βουλεύωσθαι 65. s.	* Ἐκταμίη 256	Θίωσθαι τὰ ἔλα 38. 152.
251. s. 337	Γίγνομαι 265	* Ἐκταμίη 256	225. s. 318. s. πόμον
* Ἀκροφύσθαι 327	Γόωμαι 155. 282	* Ἐκταμίη 256	99. 72. s. ἴμον, 131. s.
* Ἀκρόφωσθαι 32	Γύρωμαι 153	* Ἐκταμίη 256	220. s. 315. s. alia ex- empla 78. 81. 131. s.
* Ἀκροφύσθαι 72	Γυνάσκωσθαι 6. 195. s.	* Ἐκταμίη 256	141. 142
* Ἀκροφύσθαι 245	Δανεύωσθαι 136. 141. 146.	* Ἐκταμίη 256	Θρίωμαι 155. 282
* Ἀκρόφωσθαι 13. 77. 114	149. 323. 372	* Ἐκταμίη 256	Θυρίωμαι 248
* Ἀκροβάλλωσθαι 72	Δίβορα * 256	* Ἐκταμίη 256	* Ἴρωμαι 14
* Ἀπογυγίσθαι 117. 264. 323*	* Nota subjecta pertinet tan- tum ad hoc verbum Home- ricum, non ad vocem Sopho- clis ἰδωμαι, quon vim habet activam.	* Ἐκταμίη 256	* Ἰστωμαι 14. 372
* Ἀποκρίσθαι 111. s.	Δίωσθαι 259. 300. sq.	* Ἐκταμίη 256	* Καθίωμαι 13. 96. s. 268. s. 340
* Ἀποκρίσθαι 72. 328. 331	Διλόσσωσθαι 307	* Ἐκταμίη 256	* Καθίστωμαι 337
* Ἀποκαταστήσθαι 238	Διολέσσωσθαι 69	* Ἐκταμίη 256	* Κακίωμαι 269. s.
* Ἀποκρίσθαι 29	Διολέσσωσθαι 69	* Ἐκταμίη 256	* Κακίωσθαι 114
* Ἀποκρίσθαι 72	Διολέσσωσθαι 78	* Ἐκταμίη 256	Κατακρίσθαι 152. 315
* Ἀποκρίσθαι 76	Διοκροτάσθαι 81. s.	* Ἐκταμίη 256	Κατακρίσθαι 72. 81. 112
* Ἀπόλλωσθαι 101	Διοκροτάσθαι 109	* Ἐκταμίη 256	
* Ἀποκρίσθαι 332. s.	Διμαρτύρωσθαι 69	* Ἐκταμίη 256	
* Ἀποκρίσθαι 265		* Ἐκταμίη 256	
* Ἀπομάζωσθαι 5. 259		* Ἐκταμίη 256	

- Κατακόλιον 203
 Καταλόγος 67. s. 76. s.
 Καταμάρμαρον 172
 Καταπέτασμα 77
 Καταρτήσις 332
 Καταρχήμα 83
 Καταρτήσις 89
 Κατατήρασις 81
 Καταψύξις 30
 Καταψύξασθαι 151, 315
 Καυρότης 106
 Κίμα 15
 Κίρασις 6. s. 108, 115. s. 245. 311. 324
 Κισσός 247
 Κισσός 247
 Κισσώσις 48. s.
 Κισσός 15
 Κισσολογία 66
 Κισσός 84. s. 86. sq. 136. 144. s. 149. 260. 327
 Κόπτης 11. s. 92. s. 108. 197. s. 243. 249. 323
 Κόπτης 249. 309
 Κόπτης 69, 241. s.
 Κόπτης 69, 121. s.
 Κόπτης 43. 332
 Κόπτης 244
 Κόπτης 66
 Κόπτης 244. 249. 256
 Κόπτης 70. s. 207. s.
 Κόπτης 6. 195. 244. 263. 333
 Κόπτης 6. s. 93. 135. s. 210. 241. s.
 Κόπτης 114
 Κόπτης 69
 Κόπτης 69. s. 218
 Κόπτης 108
 Κόπτης 15. s.
 Μόδοσις 107, 332
 Μοταβάλλοις 105
 Μοταβήσις 263
 Μοταβήσις 332
 Μοταβήσις 246
 Μοταβήσις 145
 Μοταβήσις 110. s.
 Μοταβήσις 108. 243. 307
 Μοταβήσις 156. 141. 146. 372
 Μοταβήσις 269. s.
 Νίμασις 62
 Νίμασις 106. 248
 Νίμασις 106
 Νίμασις 107
 Νίμασις 19. s. 328
 Νίμασις 147. s.
 Νίμασις 120. 131
 Νίμασις 43. 95. s. 107. 170. s. 217. s. 293
 Νίμασις 41
 Νίμασις 266
 Νίμασις 79. 80. 211
 Νίμασις 102
 Νίμασις 101, 209. s.
 Νίμασις 28. 156. s. 263. s. 307. 311. s.
 Νίμασις 248
 Νίμασις 269. s.
 Νίμασις 23. s.
 Νίμασις 247
 Νίμασις 47
 Νίμασις 7. 329
 Νίμασις 266
 Νίμασις τὰ ἑκα 38
 Νίμασις 37
 Νίμασις 332
 Νίμασις 108
 Νίμασις 332
 Πάριμα 14. 143. 331
 Πάριμα 237
 Πάριμα 69
 Πάριμα 39. 49. s. ἀντὶ τοῦ προσωπίου 51. s. ἀντὶ τοῦ κ. τ. λ. 77. σπουδὴ 85. alia exempla, 88. 89. s. 91. 92. 212. s. 314. s. 333. πρόμα 333. ἀπόμα 335. s. ἑξῆς 336
 Πάριμα 14. 269. s.
 Πάριμα 43. s. 46. 96. 214. s.
 Πάριμα 72
 Πάριμα 108
 Πάριμα 30
 Πάριμα 39. s. 219
 Πάριμα 112. s. 330. s.
 Πάριμα 330
 Πάριμα 54. s. 36
 Πάριμα 45. s.
 Πάριμα 28
 Πάριμα 112. s.
 Πάριμα 25. sq. 114. 201. s. 328
 Πάριμα 108. 243
 Πάριμα 89
 Πάριμα 68
 Πάριμα 14. 59. s. 337
 Πάριμα 9. s.
 Πάριμα 338
 Πάριμα 77
 Πάριμα 249. πρόμα 83. s. 145
 Πάριμα 329
 Πάριμα 331
 Πάριμα 145
 Πάριμα 250
 Πάριμα 23
 Πάριμα 108
 Πάριμα 68
 Πάριμα 332
 Πάριμα 113
 Πάριμα 114
 Πάριμα 42. 123. s. 263. 351
 Πάριμα 257
 Πάριμα 250
 Πάριμα 249
 Πάριμα 108. 243
 Πάριμα 108
 Πάριμα 39. 93. 94
 Πάριμα 186. 189. s. 149. 372
 Πάριμα 17. s. 60. 198. s. 243. 244. 245. 246. 248. 257. 259. 262. 263
 Πάριμα 100
 Πάριμα 33
 Πάριμα 332
 Πάριμα 8. 29. 266
 Πάριμα 109
 Πάριμα 78
 Πάριμα 111. 196. 331
 Πάριμα 30
 Πάριμα 8
 Πάριμα 15. 269. s.
 Πάριμα 247. s.
 Πάριμα 87. 149
 Πάριμα 332
 Πάριμα 70
 Πάριμα 14. 168. s.
 Πάριμα 17. 232. s. 235. s. 332
 Πάριμα 320. 324. 328
 Πάριμα 332
 Πάριμα 136. 141. 145. 156
 Πάριμα 195. s. 256
 Πάριμα 124. s.

INDEX II.

LOCORUM N. F. SACRORUM EX USU VERBI MEDII RECIPROCO EXPLICATORUM.

- MATH. C. V. F. 346
 —III. 323—VII. vi. 347
 —IX. v. 345—XIII. 347
 —X. vi. 342—XII. 325
 —XI. 342—XVI. 346
 —XIV. 347—XVIII. 346
 —XIX. XVIII. 268. 339. s.—XX. XX. 341
 —XXI. II. s. 330—XXX. 307—XII. 346—XXV. XXX. 339—XXVI. XXXV. 339—XXVII. v. 10—VII. 346—XXVIII. 110—XXVIII. III. 347
 MARCI. C. I. S. XXXII. 346
 LUC. II. I. II. v. 323—IV. v. 264—V. 117—VI. IV. 101—VII. IX. XIV. 347—VIII. III. 323—IX. III. 332—XII. IV. 17—XXXVI. 107—XIV. XX. 192—XV. VI. 265—XXIV. 342—XXV. XXXI. 28—XXI. XII. 325—XXII. XXX. 269. 340—XII. 99—XXIV. XXXIII. 346—XIX. 266. 340.
 JO. VIII. IIX. 347—X. XIX. 346—XI. XXXIII. 339—XII. XXXVI. 347—XVII. II. VI. 330—XX. XIV. 347—XXXI. 357—XXI. XX. 347.
 ACT. IV. XXXI. 346—V. XXXV. s. 28—XIII. 101—VII. XII. 339—VIII. 331—VIII. III. 323—XVIII. XXI. 266—XI. XVII. XVIII. 358—XII. XII. 346—XIII. XIV. 340—XIII. XIV. XIV. 355—XVI. 331—XVI. XIII. 348. sqq.—XVII. XIII. 266—XV. XII. XXV. 264—XXIV. 332—XXV. XIII. 340—XXVI. XVII. 65—XXVIII. XXIV.—XXVIII. VI. 18—VIII. XXX—XIX. XXXVI. 364—XX. VII. VIII. 364—XXI. v. 266—XXIII. IV. 365—XXV. 264. 333—XXIII. XII. XIV. 339—XXIV. XIII. 346—XXV. VI. 340—IX. XI. 324—
- XXXVIII. VI. 105—XVI. 364.
 ROM. I. v. XVII. 357—II. IV. 327—III. IV. 325—VI. XVI. XIX. 357—XVII. 346—VII. v. 326—XVIII. 339—VIII. XIV. 327—IX. XIV. 364—XIII. 362—XIII. 363. 365. s.—XIII. XXIV. 366—XII. II. 332. 340—XIII. I. 351—XIV. 333—XIV. XII. 364.
 I COR. IV. II. 325—V. v. 325—IX. XI. 346—VIII. IX. 109—XXXIII. 332—X. XII. 333—XII. II. 327—XIV. VIII. 43—XVI. XIII. 332—XV. 339. 349.
 II COR. II. XIII. 266—V. III. IV. 264—X. 327—X. XX. 340—X. II. 264—XI. II. 103. 329—XIII. 2. 332—XIII. XI. 332. 346.
Tot superba prasidia isthac suis tamen nunquam non caruit oppugnatoribus, sive qua parte Gr. characterum epocham respicit, sive qua eorum respicit naturam, et cum Phœnicibus similitudinem. Sunt enim in primis, qui se haudquaquam intelligere profiterentur, literas in Graecia aliquando non fuisse, sed eas semper a regnis et civitatibus, imo et ab humanis convitiis constitutis necessario semper existere debuisse arbitrantur, cum sine illis neque rerum antecatarum memoria esse possit, neque praesentium ordo, neque successio futurorum; quare nominis incertum absque auctore nunc non habendum illud esse, quod ferebatur olim a Cadmo primum latas in Graeciam literas.¹ Qua in re ab eorum placito satis alienos ostendunt, qui litterarum usum Cadmo longe recentiorum apud Graecos fuisse contendunt,² quorum alii teste Tacito (Annal. l. 1.) Cecropium Atheniensem, alii Linum Thebanum, alii denique Palamedem Argivum inventores repitant. Hisce accedit, quod auctor Chronici marmorci Arund., cum Cadmi adventum in Graeciam memorat, arcemque Thebis ab eo adificatam, de literis allatis nihil habet; cum alioquin multa alia rarioris usus et momenti levioris apud Graecos vel instituta, vel introducta non sileat.

Sed esto, inquam alii, quod Graeci a Cadmo literas primum acceperint, neque ex eo tamen literas illas Phœnic. fuisse licet statim inferre.³ Cadmus enim licet e Phœnicia proderit tunc, cum Graeciam appulit, ipse tamen Phœnic natione non erat, ut vulgo creditur, sed Ægyptius. Vadem hujus rei et sponsores exhibent D. Hieronymum, cujus haec leguntur verba: Temporibus Josue Cadmum una cum fratre suo Phœnic Thebis Ægyptiorum, unde oriundi erant, in Syriam profectos esse, et tempore Othonielis Judicis Israelit. e Phœnicia in Graeciam venisse, atque ibi in memoriam Thebarum Ægyptiorum Thebas Bœotias condidisse, relicta fratri Phœnicia Syria, quae deinde Phœnicia nomen obtinuit. Hieronymum in hac re jam antecesserat Eusebius (Chron. l. 2.), cum dixit Phœnicem et Cadmum de Thebis Ægyptiorum Syriam profectos apud Tyrum et Sidonem regnasse. Quod si qui alii Phœniciam Cadmi originem tradiderint, ut de vulgi sententia potius, quam de sua id dixisse censendi sunt. Ægypt. itaque literas, quas in Ægypto a juventute didicerat, non Phœnic. Graeci Cadmus communicavit. Quod autem Cadmeas literas Phœnicia γράμματα dici consueverint, nominis per abusum a fratre Cadmi Phœniciae hoc oriri potuit, inquit Kircherius, vel a regione, unde Cadmus exiit tunc, cum ad Graecos accessit.

At nulli melius hoc illicescere aium, quam ex palpabili litterarum utriusque gentis discrepantia. Hinc praefaudatus Kircherius ipso illos, quibus ad opinionem suam instaurandam usus erat Scaliger, alphabetos, Ion. videlicet et Samarit., Lectorum oculis demum subjiciens, eos ad literas cum literis comparandas invitae, quae sola collatione alterius sententiae futilitatem non obscure revincit arbitratur. (Mireris sane tale dissidium circa rem ceteroqui conspicuam inter veteri ingenio et eruditione percelebres.) Altero demum in medium adducto alphabeto, Cophio nimirum, seu veteri Ægypt., cujus revera cum Gr. similitudo tanta est, ut major desiderari non possit, hujus ope Ægyptium Gr. litterarum originem ex omni parte probatam concludit. Sed et nonnulli roboris inde accessit autumat huic asserto, quod similis etiam dextrorsum scribendi ratio utriusque communis apparuit. In quo tamen oculatissimi hujus viri hallucinationem notare liceat, qua non advertit usitatum apud reliquos Orientales scribendi formam a dextra in laevam tam apud Graecos quam apud Graecos initio viguisse, ut de Graecis jam constat ex superioribus dictis, de Ægyptiis vero testatur Herodotus.⁴

Jam in tanto praesentium dissidio, si meum liceat sensum aperire, quod in primis ad Cadmi originem spectat, parum illud pro inveniendi controversia referre asseram, non Phœnic ille fuerit origine, vel non; hoc ipso namque, quod cum Phœnicia diu immoratur fatetur, priusquam in Graeciam migraret, nil obstat sane, quin minus Phœnicis characteres secum pariter asportaverit, Graecisque tradiderit. At quod ad litterarum pertinet naturam, ubi potior stat difficultas, ingenue dicam neutram ex relatis aridare sententiam. Ratio autem dissensus, quae ex superioribus facta collatione jam aliquatenus translucet, ea est, quod neque Gr. characteres, quibuscum Ægyptiis comparat Kircherius, neque Samaritani a Scalig. cum Ionicis collati sunt suarum nationum vetustissimi, quales tamen adhiberi par erat ad eam, in qua versamur, controversiam dimeddam. Samaritani etenim, quos assumpsit Scalig., quosque eodem cum Phœnicis arbitratur, alii non sunt, nisi quos in codicibus cernimus, quibusque hodie ea gens utitur. Porro ut missum faciam, quod Phœnic. literas in Samarit. frustra queri sunt qui praetendunt,⁵ praefatis tamen longe antiquiores eos esse, quibus exarati sunt. Sicli, jam in confesso est apud omnes. Graeci similiter nonnulli vulgaris formae ab utroque usurpantur: ut quam ab his distant, quos in vetustissimis inscriptionibus comperiri testatur Bianconius, (L. de literis Hebr. et Gr. p. 63.) quique magis quam cum Samaritanis hodiernis, cum literis Siclorum apprime conveniunt! Quae cum ita sint, et hos pariter in praefaudati Scriptoris sententiam laud hasitantur concedimus, quod characteres longe prius quam vulgo creditur, et a primis usque temporibus in Graecia obtinuerint; quod tamen non obstat, quin minus lapsu temporis Cadmus, vel alius quispiam cum ea, quam deinceps sortiti sunt, forma characteres in Graeciam invexerit, eo ferme pacto quo Pelasgi sinistrorsum scribendi methodum ad Etruscum tulerunt, penes quos opposita prius obtinebat. Non obstat pariter, quin minus sive Graeci, sive Latini primae characteres Phœnicibus etiam acceptos referant, modo illud supponatur, quod facile omnino est, veterem scilicet litterarum formam apud ipsos Phœnicis nonnulli lapsu temporis etiam variasse.

Re in hunc modum constituta, coherent omnia. Herodoto namque fides servatur, dum l. 2. ait se apud Thebas Bœotias literas Cadm. in tripodibus quibusdam incisas vidisse magna ex parte consimiles Ionicis. Stat fides pariter Hadriani Sophistae effato, quod ab eo probatum refert Philostratus, cum praefatum Attici epigrammatis inueneret, Πάλιν Φοινίκης γράμματα, quantum illud in vulgarem tunc temporis opinionem commode referri posset; ac tandem nullo negotio componatur eruditorum dissidia.—pp. 149—157.

Ut haec dicta pleniorum in lucem ponantur, e re nostra esse ducimus alphabetos omnes in hoc caetero memoratos singularem oculos ponere, quod praestabit sequens Tabula; cujus prima columna a larva inci-

¹ Vide Bianc. tract. de vet. literis Hebr. et Gr.

² Inter hos eminet Josephus l. 1. contra Apollonem, ubi ait: Quod litterarum usus antiquissimus esse voluit, a Phœnicibus, et Cadmo gressuante se didicisse; sed neque illo tempore quisquam demonstrare possit servatum inscriptionem usque in tempus, neque in publicis monumentis.

³ Vide Kirch. prodr. in Ab. Pyl. e. 10.

⁴ Apud Kirch. in prodr. ibidem.

⁵ In Enterpe. * Graeci literas scribunt et calculi computat a sinistra in dextram manuum ferentes, Ægypti a dextra in sinistram. * Vide Notium Exercit. ar. in ling. prim. e. 3. Kircherum in oper. l. 3. c. 10. Quae ad hoc melius constabit, si veteri Phœnicis sui characteres inscriptionum, quae referunt O. Gortus pag. 101. operis jam citati, et Abbas Bartholomaeus in memoria quadam super characteres Phœnicis Paris. Acad. proposita anno 1750. Hic enim, si paucos excipias, nulli communi cum Samaritanis prois sua pra. se ferunt.

piendo characteres exhibebit Samarit. a Scalig. adhibitos, secunda Coplit. juxta Kircher., tertia Samarit. Siculo- rum, quarta veteres Græcos juxta Bianc., quinta veteres Latinos apud eundem.—p. 158.

<i>Littera Phœnicia Scalig.</i>	<i>Littera Coplitica Kircheri.</i>	<i>Littera Samarit. Bianc.</i>	<i>Littera Ionica seu veteris Græce Bianc.</i>	<i>Littera Samarit. Siculo- rum.</i>
N	A	ΑΝΕΝ	Α	ΑΛ
Ϩ	B	Β	B	B
7	Γ	7	Γ	C
4	Δ	4	Δ	D
Ξ	Ε	Ξ	E	E
Ϟ	H	Ϟ	H	H
Ϟ	I	2	Ι	I
Ζ	Λ	Λ	Λ	ΛL
Ϛ	Δ	Ϛ	Μ	M
Ϛ	N	Ϛ	N	N
Ϝ	O	ϜO	ϜO	Ϝ
Ϛ	Π	7	Γ	ΠΠ
ϚϚ	C	P	ϚKK	Ϛ
Ϛ	P	Ϛ	ϚP	R
W	ω	W	W	S
N		X	T	+

J. A. ERNESTI'

DE VESTIGIIS LINGUÆ HEBRAICÆ IN LINGUA GR. DISPUTATIO.

IN controversia ea, quæ viris doctis intercedit de genere scribendi Gr., quo viri divini usi sunt in libris sacris, sitis satis simile ei, quod Gr. vetustas usurpavit, et ab Hebraïsmis purum, necne, defensores puritatis sapientissime pugnant auctoritatibus poetarum. His contrariæ sententiæ auctores, Gatakerus imprimis, Mosesque Solanus, ita occurrunt, ut dicant, multa esse in poetis abhorrentia a vulgari consuetudine loquendi, quam sequuntur scriptores populares, etiamque ob causam non esse consentaneum, ut, si cujus φράσεις, scriptoribus δημοϊστοῖς frequentate, Hebraïcaque consuetudini similis, unum et item alterum exemplum in poetis Gr. reperitur, ea pure Gr., et ab scriptoribus bene Gr. scribentibus potius, quam ex Hebr. sermone ducta putetur. Eam rationem etsi non repudiaverim; tamen non omnino mihi satisfacere fateor, etiam propter multitudinem exemplorum, quæ in eo genere preferuntur. Altius repeti refellendi ratio potest, ut opinor, atque sic comparari, ut etiam in alio genere exemplorum repudiando prosit, quo illi in puritatis defensione utuntur. Quæ ut intelligatur, animum induxi, quedam hoc tempore disputare universe, de vestigiis ling. Hebr., quæ mihi visus sum deprehendisse impressa, non modo in poetis Gr., sed etiam in aliis scriptorum generibus. Ea disputatio erit tripartita. Primum ostendam, in antiquissimis optimisque Gr. ling. auctoribus illis, qui populari oratione utantur, esse quedam, quæ videantur e consuetudine Hebr. ducta esse: veniam deinde ad poetas, in iisque, non abhorrens esse, disseram, quasdam agnoscere veteris Hebr. ling. reliquias: deinde denique disputabo in scriptoribus illis, qui sublata libertate Græcorum, maximeque, imperantibus primum in Oriente Græcis, deinde Romano imperio ad easdem partes propagato, et Christiana denique religione constituta, vixere. Ejus autem rei consilium mihi injectum est nuper, cum interpretatione libelli, quem Plutarchus de discrimine Amici et Adulatoris scripsit, instituta, visissem ad locum, ubi adulator dicitur imitatione morum institutorumque captare benevolentiam hominum, τῷ μὲν συγχρόμῳ καὶ συνῶν, τῷ δὲ συμπάλαιον, καὶ συγκαλιῶντες, &c. ubi Plutarchus, de more suo, verbo vulgari συμπάλαιον junxit ejusdem significationis verbum aliud exquisitis συγκαλιῶντες: quod ita simile est Hebr. פָּנִי וְ פָּנִי, ut ad ejus similitudinem factum videri possit. Nam Hebr. illud, quo usus est Moses Gen. xxxii. 25, 26, quodque vertitur ab Alexandr. Interpr. παλαίον, proprie est In pulvere volvi, eaque de causa ab Aquila, proprietatem verborum diligentissime secuto, itemque a Symmacho, per καλιῶντες, explicatur. Sed rem, ut proposuimus, aggrediamur.

Primum igitur, qui veteres illos Atticos Oratores, Historicos, ceterosque prosaicos scriptores, attente

' Vide J. A. Ernesti Opuscula philolog. crit. multis loca emendata et aucta, Ed. sec. multis partibus locupletior. Log. Bat. 1776, dvo. pp. 171—172.

legant, si Hebraismi non sint prorsus imperiti, passim invidentur formas dicendi, quae ita similes sint Hebraicis, ut vix dubitare liceat, quin ex his sint expressae. Non mea unius, aut primi, ista observatio est atque opinio, sed multorum ante me, nominatum Marklandi V. C. ad Lysiam p. 549. ubi, prolata e Lysia exempla formula *περὶ τῶν αὐτῶν*, subjicit: 'Et hinc intelligitur phrasia ista, quae in N. F. toties occurrit, ut Jo. viii. 29. Act. x. 38. quam locutionem ab Hebraeis forte, ut innumeras alias, mutuati sunt Graeci veteres.' Quos ille universo nomine appellat, intelligit, ut opinor, maxime Atticos illos veteres, quibus id certe commune est cum ceteris, de quibus post dicetur. Atque illa observatio saepe perutilis esse potest, in sacris libris, ubi non raro haerent viri docti in formis Hebr. aut in respondentibus Graecis interpretandis, dum nimis verba singula amplectuntur: facile se expeditari, si eorum vim comparatione cum Graecis reperire didicissent. Uno exemplo, sed luculento, defungemur. Quomodo forserint Interpretes verba Mosaiica Gen. xlix. 10. כְּבֹר רִנָּהּ, nemo est, quin sciat. Ejus rei nulla alia causa est, nisi vulgaris illa et puerilis interpretatio verborum, ab Aquila orta, ἀπὸ μεταξὺ τῶν αὐτῶν vertente, quae in vernacula imprimis nostra, aliquid sonare videntur amplius, quam in linguis mortuis significant: quamquam et Hebraeorum magistri olim similia negati sunt, dum vocum singularum propriam vim nimis retinebant. Quanto facilis verum sensum, omni argutatione vitata, viri docti reperissent, si Graecos consulissent, qui istam formam dicendi, כְּבֹר רִנָּהּ ad verbum suo sermone exprimit, valdeque frequentant. Plato in Theag. T. i. p. 193. A. ix τῶν πῶλον ἀπὸ κατὰ φύσιν: et Xenoph. Symp. c. iv. §. 51. ix πῶλον ἀπὸ κατὰ φύσιν. Id autem nihil est amplius, quam, quod Latini dicunt, e medio discedere, sive simpliciter, abire, ut ix πῶλον, sive ἰσκαῶν γίνεσθαι, discedere et conspectu, vel mori, et ix πῶλον ποιῆσθαι, tollere, amovere, et multa alia similia. Neque id modo absolute dicunt, sed etiam cum genitivo, ne ulla dubitatio reliqua sit, ut Xen. Cyrop. v. p. 52. 16. ed. Steph. scd. ὅσα ἰσκαῶν γίνεσθαι ἴσταν, τούτων ix πῶλον ἴσταν. Quae cumque inconmodum afferre possunt, ab his aberamus. Nemo in Gr. hac forma unquam haerere mediocriter Gr. doctus. Qui e verbis ix πῶλον aliquid exprimere amplius vellet, quam dixi, uergens verborum proprietatem, pueris risum moveret.

Hebraeorum mos est, homines exprimere per partes corporis, quarum qualicunque sit conjunctio cum re ea, quae iis tribuitur: idque cum faciunt, nihil de ista partibus cogitant, sed totam personam animo contentantur, sicut, qui Lat. appellant aliquem carissimum caput aut pectus, nihil de istis partibus admodum cogitant, non sed de toto homine, vel maxime animo ejus. Quod ignorantes vulgo homines, aut non cogitantes, non modo inepte formas illas loquendi verterunt, sed etiam ex his emphases, ritus, et alia exsculpserunt. Act. v. 2. Ananias pretium venditi praeiū ἴσταν παρὰ πῶλον τῶν ἀποστόλων, tradidit Apostolis, non, apud pedes Ap. posuit: nec fecit hoc Lat. sensu, nec id cogitavit Lucas: sed, si tamen quid amplius desideres, custodiae curaque Apostolorum, ait, tradidisse et mandasse, ut Paulo vestes ii, qui Stephanum lapidabant Act. vii. 58. ἀπέθετε τὰ ἱμάτια παρὰ τοῦς πόδας Σαύλου: ubi veredum erat, Saulo vestes mandabat custodiendas, ut patet ex Act. xxii. 20. ducta forma loquendi et Gen. xxx. 30. ubi Jacobus Labāni dicit: Te Deus auxit רִנָּהּ cura mea, per me, non, ad pedem meum. Atque ad hanc rationem explicandum erat illud de Paulo, τὰς τοῦς πόδας Φαυλά ἀπέθεκε παρὰ τοῦς πόδας τῶν ἁποστόλων, non profecto homo sedens, cum Christus loco editorum sederet: ridiculus sit, cui late quid in mentem veniat: sed sedens prope Jesum: sicut Attici, qui hoc genus loquendi modo quodam imitati sunt, in ποῖ, πρὸ πῶλον, atque etiam παρὰ πῶλον, dicunt esse praesentes res, personas, quod sciam, nunquam. Itaque, si de personis occurrat, sane non sit simplex periphraza praesentia, ut nec in illo Ciceron. pro Cluent. 13. 'Ante pedes triumvirum Manii constituitur: ubi sane ad sedem triumvirum loco editorum respicitur.' Quam rationem interpretandi firmant scriptores divini ipsi, cum formae isti substitutum nomen personae, ut Paulus I Cor. xv. eodem versu jungit ὑποτάξαι ὑπὸ τοῦς πόδας αὐτοῦ, quod exprimit Hebr. כְּבֹר רִנָּהּ et Ps. viii. et ὑποτάξαι αὐτῶν. Act. v. 9. et πόδες τῶν ἁδωνάνων, ii, qui sepelivere narium tuum, etiam Hebraeus, Lat. doctus, vercat, non, pedes eorum, qui, Sc. Rom. x. 13. αἱ πόδες αὐτῶν τῶν εὐαγγελ. εἰσέρχων, quam iacundi sunt nunci periti, non pedes nunciurum, qui saeves esse non solent. Sed satis circa pedes illos Hebr. basimus: aliarum partium exempla adjungemus, quoniam in hujus rei mentionem incidimus.

Masius ad Jos. i. 8. merito ridet eos, qui argutati sunt in verbis, Non recedat liber legis כְּבֹר, ix ὀπίσθε, ut si ὀ vertunt, quam ad docendi officium pertineant, ob mentionem oris, cum nihil aliud sit, quam periphraza personae, ut, cum labia sacerdotis, sine ulla emphasi, per sacerdotem dicuntur. Quae per ministerium alterius sunt, in his personam περιπέρευσον per manum, aut כְּבֹר in χειρὶ τῶνς fieri dicantur, quae sine ulla manuum opera, sed ore, verbis, pedibus, quocunque denique modo fiant, ut Act. x. 12. 41. &c. Unum addam ex Hos. vaticinium ii. 4. quo maxime illustratur locus Mosaiicus. Meretriciam libidinem, inquit, כְּבֹר רִנָּה removebo ix ἠσπῶσεν αὐτῆς, et adulterium כְּבֹר רִנָּה ix μέσσω τῶν μαστῶν αὐτῆς. Sicut hic כְּבֹר רִנָּה nihil aliud est, nisi ab ipsa: non enim vereor, ne quis etiam hic scrutari, et investigare abditi aliquid emphasi, ut in pedibus Judae velit: sic in Mosis verbis כְּבֹר רִנָּה nihil est, quam ab ipso sine peculiaris aliqua vi in pedum verbo intelligenda, plane et Gr. ix πῶλον αὐτοῦ, quod hinc natum et ductum est, utque scribit Dejotus a pedibus legatorum, h. e. ab legatis, abductus dicitur apud Cic. pro Dejot. c. i.

Sed nihil impedit, quo minus aliud exemplum subjiciamus, quod cum superiori conjunctum sit, et simul juvenes acuamus ad intelligendam eam, quam cum magno A. Schultensio Analogiam linguarum vocem, praestantissimum interpretandi praesidium, sed paucis cognitum apud nos aut usurpatum ex his, qui interpretum libros sacros consulari: quando, qui se ad id negotium conferunt, plerumque ne unam quidem mediocriter callent, nedum plures ita, ut comparationem instituire, et ex altera alteri lucem accendere possint. Quae admodum optimi Atticorum dicunt ix πῶλον s. ἰσκαῶν, ut vel redundet plane, vel sit e conspectu, e medio, etque contrarium ἰσκαῶν, ut coram, in conspectu, significet: ita et univocum formalis ix μέσσω, ἢ μέσσω, in μέσσω, ut illa τῶ ἰσκαῶν, respondet, reliqua τῶ ἰσκαῶν, ἀπὸ μέσσω denique et sic μέσσω, aut plane redundent, aut simplicem praesentiam significant: quod etiam imitatur Lat. consuetudo, imprimis poetarum, qui centies mediam rem dicunt παραστῆσθαι, rem simpliciter, ut quemcumque ejus locum aut partem: unde non erat, quae Burmannus, Vir summus, in Aen. ii. 240. ubi equus ille fatalis Trojae subit muros urbis, 'Medicque mirans illabitur urbi,' medicus urbi referret ad mirans potius, quam ad illabitur, quia vix ingressus erat muros, nondumque in mediam urbem pervenerat: non ignarus alicui consuetudinis Lat. in hoc verbo. Nam urbs media κατὰ πλάτανον est urbis quicquid intra muros est, urbs ipsa et moenia, ut moenia media iv. 74. Media

inter numina, inter numina, coram numinibus, iv. 204, ubi incepti offensus ad id verbum Servius. Sed haec formae prorsus respondent Hebr. consuetudini in verbis בָּרַךְ אֱלֹהֵינוּ בְּרַךְ אֱלֹהֵינוּ בְּרַךְ אֱלֹהֵינוּ, quae formulis istis exprimitur a Gr. interpret. et scriptoribus N. T., ut non dubitandum sit, quin et lingua Hebr. in Gr. illam, de qua dicimus, venerint. Nam etsi omnes linguae habent multa necessario communia, quae non statim ex altera in alteram venisse debent putari: tamen in his ita impressa est, ut in multis aliis, nota et character quidam Hebraismi, ut ex illo genere censei non debeant.

Sed multo plura Hebraismi vestigia sunt in Poëta Gr. antiquioribus: nam de posterioribus, qui inde ab Imperii Gr. in Asia temporibus vixere, post dicetur: in Homero quidem tam multa, ut etiam quibusdam e libris sacris profectis videretur, haud pauca et in aliis, in Pindaro, in Tragicis, praesertim Chori cantibus, in Choro Aristophanis comico. Quibus ita utuntur, qui dictionem Atticam esse in N. T. defendunt, ut bene Gr. et Atticae esse istas formas loquendi, ubi occurrant in libris sacris, contendant. Ego quidem istas, aut omnes, aut maximam partem, e lingua Hebr. originem ducere arbitror, neque magis pure Gr. esse, aut in populari oratione usurpandas ei, qui Attice scribere velit, quam, quia Virgilius, aurea aetatis poeta, dixit, 'It clamor caelo,' 'Os humerosque deo similis,' aliaque et ipse, et alii Latini poetae, similia, propterea haec formulae non Gr., sed pure Lat. jure poterunt, et in oratione populari, de rebus humanis divinisque, recte usurpentur. Non arbitror, exempla quemquam desideraturum. Magna copia est apud eos, quos dixi, scriptores, satis notos illos et obvios: unde petent, qui volent. Ratio ejus rei et causa quae sit, videamus.

Atticorum ultimas origines ex Oriente esse repetendas, ab iisque Graeciae illatam esse linguam, vel ipsam Hebr., ut tum erat, sive, si quis ita malit, eam, qua in Oriente usi fuissent, non abscindit Hebr., aut ab ea ortam, vix hodie quisquam in dubium vocabit: quippe etiam antiquissimos Atticorum indehm, quibus in Oriente uterentur, literis usus constat. Sed incredibile est, quantum vim habeat, ut ad ingenia vel accuenda vel obtundenda, animos vel incitandos vel retardandos, mores denique fingendos, ita ad sermonem variandum, penitusque mutandum, aër, quem spiramus, terra, quam incolimus, victus denique ipse moresque; praesertim, ubi nullus dum Grammaticorum legibus parere consuevit, quibus solis certus et constans reddi potest. Itaque etiam is, quem rudes homines ex Oriente attulerant, sermo ita est multorum seculorum decursu immutatus, ut in Orientem reversus, veluti per colonos in Ioniam missos, non magis agnosceretur ab Orientali, sive matre, sive sorore, quam Oresten agnoscit in fabulis Electra soror. Sed ut Ulyssen, quoniam ita per absentiam mutatum, ut a nemine quorundam cognosceretur, tamen prodidit cicatrix, et in fabula etiam e navis agnoscent liberos matres: ita lingua illa prisca non potuit ita aboleri, quin nonnulla sui vestigia relinqueret, retineretque formas quasdam dicendi, praesertim, quae non nimis ab ingenio novo dissentirent, unde origo ejus intelligi posset. Atque ex hoc genere arbitror esse ea, quae in Atticis veteribus, qui quidem prosaica oratione usi sunt, reperuntur, magis consentanea Hebr. rationi, quam ut non ab ea profecta putentur.

Neque vero mirandum est, multo plura reperiri ejusmodi in poëta, praesertim sublimioribus, velat lyricis et tragicis, quam in ceteris scriptoribus. Semper hoc poëtae sibi arbitrati sunt licere, ut non modo ex antiquioribus suae gentis scriptoribus assumerent verba et formas loquendi, quae dudam desissent usui populi frequentari, sed etiam ex lingua ea, unde suam natam constaret: unde etiam docti sunt appellati. De Lat. poëta notus est, quam ut demonstratio indiget, quam multa ex antiquis poëtae gentis suae, qui proprios originibus linguae suae fuissent, quam multa e Gr. ling., unde Lat. natum scirent, sumserint. Quod illos non dubitem exemplo et auctoritate Gr. poëtarum fecisse. Nemo, ut opinor, primum Homerum poëtam, carmen probable in eo genere scripsisse, primum Pindarum odas. Multos ante fuisse, dubitari non potest, quos aut etas aboleverit, aut horum gloria obscuravit: qui, cum essent nimis remoti ab originibus Graecorum, plures ling. Orientalis reliquias, sublatas tum ex usu vulgari loquendi, habuerunt, et quibus posteriores, quae viderentur, decerpserunt. Neque repugnarem valde, si quis et Homerum, doctissimum hominem, et alios de more illorum temporum, peregrinos per Asiam, incidisse in libros Hebr., atque inde hausissent quod. Erat autem lyrica et dithyrambicae poësi tanto accommodatior illa Hebr. consuetudo loquendi, quod habet per multa, ex Orientalium populorum indole, in quibus extollitur altius, quam Europaeorum fert ingenium. Atque ex illo ipso dithyrambico genere fere sunt carmina Chori tragici et comici, usurpantis etiam cum Lyricis Doricam dialectum, vel antiquitatis causa, et doctrinae jactatione. Nam etiam post quidam, et Scholiast. Aristoph. ait ad Nub. v. 248. *ἢ ἀπολαύσεις ἡρώων*, Eruditionis ostendenda causa Dorice loquebantur aut scribebant. Itaque plura Chori habent hujusmodi, quam reliquae fabularum partes. In quo, sicuti in aliis, desiderare subo diligentiam usurpantium sceniorum poëtarum auctoritatem. Quae apud Aristoph. personae, velut in Nub. Socrates, Strepsiades, Phidippides, colloquuntur, ea, concedo, esse ejusmodi, ut hinc, quid pure Gr. Atticumque dici, poterit possit, si exceperis verba comica, ut *ἡβουλιώτα*, et ea, quae, non tantquam probet, sed ut rideat, velut inepte dicta ab aliis suae aetatis poëta, ponit, quae sunt non pauca, etiam in ipsis Choris, vulgo tamen in Lexicis sub Aristophanis nomine posita, et hac auctoritate probata. At de eis, quae in Choris aut praetentionibus occurrunt, secus judico. *Ἔγχεα ἄνευ* etsi apud Aristoph. bis est in Nub. 357, et 356, tamen pure Gr., et in prosa usurpandum negem. Est enim loco priori in allocutione Deorum, in altero autem in carmine Chori, doctum ex Hebr. haud dubie lingua, e qua *ἄνευ* ad verbum expressere. v. Grotius ad Gal. iv. 27. Itaque et Latini, etsi in carmine eandem formam imitari non dubitarunt, tamen in prosa nunquam sic dixere. Est enim contra bene pateque scribendi legem. Ex quibus, quid talia loca ad puritatem sermonis probandam valeant, sponte intelligitur.

Si quis libros eorum, qui operam suam ad phrasin N. T. e scriptoribus Gr. vel illustrandam vel vindicandam contulerunt, attente legat, animadvertat facile in haud paucis exemplis petita esse ex iis solis, qui sublata, cum libertate Atheniensium, prisca illa Attica puritate et elegantia vixere, sub Seleucidis; et Lagidis; imperioque deinde Romano. Id negant Gatakerus et Solanus recte atque ordine fieri, neque has auctoritates concedunt ad puritatem orationis Gr. asserendam satis valere. Quodsi puritas Gr. Linguae illorum veterum Atticorum, ut Lat. ex surca aetatis, quam vocant, usu, judicari debet, habet eorum ratio, quo se teneant. Sed hoc jam nihil ad nos. Illud querere lubet, unde illa tam multa in his posterioribus, quorum nullum in istis Atticis vestigiis comparat, multa contra in versione V. T. Gr., itemque N. T. libris? Fallarne multum, si ea illi ipsi versioni Gr., omninoque Judaicae et consuetudini loquendi Hebr. deberi dicam? Satis constat, auctore Josepho, Seleucidis, invitasse Judaeos, ad sedes fortunarum in iis urbibus ponendas, quas ipsi condidissent, et quam celerrime frequentari cuperent: itemque Lagidas magnum eorum numerum in Aegyptum vel devocasse, vel per vim abduxisse. Postea quam vero C. Jul. Caesar Judaeis hoc dedit, ut in universis imperii Rom. urbibus sacra sua exercere, nemine impediendo, possent, nemo ignorat, nullam Asiae, Graeciaeque urbem, praesertim qua esset mercatura exercenda opportuna, fuisse, in qua non plures Judaei habitarent. Quid igitur? Cum isti homines Gr. loqui cupissent, non ab idoneis magistris instituti, id quod

eos omni modo fugisse, tradit Josephus, sed quantum usu qualicunque consequi potuissent, (in quo non poterat fieri, quia multa dicent et consuetudine ling. Hebr. et versionis sacrarum librorum Gr.) multumque consuetudinis haberent cum Græcis: an improbable est, ac non potius valde verosimile, multa ab iis fluxisse in ceterorum orationem, multaque per eos invecata esse in ling. Gr., quæ a prisca ratione abhorrent? Galli, qui per Casarem in urbem Romam inducti sunt, tam brevi tempore peregrinitate infecerunt ling. Lat. ut jam Ciceroni de eo querendum videretur: ab Judæis autem per tot annos, imo secula, nihil infusum ling. Gr. credibile est? Non tam facile colorantur, qui in sole ambulat, aut in corpora morbi a contactu transeant, quam lingua aliquid trahunt a contagione aliarum. Postquam religio Christiana venit ad Latinos, quam multa in eorum sermonem venerit e Lat. versione sacrarum librorum, nimis verborum Hebr. et Gr. retinentibus, irreperete: quot hodie habet ab aliarum linguarum consuetudine ducta. Quam plena est primum verbis et phrasibus, quæ ex Latina Germanicæque versionibus librorum sacrarum, nimis verborum Hebr. et Gr. retinentibus, irreperete: quorum peregrinitatem hodie vix quisquam sentit: quam multa traxit e ling. Franc., per consuetudinem legendorum librorum, qui ex ea lingua male in nostram sunt conversi? Nuper coepta est in philosophia voce literarum tradenda usurpari vernacula nostra: et verba formæque novæ loquendi, philosophorum ingeniiis reperta, jam etiam plebi in concionibus audiendæ sunt. Itaque nihil mihi videtur verosimilius, quam per Judæos, cum Græcis, omnibus in locis celebrioribus, consuetudine, re, rationeque, dum ibi negotiantur, et per domos omnes, de more suo, quem nunc etiam videmus, cursitant, conjunctos, plura in ling. Gr. venisse, quæ in antiquioribus illis Atticis non reperiantur. Ut nihil dicam de Græcis eruditis, qui libros sacros nostros legerunt, atque ea, quæ placerent, imitati sunt (habet enim profecto ling. Hebr. suæ Veneres, dignas imitatione) sive per negligentiam, ut fit, ac temere adsumserunt.

Sed hæc, ut arbitror, vestigia ling. Hebr. sunt in singulis verbis formulisque dicendi animadvertenda. Quid vero? An etiam in habitu et velut forma totius orationis aliquid ejusmodi animadvertitur? Sæpe miratus sum, viros doctissimos, cum de *Stylo N. T.*, ut vocant, in utramque partem dissererent, hanc partem, quantum ego quidem repererim, non attingisse, solis verbis et phrasibus expendendis voluisse contineri. Atque etiam in hoc lingua inter se maxime differunt. Qui vult docere, scriptores divinos non minus bene Gr. scripsisse, quam veteres illos Atticos, aut saltem alios probabiles scriptores Gr. posterioris ætatis, hoc vel maxime debet ostendere, formam orationis, hoc est, modum narrandi ac disserendi, colligationemque singularum partium ac membrorum, enunciations dialectici vocant, esse eandem in *N. T.* et istis, quos dixi, scriptoribus. Puerorum, atque aliorum imperitorum, hic error est, existimare, qui verbis et phrasibus Ciceronis utatur, cum Ciceronianum, imo Ciceronem alterum esse. Utinam tam facile Cicerones fierent, multos singulis annis efficerem. Si Lat. illa divinarum librorum Versio, quam Vulgatam appellamus, multos Boetios vindices nancisceretur, ut nullum in ea verbum, nulla phrasim relinqueretur, quin auctoritate boni et veteris scriptoris se tueretur, aut si quis eam plane refingeret, et omnia verba Ciceroniana efficeret, tamen ipsa Ciceroniana non esset. Si quis ex Herodoto deleteret, quicquid ibi dialecti Ionica est, substitueretque Attica verba, et contra in Xenophontis libro aliquo efficeret verba Ionica dialecti omnia, tamen hunc Atticum scriptorem agnoscerem, illum non item. Forma enim universæ orationis in utroque est ejusmodi, ut ille nullo modo Atticus esse possit, hic sit necessario. Itaque hoc nomine maxime produnt ignorantiam Græciani, qui pro elegantia Gr. sermonis in *N. T.* pugnant, et nihil ibi esse volunt Hebr. consuetudinis, cum tota illa orationis compages, et forma narrandi imprimis, sit Hebr., h. e. simplex, nihil artificii habens, qualis esse solet expertiam artis dicendi, a Græcis inventa, non Græca, multo minus Attica, sicut in versione vulgata non est Latina. Ei nihil apud Græcos uspiam simile est: nisi quod ab ea minus abhorret Herodotus, quam qui post eum de rebus gestis scribere.

LEXICON

VOCUM PEREGRINARUM

IN SCRIPTORIBUS GRÆCIS OBVIARUM;

CUM INDICE COPIOSISSIMO.

EXCERPTA

E CHR. D. BÉCKII¹ Dissertatione

DE LEXICIS GR. ET LAT. omnino et recentissimis singulatum.

QUONIAM nonnullorum vocabulorum Gr. aut in Gr. ling. receptorum peregrina est origo, hanc etiam subtilius cognoscere et examinare oportebat Lexicorum auctores. Ita Herodotus alique scriptores Gr. veteres non pauca habent vocabula et verba, quæ Ægypt. ling. easque duabus dialectis originem debent suam. Est jam ante hoc XXVII. annos edita: Expositio vocabulorum Coptice, in scriptoribus Hebr. ac Gr. obviatorum collecta a Christ. Scholz² (in Repertorio bibl. et orient. Literatura, quod Eichhornius edidit, T. XIII. p. 1—31.) sed manca illa, in multis vocabb. justo sterilius, in aliis explicandis audacior, ceterum tamen a Lexic. recentium auctoribus non negligenda. Nonnulla vocabula Gr. ex lingua et antiquitate Ægyptiorum illustravit Zoega in opere de usu et origine obeliscorum, ut p. 307. singularem usum voc. *καμινεστής*. Regnavit autem olim in hoc literarum genere P. E. Jablonskius, Philologus et Theologus in Acad. Truj.-Viadr. eximius, mortuus d. xiii. Sept. MDCCLVIII. In non modo in Pantheo Ægyptiorum alique libris, Ægypt. antiquitatem illustrantibus, multorum etiam voce. Gr. Copticas origines explicuit, sed composuit etiam Glossarium vocum Ægypt., quæ in libris sacris et apud scriptores vet. Gr. Romanosque inveniuntur, ceptum a. 1722, absolutum a. 1740. Protraxit tandem illud, hortata etiam Ruhnkensii, Schultensii et Scheidii, in lucem Te Waterus, Theologus Lug.-Bat. eximius, opusculorum Jablonskii editor,³ ita ut integrum primum volumen implet illa Collectio et Explicatio vocum Ægypt., quarum mentio apud scriptores veteres occurrit. Codice autographo Jablonskii usus est editor, in quo auctor dimissam fere Glossarii partem ipse recognoverat, emendaverat, manuque sua descriperat, posterior non ita erat elaborata, nonnulla in chartis sine junctura errantibus scripta, sæpe provocatum ad alios auctoris libros, interdum etiam eos, qui non supersunt, neque in lucem prodierunt. Editor non modo inde concinnavit Glossarium, apte omnibus, quæ invenerat, dispositis, sed etiam loca scriptorum ab auctore laudata evoluit et nonnumquam emendavit, addidit animadvertiones, in quibus tum errores Jablonskii, nimium sibi in etymologiis indulgentis, castigaret modeste, tum colligeret, quæ ad illustrationem operis Jabl. apta viderentur, proferretque interdum etiam conjectura Virorum doctorum, quas scriptores quibusdam adleverat, etiam varietatem cod. Medic. quam Abr. Gronovius suo Strabonis exemplo, quo Te Waterus utitur, adscriperat; tum Auctarium vocum nonnullarum recte vel secus pro Ægyptiacis habitatum dedit; tandem luculentos adiecit indices, quos nec reliquis tomis, qui hactenus prodierunt, deesse passus est. J. R. Forsterus, quem et ipsum constat, tum in Spec. animadversa. ad Michaelis Geogr. Hebr. tum in aliis libris vocabula quædam Gr. originis Ægypt. interpretatum esse, si Jablonskii opus inspiciendi opportunitate usus est, aliud certe

¹ Vide *Acta Seminarii Regii et Societatis Philolog. Lips.* Vol. I. pp. 155-66. 469-91. Lips. 1811. 8vo.

² "Qui tamen," ut ait Fr. Gué. Struzius (de Dialecto Maced. et Alexandr. p. 85.) "si nunc constat, sua fere omnia Jablonskio delimit."

³ P. E. Jablonskii Opuscula, quibus lingua et antiquitas Ægyptiorum, difficilia librorum sacrorum loca et historia ecclesiast. capita illustrantur; magnam partem nunc primum in lucem protracta, vel ab ipso auctore emendata ac locupletata. Tomus primus. Edidit atque animadv. adiecit Jona Gué. Te Water. Lug. Bat. ap. A. et J. Honkoop. MDCCCLV. XXVIII. 400. pp. 8. mas. Tomus sec. MDCCCLVI. 494. pp. Tomus tertius MDCCCLX. XIV. 515. pp. Tomo I. præmissa est brevis vitæ et laudum Jablonskii enarratio, in qua copiosius et certius, quam ab aliis factum est, exponuntur casus, cur in acad. Francq. evocatus locum a conscribendis ejus oblatum accipere tamen non poterit. Memorantur etiam ii, qui ante Jablonskium linguam Ægypt. *κατάστασαν*, in Græcorum ac Romanorum libris sparsa colligere aut jussere alios aut ipsi instituerant, neque tamen rem profecerant, alique narrat, lecta utilis et jucunda. Possunt vero etiam conferri, quæ secundo Tomo continentur: Commentationes de Remphab. de tabula Bembina s. Isaca, de diebus Ægypt. in vestito Katald. Rom. et Observations, quas suo Panthei Ægypt. exemplo auctor adscriperat, nunc primum editæ (It. p. 311—34.)

ejus exemplum habuit. In hoc igitur Glossario non modo propria nomina multa Ægypti, quæ ap. Gr. scriptis leguntur, sed alia etiam explicantur. Ita Strabo ostendit habitationes desertis circumdactas appellari *αἰθρῶν*, ubi Medic. cod. habet *Αἰθρῶν*, sed in dialecto superioris Ægypti, Sahidica, dici desertam habitationem *αἰθρῶν* ostendit Jabl., quæ in te Forsterus et Georgius id adseruntur. Ipsum v. *αἰθρῶν*, certe significatus ejus quodam fuerant qui ad Ægypt. originem referrent, v. p. 242. Emendandi etiam et illustrandi plures scriptores Gr. multa fuit opportunitas.

Molius erat, ut hoc obiter addamus, etiam alia Jabl., quæ ad Lexica Gr. quibusdam partibus et locis oranda facere poterant. Pertinet ad Index vocum Scythicæ, Thracicæ, Parthicæ, et peregrinarum aliarum, cujus mentionem fecit in Theor. Epist. Lacroz. l. p. 182. s. quemque non displicuisse Lacrozio latus intellexerat. Verum is, ubinam lateat, incertum est. Superest etiam genere Disquisitio de ling. Lycæon. (ad locum Act. xiv. 11.) quam juvenem commentationem et primum facultatis earum literarum, quam sibi comparaverat, aciem (1714.) postea retractavit, atque ita eam ex auctoris autographo multum castigatam et altera minimam parte auctorem repeti jussit Te Waterus Opusc. Jabl. T. III. p. 3—142. locupletavitque tum suis plurimis, tum nonnullis Wytenbachii animadversionibus. In ipsa autem illa diatriba Jablonskianus non modo de ling. Lycæon., quam barbaram, non Gr. et eandem cum Cappadocica existimavit, sed etiam de Phrygiæ, Lydiæ, Caricæ, Lyciæ, Pamphylia, Prosidicæ, Bithynicæ, Mariandynæ, Paphlagonicæ, Galaticæ, Cappadocicæ egit, atque recensuit et interpretationes prodidit vocum Phrygiarum p. 63—76., Lydiarum p. 79—95., Carum p. 95—102., Lyciorum p. 103—105., Bithynorum p. 111—113., Mariandynorum p. 113—115., Cappadocum p. 133—141.

Sed ut ad Ægypt. ling. et quæ inde in Gr. derivata sunt, revertamur, nuper in originibus tum Ægypt. vocab. tum Gr. multorum inde repetendis elaboravit Ign. Rossius, editis Romæ MDCCCLXXXVIII. Commentarij. Laertianis clarus. Is, quum per plures annos animam et operam ad linguarum veterum studia adiecerit, postremo ad ling. Copt., cujus cognitio ad Gr. certe et Lat. literas aliquantum conferre ei videbatur, se contulit, imprimis etymologicam ejus partem pro viribus excolendam exornandamque suscepit, adjuvus non modo copijs editorum librorum (Jablonskii tamen librum suo jam absoluto ab Akerblad accept.) sed codicibus etiam biblioth. Borgian. atque indicæ vocab. Ægypt. ex iisdem codic. a Geo. Zoega collectoram. Profligatum jam dudum opus quo minus citius prodiret, impediverat tristes republicæ, qui incidèrent, casus. Quo tempore auctor, sive otii honeste consumendi, sive animi liberaliter recreandi causa ad alias se literas atque studia convertit, quorum etiam fructus non contentendus non jubet expectare. Tandem, temporibus in melius mutatis, exierunt Ign. Rossii Etymologicæ Ægypt. Liber primum in lucem prodit Romæ A. D. MDCCCVIII. permissu præsidium. XI. 8. et 368. pp. 4.

Et voces quidem Ægypt. non nisi eas auctor persecutus est, quarum aut vis ut origo aptior et intellecta facilius ei videretur, prætermisissis illis, de quibus aut omnino nihil conjici atque statui, quod probabile esset, posset, aut quærum explicatio, etsi non improbabilis, tamen minus plana et expedita existimaretur. Deinde hoc potissimum in his explanandis egit, ut cum Orientis linguis sæpiissime congruere illas doceret. " Nam," inquit, " lingue Orientis, si cui bene cognita atque percepta sint, ut plurimum capita seu fontes demonstrant, unde eorum vocabularum, de quorum ratione et origine inquirunt, facile vis ac significatio duci possit: quos tamen multo sæpius, etiam si studium adhibueris, vel unde ea nomina petita sint, in Ægyptiorum sermone quaeris, non invenies. Præterea quum voces fere easdem Hebræis, Syris, Chaldaicis, Arabibus, Samaritanis communes et usitatas videamus, quod eorundem lingue magna inter sese similitudo conjunctæ ab unaque stirpe progenitæ ac proseminatae sint; profecto eas multo facilius ab his in Ægyptum propagatas, quam gentes tam multas ab unis Ægypti traditis accepisse credamus. Ceterum quum lingua Ægypt., quæ ab initio inops, decursa temporis ditior et uberior facta est, ac tum multis sive locorum sive rerum cognominibus est aucta, tum vocabularum, præsertim compositorum, magnam quandam vim atque copiam protulit; tunc vero etiam illud interdum contigit, ut Hebræi vicissim, Syri, Arabes quasdam ipsi quoque ab Ægyptiis voces peterent ac mutuarentur. Idem multo frequentius accidit in Græcis, qui, postquam cum Ægyptiis commercium ac consuetudinem habere cepissent, quam plurima ab his accepere vocabula, ut Ægypti contra non pauca a Græcis." Et auctor quidem non modo in ipso opere hujus generis vocabula Gr. ab Ægyptiorum lingua derivavit aut cum illa comparavit, sed ab eo adjecta etiam est p. 339—368: " Summa verborum selectiorum, in qua maxime animalium ac plantarum, tum etiam siderum, orbium, locorum, deorum, hominum, rerumque ad hos pertinentium, ciborum, vestium, instrumentorum, etc. vocabula exhibentur; nonnullis, quæ criticam vel eruditionem spectant, interspersæ." Unde, ut judicari de omni auctoris ratione et arte possit, specimina quedam deprehemus. Nam voc. *νομῆρ* (p. 8. s. et 355.) certe ab Ægyptiis sumtum esse putat, apud quos *Moni* vel *Mani* pascere significat, ita ut, præfixo articulo, *Pimen* sit pastor. Voc. *βῆρβος* (*himus*) repetit (p. 41. et 349.) ab Æg. *berber*, l. e. ejecere. *Κράμω* terram figuratum, Ægypto ortum debere statuit, nam Copt. scriptum Heromi esse terram fornacibus extrudendis adhibitam (p. 87. 349.). *Υίθωβ* s. *Υίθωβ* (*teges*, storea) censet (p. 358. 368.) plane esse Copt. *Psiethom*, quod proprie significat stoream s. mattam in longum extensam, unde *Υίθωβ* i. q. *Χαμῆτῆρ*, *Χαμῆτῆρ* s. *Υίθωβ* (*cerussa*) non Gr. sed Ægypt. originis vocem esse censet, quum *Psimath* Ægyptiis dicantur plumbi minuti, ramenta, unde cerussam fieri constat. Multo plura herbarum, plantarum, animalium nomina, quæ apud Gr. scriptis occurrunt, ex ling. Ægypt. explicantur. In quo tamen etymologiarum genere non satis distincta nobis ea visa sunt, quæ Ægyptiis jam antiquitus usitata fuisse, et certis monumentis pateat, quæque serius apud eos recepta. Tum vero ex similitudine quorundam vocab. plus est effectum quam certo sequitur. Sic ovorum fere idem esse in Ægypto quod in Græcia nomen ostendit (p. 213.). Non tamen Ægyptiis a Græcis accepisse in Add. monet, quum pariter Ægyptiis poterint Græcis tradere. Sed quidni ab alio et communi fonte ad utrumque populum pervenisse dicamus? Alia ingeniose certe, etsi minus probabilitur, dicta sunt. Strabo (xvii. p. 794.) cum regie partem Alexandriæ, in qua regia erant sepulchra, *εἰρω* dictam esse ostendit. Interpretes nomen a corpore Alexandri ibi condito ductum existimant. Sed Rossius contendit, esse Ægypt. nomen *Gomhau* vel *Somhau*, unde Græci *εἰρω* sine aspiratione fecerint, quodque *εἰρωβόλον τῶν τῶρων* significaverit. A Jablonskio, ubi librum ejus inspexerat, sæpius se discessisse docet in Append. Etymol. Ita voc. *Καλλίωρον*, quo vestimenti quoddam genus appellatum est, Jablonsk. T. I. p. 104. s. interpretat esse tunicam ad cutem (*Schal-hs-schar*) tunicam. Contra Ross. p. 78. s. censuit esse Galheger, Galheser, l. e. luxuriosa, mollis, delicata tunica, et habere se in App. docuit, quæ contra Jabl. dicere posset, si otium superpetet. Voc. *Πορρω*, quomodo, Crozio dure, explicaverit Jablonskianus, neminem fugit. Rossius a voc. *Ararazo* Rum. Rom. quod et in Copt. ling. transierit, atque excelsum, sublimè indicet, cum aliis repetit. Que quidem ipsa originatio quomodo dicitur moerere videtur, ne nimis multum iis tribuamus, neque fidem nisi iis habeamus, quos, præterquam quod idoneis grammaticis argumentis nituntur, etiam facilitate quadam sui se commendant.

Omnino autem, ut post Alexandrum M. non pauca vocabula Gr. esse composita et ficta constat, quæ antea fuerant inaudita, ita singularium usus Gr. ling. in Ægypto et Alexandria potissimum multas subijt mutationes. De quibus quidem quum subtiliter et copiose exposuisset Fr. Guil. Sturzios (Ill. Moldavi Grinæ nunc Rector) pluribus commentationibus academicis atque scholasticis (inde ab a. 1786.), has etiam ab exteris Viris doctis sæpe expetitis repeti nuper ita jussit, ut, tanquam Auctarium, accederent Metarii libello de Gr. ling. dialectis 7):

⁷ Hinc enim librum, ob raritatem exemplorum paucis cognitis, etsi non pressim retractandum, anno ante integrum, sine adjectis animadversionibus, repeti juncat: Gr. ling. dialecti recognovit opera Mich. Maittaire. Post Jo. Fr. Reitzium, qui præfationem et excerpta ex Apollonio Dyscolio Grammatica addiderat, totum opus recensuit, emendavit, auxit Fr. Guil. Sturzios. Lips. ap. Weigel. et Liebeskind. MDCCCVIII. XLVIII. 375. pp. 8. mal. præter Indices. In marginibus etiam pagina editionis Haguae notatæ sunt.

Frid. Guil. Starzii de Dialecto Maced. et Alexandr. liber. Lips. ap. J. A. G. Weigel. MDCCCVIII. XII. 225. pp. 8. mai.

Quae enim olim singulis libellis complexus erat, continua oratione retulit et ita, ut nullum illa suggeret, novoque examini subjecta expoliret, adderet etiam duplicem et rerum et verborum indicem, in quo quidem postremo non tantum ea, quae in Stephani Thes. non reperisset vocabula, asterisco notavit, sed siglis etiam distinguit, quae Macedonica, quae Aegyptiaca, quae Graeca quidem, sed ab Aegyptiis vario modo mutata, quae Alexandrinis usitata, quae Memnandra essent. Et ea quidem, quae olim pernegat V. D., de tempore et occasione versio V. T. Gr., de eius versione dialecto, de dialecti natura universa, de nominis *ἑλληνισμός* notioibus, de discrimine dialecti, linguae et styli, et de Aegyptiorum studio ling. Gr., quamquam partim non erant necessaria, magisque locum habebant in ipso Metarii libro, tamen ob multiplicem utilitatem, quam afferre ipsi videntur nec ab hac nova editione abesse voluit. De dialecto antea *Maced. Alexandr.* ita disputavit, ut primum p. 23—50, dialecti *Maced.* naturam exponeret, quo loco recte vetustiores Macedonum linguam a recentiori eorumdem distinguit, et antiquiorem quidem censet vel omnino non vel parum fuisse diversam a Doyica, sed recentior non modo peregrina multa et barbara, obsoleta et nova vocabula receperat, notiones sive ob vetustatem sive ob novitatem inusitatas ita tribuerat, sed mutaret etiam vocabulorum quorundam formam et pronunciationem. Indicem vocabul. *Maced.* cui insunt quibus Alexander M., Amerias et Memander uti sunt, p. 33—45, exhibuit, et mensum quoque Macedoniae nomina collegit explicitissime. Deinde p. 50—84, Alexandr. dialecti, de qua olim Grammatici, Irenaeus et Demetrius IXtio, singulares scripserant libros, ingenium descripsit ita, ut primo, quae veteres scriptores discrete lucidè dicitur tribuisse reperuntur, recenseret, tum afferret quaedam eorum, quae idem Aegypt. dialecti fuisse docent, denique nonnulla proponeret ex illis, quae Grammatici simpliciter rejecerunt, ad *Maced.* vel Alexandr. dialectum maxime referenda. Scilicet Clemente Alex. auctore intelligitur, dialectum Alex. ortum esse e plurim aliarum dialectorum; ut Attic., *Maced.* Aegypt. conjunctione atque mixtura. Diversitas autem cum ab aliis vel omnibus vel plerisque dialectis apparebat tribus maxime modis, temporibus verborum peculiari quadam ratione formati, novis vocabulis vel notioibus vobabil. novis (quae quidem vocabula recensuit Starzius, literarum ordinem secutus, p. 65—82); etiam proverbiiis (de quibus quem conscripsit libellum Plutarchus perit, nunc is, qui ex codice Florent. editus Plutarchoque tributus est libellis, Grammatici potius Alexandri habendus est fatus), denique verborum structura. De qua quidem auctor dixit, postquam de dialecto Aegypt. quaedam p. 84—137, inseruit, recens excogitata et ita, ut non pauca Jabl. Glossario addereret. Primum enim proposuit indicem eorum vocabulorum, quae proprie Aegypt. essent, et in Alex. versione occurrerent, aut in dialectum Alex. migraverint. Deinde et recensuit (p. 96. ss.); quae origine Gr. erant, sed novam notioem formaque in Aegypto acceperant, quorum nonnulla ut v. *εὐνομοίαι, εὐποιοίαι*, non neglecto Räschiadiano titulo, verbum tractavit; adiecit etiam (p. 113. ss.); nonnulla de literarum, quibus Aegypti Graeci in scribendo uti sunt, figura et forma atque de pronunciatione et orthographia, ita ut pateret, in multis vocabulis Alexandrinis discessisse a reliquorum Graecorum eloquendi et scribendi ratione, terminatione et flexione. Sed insolentiorum verborum structura, Alexandrinis usitata, exempla, quae Alex. dialecto essent propria, attulit p. 159. s. Tandem vocabulorum, quae probabiliter ad dialectum Maced. s. Alexandr. referuntur, dedit recensum, copiosum et accuratum, non tamen omnibus numeris absolutum, ne nimia diligentia tandem crearet, p. 142—202., similiterque structura verborum a veteris Graeciae puritate aliena, isdem autem dialectis tribuenda, exempla nonnulla protulit, quo pertinet etiam adverbiorum temporis quorundam cum praepositionibus junctio. Ex quibus quidem omnibus quantum vel augeri possint Lexica vel nonnulla loca subtilius constitui, sponte apparet.

Ea vero dialecto *Maced. Alex.* quum ut alii Judaei plerique, ita etiam N. T. scriptores uti esse videntur, non praetermittendum in hac disputatione illud est N. T. Lexicon, in quo illius ipsius dialecti aliqua est habita ratio. Nam, quae et disciplina Jo. Fr. Fischeri, quum constat in pluribus libris et in scholastica N. T. interpretatione eam rationem subfunderi secutum esse, aequè ut Starzius prodit, Jo. Fr. Schleusnerus, quae Viteberg. Theologus eximius, ediderat jam a. 1792. novum Lexicon *Gr. Lat.* in N. T., duobus codic., quod priusior et uberius, et a vitis, quae Fischerus monstraverat, purius et subtilius esset et N. T. orationem ex Alexand. dialecto atque orientis linguis recte explicaret, et conferret tum Glossarium vetl. auctores et Grammaticos antiquos tum recentiores variis generis interpretes ex eorumque scriptis, quae utilis videntur, excerpta et diducata proponeret, criticè etiam rei atque scripturae emendatae haberet rationem, denique ad difficiliorum locorum interpretationem plura conferret. Octo fere annis post secunda editio erat curanda, quae a. MDCCC. duobus voll. profuit. Eam auctor operis non tantum castigavit emendandis nonnulla locis, sed multum etiam auxit, tum vocabulis et verbis nonnullis et probabilius lectionum varietate receptis, tum explicatioibus singulorum locorum novis, tum iis, quae ad illustrationem verborum afferri poterant. Quae quidem Addimenta ita et ampla et necessaria fuerunt, ut separatim etiam typis exprimerentur. Nusquam tertia prodit editio.

Quod ad dialectum Alex. attinet (p. 163.) in alia omnia abiit Henr. Planckius, Professor Gött. in Commentatione de vera natura atque indole orationis Gr. N. T., quam quum munus Professoris Theol. extraord. in acad. Gotting. d. VIII. Sept. MDCCCX. adiret, scripsit ediditque Gött. ap. Röwerum (67. pp. 4.). Is enim negavit seriosem istam loquendi consuetudinem, inde ab Alexandri M. etate apud Graecos introductam, ad peculiarem dialectum Alex. esse revocandam. Alio igitur modo instituit disputationem de seriois Gr. sermone, cujus in litem as vestigia frequentissima dependuntur, indole atque ingenio; cujus duas fecit partes, alteram, qua in origine hujus orationis inquirat, alteram, quae ea ad certa quaedam capita revocatur. Et praeter quatuor illas Gr. ling. dialectos, quae Grammatici et scriptorum, qui uti sunt, et diversarum stirpium, ad quas populi, unde nomen habent, referuntur, ratione habita constituerunt, jam olim multo plures gentium Gr. existisse dialectos certum est. Sed post Alexandri M. tempora multa in gentium et scriptorum dialectos sunt mutata. Et scriptores quidem quam fere omnes sectari coeperunt dialectum, Atticam, eam tamen corruerunt inferendo, quae vulgari loquendi usui erant propria; Graecia autem et Asia omni Macedoniae imperio subjecta, fieri non potuit, quin dialecti, adhae variis populis proprie, inter se miscerentur pluribus de causis. Inde existit communis ille sermo ita varie compositus et mixtus, ut, quae lingua antea in certis regionibus obtinuerat, novo sermone fundamento esset, ac quasi pro corrupta novique accessibilibus deformata dialecto haberi posset. Unde colligitur, post Alexandri tempora de dialectis proprie dictis non amplius agi posse, multo minus de Alexandria; Alexandria enim usurpata esse communem ling. Gr. ita ut peculiaris quaedam tum ex antiquis dialectis petita tum recentia accesserint; sed dialectum dici linguam communis idioma, certo eisdem loco et populo ita proprium, ut hic ejus ope ab aliis populis discernatur; non igitur Jüdaeorum Alex. linguam cum Starzio dici posse dialectum, quod ut *κατασκευασμένη ἰδίοια* dicit; quodsi *κατασκευασμένη ἰδίοια* ratione non habita, solam linguam diversitatem respicias, multas exituras esse dialectos Gr. seriores. Illata seriores Graecorum linguam et communem, in qua omnium dialectorum, praeter Aelicam, vestigia occurrunt, Fischerus *Maced. Alexandr.*

Et quamquam editor non mutavit nec ordinem libri nec praecpta auctoris, tamen aspe meliora docuit, loca vitiosa autem ea, quae laudata, diligenter inspectis encyclopaed. punctura de Attica dialecto, plura de ceteris adiecit, adhibuit quoque in non parvis locis, recensitis suppletis, neque tamen efficit ad effluere voluit, ut hic de dialecto loca pertractatis videret.

J. F. Fischeri Praefatione de Vitis Lexicorum N. T. — nonne conjunctim edita, multis partibus angit. Lips. 1791. 8.

Qua subditur, de re Jüdis disputata sunt ab Hermann in Obs. de Gr. ling. dialectis 1807. et de dialecto Ptoem. lib. 1. hio. alio loco aliterent. Ceterum quae propria sunt Alex. scriptoribus et poetis oratio, dici tamen Alexandria recta potuit.

dialectum, Sturzium τῆς κοινῆς dixit. In omnique tamco nomine ambigui quid iussit censuit Plancius; Macedoniam enim antea peculiari et singulana veteri Dorica dialecto usos esse, sic ut Macedonum vetus et nova dialectus discernenda sit, et Alex. dialecti nomen nimis angustis finibus contineri; τῆς κοινῆς autem a veteribus tributam esse scriptoribus, qui fere omnes ad Atticam linguam se accommodabant, non tamen pura ea utebantur. Fontium, e quibus ea communis lingua intelligi possit, tria facit genera, scriptores post Alexandrum M. inde ab Aristotele (in quibus Polybius prae ceteris memorandus erat), Grammaticos veteres et Lexicographos, interpretes Gr. V. T., libros apocryphos V. et N. T. patres apostolicos; quibus nunc demum addit titulos, decretis, numos, et Conicorum rectorum etatis fragmenta, e quibus comœdia nova reliquis communis sermo potissimum est cognoscenda. Ad linguam autem communem, quae hellenismo N. T. fundamento sit, refert 1. vocabula, quae ex barbaris lingua in Gr. sermone immigrarunt, 2. orthographiam et verborum pronuntiationem singularem, 3. nominum verborumque flexionem, 4. heterogenea, 5. vocabulorum formas, tum ex antiquioribus dialectis sumtas, tum recens effictas, 6. vocabula aut antiquioribus dialectis propria aut protusa nova, 7. vocabulorum significatus novos, 8. usum loquendi mutatam.

PAULI ERNESTI JABLONSKII

DISQUISITIO DE LINGUA LYCAONICA

Ad locum Actor. xiv. 11. Ἐπῆραν τὴν Φωνὴν αὐτῶν Λυκαονιστῶν λέγοντες.

[Primum hoc eruditionis non vulg. specimen, edit. a. 1714. etsi typis repetitum Traj. ad Rhen. a. 1724., iterumque in Thesaur. Novo Dissert. ex Museo Hasii et Ikunii T. ii. p. 638. ac seqq.]

Excerpta e Praef. Jona Guil. TE WATER

Ad P. E. JABLONSKII Opusc. Tom. iii. Lug. Bat. 1809.

ILLUSTRANDAE, augendae et emaculandae Disquisitioni de Ling. Lycaon. quae primum in hoc fascie occupat locum, sedulam magis navavi operam, non tam ut mirem gratiam hominum eruditissimorum, qui ipsi in Gr. scriptoribus veluti habitant, et meas ad istum libellum annotationes facili negotio adaugebant, quam ut, quoad ejus possem, iis lectoribus conarer prodesse, quibus aut non vacat, aut minus lubet, eo proposito scripta veterum Graecorum et Latinorum accuratius perlegere, ut ex illis voces quasilibet peregrinas, sive barbaras, colligant et illustrent: quod tamen quam sit utile et necessarium, ut literatura antiqua illuminetur, Burtonus, Reinesius, Bochartus, Relandus, Lacrozius, Forsterus, Jablonskius, pauci alii, suo dudum exemplo abunde comprobantur.

Qui autem animadvertat, distribui de Ling. Lycaon. opus juvenile fuisse, et primum omnium Jablonskii profectum in literarum politionum studiis periculum, non is demirabitur, auctorem suo exemplo, quod ad me perveit, haec adscripsisse verba: Ἀπὸ τῆς φωνῆς τοῦ ἑσῶτος, Eurip. in Κρήναις, apud Athen. L. xiv. p. 640. Ipse enim, per reliquum totius vitae decursum, alia exposuit, alia emendavit, alia complura addidit, ita quidem, ut nova haec editio, ex auctoris autographo ducta, multum castigatio sit, et altera minium parte auctoris. Supersunt tamen in eadem dissert., etsi pererudita et a viris summis, ex quo vulgata est, magnopere laudata, quae, meo quidem iudicio, vel omitti queant, vel, contra, eximie augeri, vel ab antiquitatis linguaque Gr. et historiarum peritis possint emendari. Atque eo imprimis meae spectant, quae alievi, annotationes tantum non omnes, de quibus iudicent, velim, istarum rerum intelligentiores, adeoque satis idonei ad neos quoque errores corrigendos.

Ex literis Hermannii van der Hardt, d. xv. Julii a. mcccxvi. Helmstadto ad Jablonskii nostri patrem datis, haec verba emendato et locupletato Disquisitionis exemplo adscripta inveni: De Ling. Lycaon. Dissert. eredita tanto mihi gratior, quanto luculentius documentum Geographiae veteris a Filio curate excoltae: quod argumentum solidioris Philologiae tantum non primum. Inprimis Lycaoniae sedes circumscripserat arriis, quod urbem τῶν Iconium Filius habuerit in oculis, quae in Caini familia gloriatur nominis fecit. Prima illa urbs in Sacris commemorata. Obscuritas quondam urbis, antiquitatem non tollit, sed juvat. Nec diluvio diruta urbes, sed homines extincti. A diluvio cum annis priores urbes revocatae, resuscitatae, redintegratae, auctae. Tota Caini domus in Asia Minore. τῶν Ἰωνῶν stylo Mosis, Terra Homonadensium. Ibi Iconium. Sed ex itinere in viam, in Lycaoniam Tuus eruditus nos duxit Filius, Perga, etc. Hinc epistola Hardtiana parti sequente subnexuit Jablonskios animadversionem: 'Cum hic suspicetur Clarissimus van der Hardt, Lycaoniam fuisse sedem domus Caini, et in urbe Iconion vestigia Chanochi filii Caini presserit, potuisset sententiam suam firmare ex Steph. Byzantio, qui illic terrarum fuisse quemdam Ἀνακίς primum temporibus commemorat. Vide eum in Ἰεσῶν. Sed dubium merito esse potest, an Iconium ante diluvium fuerit condita; an, si fuisset ante diluvium condita, post diluvium superfuisset; an etiam Caini et posterorum ejus praesertim ad Gentiles derivata fuerit memoria. S. Scriptura testatur, omnes praeter Noachum ejusque familiam homines, aquis obrutos, perisse. Et cum diluvio perierunt sine dubio pristinae urbes, earumque incolae, et incolarum memoria.' Quia in utriusque observatione aut veri insit, aut falsi, opus non est, ut hic disquiratur. Ex diverso autem literarum ducta conjectura asequor, Jablonskium adhuc juvenem verba Hardtii descripsisse, sed aetate profectionis suae de iis adfuisse iudicium.

Proseum, in quo ratio scribendi redditur.

Non eram nescius, cum huic rei pertractandae me accingerem, opus me suscepisse, tum propter multorum hominum opinionum ingloriarum et inane, tum propter difficultates poene insuperabiles arduum atque laboriosum. Neque enim dubitare poteram, fore non paucos, qui hanc materiam tamquam vilem indignaque, cui operam navarem, reprehensuri essent, cum non modo nulla lingua Lycaon. nunc extet vestigia, sed nec in vetustis quidem monumentis, praeter unam forte aut alteram vocem, illius mentio invenitur. Illis equidem prolixè satis respondere possem, utaque summorum virorum, qui in hac palaestra desudarunt, exemplis ostendere, et literas elegantiores et ipsam S. Scripturam nonnihil lucis ex hac disputatione accipere. Cum autem institui

ejusmodi hominum sermonem cum sono animalium comparabant. Lingua Medorum assimilatur latrati canum, apud Plutarch. in Cimoe p. 490. Diogenes ait in Luciani *Bian praece* p. 366. [t. i. p. 350]. *Βάρβαρος* ἢ ἡ φωνή ἴσται, καὶ ἀρχαῖοι τὸ φέρονται, καὶ ἀρχαῖοι ἴσται κινῆ. Varias hominum *φωνὰς* cum *φωνῆς* animalium variorum componit Elian. l. v. de Nat. Anim. c. 51. Jungatur Hesyeh., in v. *Χαλίδοι* observans, τῶν Βαρβάρων *χειλέων ἀσπασκόντων* διὰ τὴν ἀσπασκόντων λαλοῦν [ubi notavi Verweyus]. Istud autem *Βαρβαροφωνία*; vitium Strabo l. xiv. p. 662 [177.] etiam appellat *Βαρβαροστραμία*, quam vocem optime interpretatur magnus Salmassius in Funere [Ossilegio] Ling. Hellenist. p. 303. Nominis hoc *Βαρβαροφωνῶν* apud veteres insignes erant Cares. Homerus canit Il. B. v. 807. sive Catal. v. 374.

Νῆστερ δὲ Καρῶν ἤχηται Βαρβαροφωνῶν.

ad quem locum Scholiastes movet, *Βαρβαροφωνῶν, ἄγγροφωνῶν*,² καὶ τὴν Ἑλλάδα φωνῆ ἔχουσαν τρέφουσιν, εἴτι τὰ μὴ ἀφρονεῖν ἑλληνικῶς ἄγγρον, τὰ δὲ ἑθνακὰ ἀφρονεῖν. Homeri locum repetit Strabo l. xiv. p. 661. [976.], sed non Νῆστερ dedit Μάρτυρες. De isdem Caribus Tullius testatur in Orat. ad M. Brutum c. 8. Itaque et Caria et Phrygia et Mysia, quod minime polita minimeque elegantes sunt, adsciverunt aptum suis auribus opimum quoddam et tanquam adipata dictionis genus, quod eorum vicini Rhodi nunquam probaverunt. Graeci multo minus, Atheniensis vero funditus repudiaverunt. Idem c. 15. Est autem in dicendo etiam cantus obscurior, non hic e Phrygia et Caria, etc. Fuisse hunc sonum vel ululantis, ex eodem Cicerone discimus c. 8: Cum vero inclinata ululantis voce, more Asiatico, canere coepisset. Quod de his populis narrat etiam Eustath. in Dionys. Perieg. [ad v. 787 sqq.] p. 118. ed. R. Steph. et apud eundem *Æschylum*. Conferatur omnino Strabo l. c. [l. xiv. p. 977 et 978]. Itaque hi populi, quamvis etiam Gr. ling. uterentur, erant tamen *Βαρβαροφῶναι*. Quam imo ipsius Graeci quidam populi sub hunc etiam veniebant. Hesyehius ait, *Βαρβαροφῶναι* ἢ ἠλιῶν καὶ αἱ Κίρες, ὡς τραχηλοφῶναι καὶ ἀσπασκῶν τὴν φωνὴν ἔχουσαι, Barbarilingues dicti sunt Elei et Cares, ut qui duro et obscuro oris sonitu laborent. Loquitur de Eleis, non vero de Iliensibus, ut vult Vossius in Etymol. (v. *Barbarus*) secutus Scaligerum, qui ἠλιῶν mutabat in *Ἰλιῶν*.³ Minus recte sic judicasse viros summos, nos docet Eustathius, cujus verba in notis citabo.

Est alterum *Βαρβαροφῶν* genus, qui nec barbara lingua utebantur, neque obscuram istam dictionem sine elocutionis ratione sequabantur, sed vocibus barbaris et suis promiscue utebantur. In hac sententiam Diódoros Sicul. l. i. p. 5. [p. 11. edit. Wessel., in qua e textu ejectum *ὑπερκαρότης*] meminit τῶν φωνῶν ἀγνοῦν καὶ συγκαχμῆτος ὑπερκαρότης; et ἕξ ἑκ τῶν ἀκριτοῦ καὶ συγκαχμῆτος occurrit apud Plutarch. in Timol. p. 249. A. Quod Hesyehius pariter docet his verbis, *Ἀκριτόφῶναι, Βαρβαροφῶναι* συγκαχμῆτος γὰρ ἢ Βαρβαρῶν φωνῆ. Qui promiscue loquuntur, dicuntur Barbarilingues; Barbarorum enim lingua confusa est. Videtur respici ad verba Hom. Il. d. v. 437, 438. ad quem locum omnino videndus Eustath. p. 404. Ex quibus intelligitur, quod dixi, non eandem esse *Βαρβαροφῶν* et *Βαρβάρων*. Quamvis ergo doctiss. Lightfootus rem ipsam acu tetigisset, non sane hoc argumento impetus adversariorum frangere potuit.

Grotius vero sententia suae, quam affert, plane nullam rationem reddit, eamque nobis examinandam relinquit, quod paucis deinde testabimur.

Quidquid sit, illae rationes, quas excellentissimus Bentleius protulit, rem faciunt planam et perspicuam, nihilque restat, quam ut eam ab aliorum assultibus tutam et securam praestemus.

§ 3. Ad objectiones quasdam generatius respondetur.

Antequam in hoc curriculo pergam, unum impedimento, quod nonnihil negotii facessere videtur, e medio tollendum esse duco. Eteum multi scriptores Gr., ne Strabone quidem excepto, plurima nomina regionum, urbium, fluviorum ac similia, in his locis ex Gr. ling. derivare nituntur. Etymol. auctor in v. *Ἰαίονες* et Eustath. in Dionys. Perieg. p. 127. putant, hanc civitatem dictam fuisse a muliere facinorosa, quae cum multis viros occidisset, tandem a Perseo opo capitum Gorgonei in saxum conversa fuerit;⁴ additque Etymologus, τὴν εἰκόνα ἐπὶ πύλιν ἔχουσαν κεφαλῆναι λέωνος, effigiem (iconem) istius mulieris per longum tempus lapideam⁵ permanuisse. Hinc loco nomen. Quam de hac muliere narrat historia Etymol. auctor, eam de Semiramide Assyria Diódoros Sic. l. ii. [c. 13.] p. 101., et de Omphale Lydia Athenaeus l. xii. p. 516. [416, 417.] refert. Neutra tamen in Persei statum congruit. Aliam similem hujus nominis Iconium reperimus originem in eodem Etymol. et apud Steph. Byzantium in v. *Ἰαίονες*. Qua tamen a viris eruditiss. tanquam absurda risu excipiuntur. Eodem loco habendum est, quod Halys fluvium sic appellatum ab errando scribit auctor Etymol. in *Ἰαίον*, vel a Salibus, ut voluit Strabo l. xii. p. 377. [822.] et Scholiastes ad Apoll. Rhod. l. ii. v. 966. Sui oblitus erat Strabo, cum ista scriberet, nam alia ejusdem scriptoris loca, quorum et ego quaedam allaturus sum,

Plut. vel quisquis auctor, de Fluminibus p. 375. *ῥεῖθρὸν καὶ λίαν*; apud Diogenem Laert. l. vii. [segm. 57.] p. m. 674. qui scribit, *ῥεῖθρὸν ἢ ῥεῖθρὸν καὶ λίαν*; ἢ τὴν φωνὴν καὶ ἢ τὴν ἐξελίξιν, λίαν δὲ τὴν ἐπιθῆναι μίαν. Pertinet hoc, quod scribit Tertull. de Testim. Animae c. ult. ² Omnium gentium una anima, varia vox, una spiritus, varium locutus. ³ Sermonem Barbarum cum stridore aquae bullientis confert Eubulus ap. Athen. l. vi. p. 229. [560.] *πρωτολαοὶ* οἱ ἄσθλι παρὰ τοῖς Βαρβάρων λαλοῦσιν.

V. D. Heims de Sat. l. i. p. 40, 41.—De Troglodytis legatur Eustath. ad Dionys. Perieg. [v. 106 sqq.] p. 34.—Addatur Pauli locus 2 Cor. xiv. 11.

⁴ Ἀγροφῶν nomine appellatur antiqui Lemni incolae ab Hom. Od. 6. 294. ⁵ Petronius p. 41 et 42. In foro sic illius vox exercebatur, tanquam tuba, nec sudaiv inquam, nec exposit. Puto enim nescio quid Asiaticae balbae. Comparetur Strabo l. xiii. p. 652. [930.] Suetonius in Octav. c. 26, Cicero de off. Orator. c. 13 et 95.

⁶ Videtur illa Eleorum *Βαρβαροφῶν* in nimio sua litera consistisse. Conjectura huic primam occasionem mihi praebuit Strabo l. x. p. 508. [587, 588.] ubi de Eretriensibus, Eleorum *ἴσται*, et a quibus didicerant frequentiorum literarum summus. Cf. nota Casaub. Meminit, praeter Platonem et Athenaeum, et *Ἰσται* ἡ φωνὴ τῶν Περσικῶν de dictione Attic. p. 18. ed. 1669. Consultatur quoque Leopoldus l. viii. Emenadatum c. 15, ubi tamen meminerit Eustathium corrigere ex Varino, non contra, ut volebat. Eustathi locum, quem respicit Leopoldus, extat in Il. A. p. 114. alii vero eisdem Eustathi locum, qui hic omnia egregie illustrat et bene conjecit, confirmat, extat in Il. B. p. 279. *Ἐπιπλοῦντες ὁ ἔργοντες ἀεὶ πύλιν τὸ πύλιν ἑκαστῶν ἔχουσαν ἑαὶ καὶ ἀπὸν, καὶ καὶ ἑαὶ καὶ ἑαὶ, Βαρβαροφῶναι ἑαὶ, ὡς ἢ Περσῶν ἄσπασκῶν, ἑαὶ τὴν ἀσπασκῶν τὴν φωνὴν ἔχουσαι καὶ τὴν μίαν Κίρεν ἑαὶ Βαρβαροφῶναι*. Ex quibus verbis etiam patet, strungunt et Plavertius et Eustathi locum apud Leopold. solicitandum non esse, utpote recte se habentem. Nam *ἑαὶ* utque *ἑαὶ* quidem *ἑαὶ* ἑαὶ redarguuntur. Vide proterea eundem Eustath. in Il. B. p. 504, Il. A. p. 440, 456, 492. Vitium istud veteres appellabant *ἑαὶ*, manente Sopingio ad Hesyeh. v. τ. 60.

⁷ Non forte de nihilo haec de lapide fabula nata fuit. Multa sermonis Egypt. vestigia in Lycaonia deprehendi, mihi quidem fit verisimile, et infra plenus dicam. In *ἑαὶ* manifeste apparet lapis Egypt., unde forsitan ipsa Lycaonia nomen traxit, ut deinde nasebo. An igitur dictum Iconium ab *ἑαὶ* lapide, vel magis lapideo, cujus similitum statum et memoria illuc conservata fuerit?

⁸ Comparetur Soides v. *Μήδωνες*, l. ii. p. 518. c. n. Kasterl. Dicitur illic Amadora urbs postea vocata Iconium ἑαὶ ἑαὶ ἀπὸ τῆς ἑαὶ. Rem eandem isdem fere verba narrat auctor Chronici Alex. sive Paracelsi. p. 39. Eustath. ad Dionys. v. 964.

tantum scribit, Iconium dictum esse *ἑαὶ* ἑαὶ, sed reliqua adjungit ad v. 854. et sqq. Conf. Berkeley et Holsteius ad Steph. Byz. v. *ἑαὶ*.

docent, cum hanc rem melius scivisse. Notata imprimis digna haec sunt ipsius verba l. xiii. p. 417. [904. ad q. 1. consulari Casabonius.] quibus, post traditam urbem Scepses etymologiam, prudenter utitur, *ei δὲ τὰ παρὰ τοῦ βαβυλῶν ἐν τῷ τέρει*, nempe ante Alexandri M. tempora, *ὡνόματι τῶν Ἑλληνικῶν ἰστορηγῶν τῆς Φωνίας*. Sic etiam Plutarchus junior in lib. de Fluminibus narrat, Maendrum prius dictum fuisse *ἀβαζόνοντα*, retro-gredientem, quod tunc sinuosus erat; unde Ovid. viii. Metam. 162. seqq.

Non secus ac liquidus Phrygiis Maendros in arvis
Ludit, et ambiguo lapsu refinitque fluctibus,
Occurrensque sibi venturas aspexit undas.

et Heroid. Ep. ix. v. 55, 56.

Maendros, toties qui terris errat in isdem,
Qui lapsus in se saepe retorquet aquas.

Quasi vero illic Graeci fuerint, qui flumini hoc nomen indere potuissent. Legerat forsitan auctor ille libri de Fluminibus apud poetam quemdam, Maendrum esse *ἀβαζόνοντα*, ob rationem nempe, quam dedimus, sed hinc ipse male colligebat, id olim fuisse flumini nomen. Cujusmodi errores nonnumquam obtinuisse, ignotum non est. Pindarus Pythonem vocat petrosam Olymp. vi. p. 51. ed. Steph. [v. 80, 81.]

Βασιλις
ἢ ἐπὶ πετράσιν; ἢ ἀπὸ τῆς ἰσθμῆς
Πύθωνος.

Recte autem postquam petrosa equitans rediit ex Pythone,

ubi Scholiastes exponit *πετράσιν* *τραχύσιν*, petrosa (Pythone) i. e. aspera. Atque alii forte etiam poëtae hoc epitheto usi fuerunt.* Idem tamen veteri interprete alioquin non inductus in Pyth. Od. i. p. 187. ait fuisse hoc Pythoni prius nomen, *ἐκάλειτο δὲ πρότερον Νάπη, ἔτα Πιργίττα, ἔτα Κρίστα, ἔτα Πόλη*, vocabatur (Pytho) primum Nape, deinde Petrosa (Petrosa), post Crissa, tandem Pytho.† Possem alia quoque exempla afferre, nisi brevitati studerem. Similia enim idem ille Plutarchus tradit de flumine Sagari et alia. Certe multa hic sunt fabulosa, multa ad Graecorum nomen detorta, quae Gr. minime sunt; quod aliquando etiam illorum temporum scriptores agnovissent. Luculentum nobis exemplum praebet Ammianus Marcell. l. xxii. p. 286. ed. Gronov., ita scribens: 'Intra hunc circuitum Adiabena est, Assyria praeclaris temporibus vocitata, longaque assuetudine ad hoc translata vocabulum ea re, quod inter Onam et Tigridem sita, navigeros fluvios, adiri vado nunquam potuit. Transire enim *ἡαβαδόν* dicimus Graeci; et veteres quidem hoc arbitrantur. Nos autem didicimus [alii, id didicimus] quod in his terris amnes sunt duo perpetui, quos et transivimus, Diabas et Adiabas, iuncti navibus pontibus; ideoque intelligi Adiabenam cognominatam, ut a fluminibus maximis Aegyptus.'

Graeci non raro nomina locorum peregrina sic ad sonum linguae suae detorquebant, ut vix ac ne vix quidem vera eorum ratio inveniri possit. Recte igitur Salmasius Praef. Lib. de Annis Climacterica, p. 16: 'Falluntur itaque, qui se putant ex appellationibus, quibus Graeci gentes et provincias civitatesque appellant, posse ad veram eorum originem pervenire, cum nihil sit illis corruptius. Omnia enim ad sonum sui familiariter et proprias flexiones vocabulorum detorqueunt: ut quos vocant *Γαλάται*, non sunt, nec fuerunt unquam isto nomine a suis nuncupati. Ita de aliis.'

Tum etiam hoc minime praeterendum est, urbes et regiones saepe alio nomine appellari ab incolis, alia Graecis, horumque imitatione a Romanis. Videntur Graeci nomina barbara repudiasse, suasque Gr. denominationes urbibus barbaris indidisse, quia nomina peregrina pronuntiata admodum difficilia Graecis erant. Plineius scribit in Praef. l. v. 'Populorum ejus oppidorumque nomina vel maxime ineffabilia, nisi ipsorum lingua.' Aelianus quoque ait l. xii. de Nat. Animal. c. 11. *τὸ ὄνομα τοῦ χάρος, ἔδα τριχίτρα* ('ὄνομα') *Αἰγύπτου λεγόμενον ἐπὶ λόγῳ*. *τραχὺ γὰρ*, et significat, quam sit Graecis difficultis pronuntiatio nominis loci, in quo Onuphis nutritur, relinquenda igitur potius ipsis Aegyptiis. Cum autem nomina Gr., imprimis post tempora Alexandri M. urbibus ac fluvii indita essent, non tamen amittebantur nomina antiqua Barbari. Conf. Ammianus Marcell. l. xiv. p. 32. et Eustath. ad Dionys. Perieg. p. 14. ac 19.† Exemplis paucis rem illustrabo. Plutarchus, doctissimus auctor, memoriae prodidit in vita Luculli p. 514. urbem eam, quam Barbari Nisibin¹ appellarent, Graecos nominare Antiochiam Mygdoniam, quod idem etiam Strabo docet, l. v. p. 514. [1088].² Ptolemyri Aegypti, quam Graeci communi consensu Delta appellabant. Vide Steph. Byzant. in v. *Δέλτα*. Cotes promontorium Mauritaniae a Barbaris, a Graecis Ampelus dicebatur, ut in Melam, l. i. c. 3. observavit Is. Vossius. Sic Hierapolis a Barbaris Bambyx, et Polas a Colchis dicta, altera a Graecis, ut patet et Callinachi epigrammate, inter ejus epigrammata edito et apud Strabonem.‡ Vide praeterea de Gr. aliarum urbium nominibus Fl. Josephum l. i. Antiq. c. 6. Verum ejusmodi rebus, ut opinor, satis notis, non diutius immorabor.

Redeo, unde digressus eram, ad Graecorum fabulas, quo etiam pertinent, quae de Graecorum in has regiones migrationibus* aut narrat, aut fingunt. Praeterea Deucalionis in Syriam adventum, ubi diluvium

* Idem obtinuit in nominibus animalium et herbarum. Memorabile exemplum habes in Pausanias Arcad. p. 286. [c. xxii. p. 641.]

¹ In Gr. textu male legitur *Νίβη*. In Synedico apud Labbeum t. II. col. 96. *Νίβη*; vel *Νίβη* nuncupatur. Legendum omnino *Νίσιβη*. Barbari certe, uti ex ling. Armen. perspicitur, Nisibini pronuntiabant, ut ling. Armen. vix peritissima N. V. in Coss. mihi indicavit. *Nisibis* vocatur apud Steph. Byz. v. *Αἰγύπτου*, ut ex vestigiis scripturae veteris recte corrigunt viri docti, Berkelius et Holstenius, quorum nota comulae. Vide et eisdem ad Stephanum v. *Nisibis*. Observat illic etiam Berkelius, a Syris dictum fuisse *Νίσιβη* Nisibin, a Nisibin lapidum, ubi Uranus apud Stephanum nomen hoc interpretatur. Comparatur de eadem Galina in Afragan. p. 236. seqq. et Aesemani Dissert. de Monophysitis, praefata t. II. Bibl. Orient. p. 107. 5.

² Insuper Fl. Josephus Antiq. l. xx. [c. iv.] p. 607. Theodoret. l. II. Hist. Eccl. c. xxx. Hinc fluvius, ad quem sita est Nisibin, a Joanne Valesio t. I. p. 27. et Orat. II. p. 65. vocatur Mygdonius. Nec aliter legendum apud Maendrum in Eclogis Legati-Haeschel. p. 147. Eandem vero fluvium ab aliis dictum fuisse Maazir, docet Aesemani, l. c.

³ De migrationibus veterum illi in genere observandum, eas esse subvolucras, et diversimode a variis enarrari. Quod ex illis exemplis, quae haec attuli, jam abunde liquet. Deinde, istae migrationes non semper totam gentis linguam immutabant, nisi gens ipsa sedibus expulsa aut place subrogata fuerit. Etiam v. gr. si verum est, Medeam cum marito suo et filio in Mediam venisse, non tamen ibi linguam suam intrudisse. Athenienses ipsi, si Theopompus apud Proclum l. I. in Timaeum p. 20. credimus, Aegyptium fabulam fecerunt. * Atque certum est, Graecos maximam et antiquissimam cultus sui divini partem ab Aegyptiis accepisse. Immo tamen lingua Atheniensium ab ea Aegyptiorum veterum abest. Si vero contra Saïs est Atheniensium colonia, ut alii ap. Proclum l. c. numerant, idem illud dicendum.

* Unus est Homerus Il. 2. 405. *Πόλις ἐν ἑσπερίῃ*, et Il. 3. v. 517. *κίρις ἐν κάλιγοις ἄρῃσι* v. 56. *Πόλις ἐν ἑσπερίῃ*, ubi epichon hoc exprimit Eustath. p. 372.

† Legatur Holstenii nota ad Steph. Byz. p. 166.

‡ L. I. p. 78, 79. epigramma integrum legitur, pars admodum l. v. p. 250. Ex Strabone reperitur et illustravit Eustathius in Fragmentis Callimachii, l. I. p. 476, 477. ed. Ernest.

** Euxiniam necesse haec annuere videtur communicavit Gell.

passus est, et templum extruxit, auctore Luciano,* si modo is auctor fuit, juvene admodum et adhuc religio-
 soso. Etenim tota illa descriptio quam optime cum historia diluvii Noachici conspirat. Præterea, Lucianus
 Deucalionem, non Græcum, sed Scytham ait fuisse, contra quam alii faciunt. Neque tunc movent, qui de
 Persei in Armeniam et Persidem itineribus scripserunt, cum ea omnia fabulis mirum in modum sint involuta.
 Neque hæc Telephus Hercules filius quidem facere potest; nam quæ admodum in Mysiam devenit, atque
 sic moribus et lingua illius gentis facile potuit assuescere. Quæ de Jasono commemorat Strabo l. xi. p. 347,
 362, et Justinus l. xli. c. 2. cum hæc regiones Orientales una cum Medea conjuge repetisse, et ubique ad-
 ventus sui monumenta reliquisse, hæc inquam obscura sunt, et a paucis probantur. Solam Medeam in patriam
 rediisse, quod Tzetzes narrat in Lycoph. [v. 175.] p. 36, ed. Opor., et Diodor. Sic. confirmat l. iv.
 [c. 55.] p. 248, veritati magis videtur congruere. Nihil vero tam ad rem nostram facit, quam id, quod
 Eustath. in Dionys. [v. 857.] p. 127. commemorat, Lycaonem Arcada in Lycaonia venisse, et regionis
 nomen dedisse. Quia nimirum Lycaonis nomen cum Lycaonia conspirat, hinc Græci quidam existimantur,
 sicut vix aliter posse, quam Lycaonia a Lycaone nomen traxerit, cum alioquin Lycaonis in Arcadia et reliqua
 Græcia apud vetustos scriptores amplissima hinc inde memoretur proles.¹ Videtur autem errori ansam de-
 disse, quod ipsa Arcadia a Lycaone primitus Lycaonia dicta fuisse perhibetur.² Ceterum istiusmodi etymo-
 logos quotidie a Græcis fictas fuisse, illi maxime sciunt, qui Pœtarum Gr. Latinoque vetustos interpretes
 consuluerunt. Alii Lycaoniam a Lyco amne dictam fuisse, sibi persuadent, quod tamen etiam Cellario
 veteris Geographi peritissimo, displicuit, t. ii. Geogr. Antiq. p. 120. ³ Nomen Lycaonia: non video rectius
 tutiusque, quam ex *lyng.*, *Egypt.*, posse derivari. Caoni enim, lingua Ægyptiorum, solum et tellus lapidosa
 significat. Eodem modo quo Canobus ab ipis Ægyptiorum Sacerdotibus, teste Aristide in Ægypt. [t. ii. p. 359.],
auræ-tellus exponitur. Conferatur M. V. la Croze in eximia Dissert., que est adjecta Collectioni Art. Dominic.
 Chamberlayn.† Hinc etiam Lycaonia urbs *Lycaonia* nomen habere videtur, ut supra in not. ad §. 6. observavi.
 Nomen autem telluris lapidose bene convenit nature regionis Lycaonica. Dubium tamen remanet de syllaba
 priori *Ly* in Lycaonia. Forsitan illud nomen fuit Ducis colonia, aut vetusti cujusdam Principis; cujus no-
 minis vestigia etiam in Lyco amne fortassis feruntur. Dubito, an hæc pertineat observatio Scholasticis ad
 Apoll. Rhod. L. ii. v. 374. *Ἀριστίας δὲ ἐν γλώσσαις Ἀσσοῦν τὸ ἄρλο ἀποβύσων.* Conf. idem Schol. ad v.
 733. et Hesych., vocem *Ἀσσοῦν* exponens *ἄσπυτος, ἀπέσπυτος, ἄρλο.* Potest et *As* vel *As* ex more Chaldaico-
 rum esse adjectum; quod in quibusdam eius tractus civitatibus alius Bochartus observavit, Geogr. P. 1. l. iv.
 c. 25. et inter alia monuit, *Ἀσπύσων* eandem urbem esse, quæ in S. Script. Resen appellatur. Similiter
 nomina alia locorum aut fluminum peregrina ab initio hæc illare ratione augentur. Sic *Πῶβ* Gen. ii. 14. a
 scriptoribus exoticis Euphrates vocatur, de qua additione disputat Cl. Millius in Dissert. selectis, p. 30. [200.
 ed. nov.] §. xxi. cujus tamen conjectura mihi non probatur.

§ 4. De lingua gentium Asia minoris generaliter probatur, eas Gr. sermone suas non fuisse, quia
 Barbaræ vocantur.

Sed omissis tandem aliquando his Græcorum aliorumque ngis, quas afferre oportebat, pe quid præter-
 mississe viderer, propius ad linguam, de qua sermo est, Lycaonicam accedo. Cujus ipsius lingue cum pan-
 cissima reperiantur vestigia, ut jam notavi, finitimus in consilium adhibeamus necesse est, ut sic quodam-
 modo judicium ferre possimus. Quod sane impeditum est atque arduum negotium, cum in Asia minori, quot
 regiones, tot quoque fuerint *Dialecti*, quæ quales fuerint, nondum inter eruditos constat: Fuisse diversas,
 patet vel ex S. Script., Act. ii. 8, 9. ⁴ Et quomodo unusquisque nostrum audimus eos loquentes sermone
 ejus regionis, in qua nati sumus, Parthi, Medi, Elamiti, et inhabitantes Mesopotamiam, Judasam, et Cap-
 padociam, et Assam (scil. Proconslatam, sive Lydiam), et Phrygiam Pamphiliamque, Ægyptum, &c.⁵
 Quam diversitatem confirmat narratio de Mithridate apud A. Gellium L. xvii. c. 17.; eandemque regnante
 Nerone adhuc obtinuisse, testimonio hominis barbari non illepidò comprobat Lucianus de Saltat. p. 940.
 [t. ii. p. 303.]; quod ad rem nostram non parum facit, et magis etiam perspicuum fiet, ubi de singulis quædam
 delibabimus. Solebant Græci, quasi Autochthones, non modo diversam suam a Barbaris venditare originem,⁶
 atque de sua sola lingua magnifice sentire,⁷ sed et communium nomine hos omnes Asia minoris populos vocare
 Barbaros, exceptis Ionibus, Doribus et Æoliis, qui Græci origine erant, et Gr. linguam usurpabant. Hinc
 Pindarus Isthm. vi. [v. 35.] p. 470.

*οὐδ' ἴσταν οὐτὼ
 Βάρβαρος οὐτὼ παλιγγλώσσος πέλις.*

Confer Thucyd. L. ii. p. 50. ed. Herv. Qui vero Barbari dicebantur, illis Gr. lingua patria sive vernacu-
 la non erat. Solebant enim Græci universum terrarum orbem ita dividere, ut ipsi alteram ejus partem
 constituerent, reliqui vero, qui Græci origine non essent, communi Barbarorum nomine dicebantur. Quam
 in rem est elegans Platonis in Politico locus p. 118. ed. Basil. Gr., *Ὅτιν ἂν τις τὰ ἀσπύσων ἰσχυρίζεται ὡς
 ἐπιπέδου γένος ἰσχυρῶν, κατέσται εἰ πεδὸν τῶν ἰσχυρῶν ἰσχυρῶτος, τὸ μὲν Ἑλληνικὸν ὡς ἐν ἀπὶ πάντων ἀσπύσωντος
 κωφῆ, ὡς πᾶσι δὲ τοῖς ἄλλοις γίνεσθαι, ἀπείροις οὐκὶ καὶ ἀμείροις καὶ ἀσποφάνεις πρὸς ἄλληλα, Βάρβαρος μὲν κληθεὶς
 κρητίστους οὐτὼ, δὲ τὰ κείνην τὴν μίαν κληθεὶς καὶ γένος ἐν αὐτῷ εἶναι περσοβοκῶνος:* ⁸ Quæmadmodum si quis univer-

¹ De Asia Lycaone v. Hom. II. d. 89. cum Comm. Eustath. p. 418.
² Dion. Hal. l. i. p. 10, l. ii. p. 77. Eustath. in H. v. p. 500.
³ Vide tamen Verborum de Abstin. l. iii. p. 372. [§. 25.]

⁴ Diad. Sic. l. i. [c. 9.] Euseb. l. i. Præp. Evang. p. 14.

Wyttenbachius: ⁸ Jablonskii non animadvertisse videtur vim
 nominis *ἰσχυρῶν*. Hi sunt, qui alibi veniunt habitatum apud
 veteres cives ac possessores alicujus regionis vel urbis, æcolæ,
 icolæ, inquilini. Ita Theophrastus tradidit Athenienses fuisse
 Σάτταρον ἰσχυρῶν. Vim nominis sæpe ignoratam explicem in
 Animadv. ad Postarchi Mor. p. 234. k. Sed hæc paræ Commem-
 natorum nondum edita est.

⁴ De Dea Syria, t. ii. p. 437. 449. ed. Hemsterh.
⁵ Cf. l. i. Opusc. Jablonsk. p. 105, 107. — Quamvis vehementer
 dubitem, an notatio nominis Lycaonia eorum placere queat,
 ubi tamen eam, ad auctoris exemplum non adscribam, ut argueret,
 et id eam nomen, quæ veritate de vestigiis ling. Ægypt. in Ly-
 caonia Jablonskio ita arripit, ut ad calcem exempli sui adderet:
⁶ Non dubito, face plerisque, qui hæc conjecturam meam in-

ceptam et ab omni veri specie remotam esse existimari sicut, qui-
 busque ite constat cum constu Goropii Becani, qui omnia ad
 ling. Belgic. detorqueere nitentur, comparandum esse videbitur.
 Neque ego argumenta tanti ponderis esse iudico, ut opiniosem,
 aut haroloticoem potiss, ab omnibus obstrictissimam talem alit
 præstetura. Vobis tantum, quid ex de te aliquando nulli vium
 fuerit, memorie mandare, iudicium ceteris quæ liberam permissura
 perquam libenti animo. ⁷ Reperit deinde, qui supra dixerat
 de origine nominum propriorum Derbe, Lycaonia, et Iconium,
 quæ ex ling. Ægypt. exsuscitantur opinatur. Tandem concludit:
⁸ Itaque alicujus periphrasem esse dicit, inque rem eam non
 indignam porro inquirendam, præsertim cum de colous Ægyptio-
 rum in Asia eorum, uti p. 13. [c. 6. hujus Disquisitionis]
 pluribus adstruat.

suum genus humanum barbariam divisurus ita partiatur, ut multi facere hic solent, qui Græcos velut unum quendam gentem ab omnibus aliis segregant, reliquas vero gentes omnes atque singulas, quantum numero sunt infundit, et nullam aut regionem aut linguam communionem habeant, uno nomine Barbaros dicunt, et propterea quoque unam gentem esse affirmant.² Comparari possunt Strabo L. i. p. 45. [66.] et Clemens Alex. p. 338, 339. [Strom. L. i. p. 364.] Ex Philone idem docet Salmasius in ossilio Ling. Hellen. p. 354. Atque hoc sensu ne Romanos quidem, gentem cultissimam, Græci excipiebant: quod vel ex Plauto apparet, in Asin. Prol. v. 10.

Dicam; huic nomen Græce est Onagos fabule, Demophilus scripsit, Marcus vertit Barbare.

Barbare, id est, Latine.* Pyrrhus quoque Romanos appellavit Barbaros. V. Plutarch. in Flamin. p. 371. et in vita Pyrrhi p. 398. A. Pariter Aristoteles Romanos pro Barbaris habuisse videtur in libro, quem citat Varro L. vi. de L. L. p. 78. Non alio sensu Romani vocantur Barbarorum in Oraculis Sibyll., L. i. prope finem p. 191. ed. Paris. [187. ed. Gallav.] Heraclides tamen Ponticus, apud Plutarchum in vita Camilli p. 254. ed. Steph., Romanos agnoscit pro Græcis, a quo disancire alios vidimus. Cf. Strabo L. c. Atque hinc factum est, ut alias gentes Græci vocare solerent Elingues, sine ulla lingua viventis, quia nempe Gr. sermone non utebantur. Hesy chius sit, Ἀρῶντες Βάρβαροι καὶ εὐρωπῆοι, Elingues, sive lingua carentes, dicuntur tum Barbari, tum taciturni. Eapropter Ἀρῶντες et Ἑλλῆς opponuntur a Sophocle in Trachin. x. 1077: ubi vox prior a Schol. exponitur κακῶρῶντες, βάρβαροι, ἢ ἀλλόγλωσσοι. Quem Poeta locum citans Cicero L. ii. Tuscul. Quest. c. i. [8.] vocem Ἑλλῶντες Lat. interpretatur barbaram immanitatem. Attamen Græcos aliquid discriminis posse inter Barbaros nec eodem loco habuisse, patet ex Demosth. Orat. in Philipp. tert. p. 107. [vol. I. p. 119. ed. Reisk.] Unde quosdam vocantur nomine τῶν γένων Βάρβαρων, ut docet Strabo L. xi. p. 358. [790.], et Varro, agens de vocabulis Punic., Gallic. et Ægypt. Idcirco Euripides Illyrica apud Plutarch. de Educat. Liber. p. 74. ed. Steph. vocatur τριβάρβαρος. Barbaros autem dividebant Græci in Europæos et Asianos. Scribit Ælianus V. H. L. viii. c. 6., Ἐπιμύρον αἰσχροῦτον εἶναι πάντες: εἰ τὴν Ἐρώπων αἰσχροῦτον Βάρβαρος, ἡρώπων γλωσσῶν οἱ δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, οἱ λέγον, ἑρῶτων αὐτοῖς μάλλον. Turpissimum et invidiosum dedecus putantur Barbari in Europa habitantes, iteris uti, Asiai vero, ut fama est, magis his uti sunt. Inter Europæos Barbaros non tantum Thracæ et Scythas præcipue ponebant, sed etiam Gallos sive Celts, quo nomine Germani quoque sæpe veniunt. Lucianus in Pseudol. p. 591. ed. Salmr. [t. iii. p. 171.], Νῆ δὲ, οἱ γὰρ ἐν τῷ Ἑλλάδων Ἴον, ἀλλὰ πάντες ἰσχυροτάτους αὐτοῖς ἀπὸ τῆς πρὸς Κελτοῦ, ἢ Θρακίαν, ἢ Σκύθας, ἐπιμύζεις, Non enim, per Jovem, Græcorum propria erat vox, sed aliunde ex Cæltorum, aut Thracum, aut Scytharum commixtione insolenter se insinavit. Idem in Jove Tragedo p. 197. [t. ii. p. 650.], ὄφρα πᾶντες τὴν Ἑλλάδα συνήκον: ἡγὰρ δὲ ἐὶ πᾶσι γλωσσῶς εἶμι, ἀπὸ τῆς Σκύθας καὶ Περσίας καὶ Θρακίας καὶ Κελτοῦ συνήκοντες καὶ ἡρώπων, Non omnes Græcorum linguam intelligunt; ego vero varias linguas non calleo, ut et Scythi et Pærsis et Thracibus et Celtis ea, quæ intelligunt, possim prædicare. Eisdem ita conjungit Aristot. L. vii. Polit. c. 3. et alii. Barbaros vero Asianos nuncupabant omnes Asiae populos præter Græcos, qui illic degerebant, ut patet e Curtio L. vi. c. 3. §. 3., omnium vero maxime et sæpissime gentes Asiae minoris et Persas, quod ex frequenti cum illis commercio cum moribus totum linguam eorum optime nosset. Quod quidem demonstrare facile possem, nisi res esset tritissima et nemini ignota.

§ 5. Idem aliis argumentis confirmatur.

Hæc tam sunt aperta, ut inter eruditus nemo inventus sit, qui ea in dubium vocaret.* Aliam vero rationem invenerunt viri eruditi, quæ probant, linguas illas, quamvis ab omnibus scriptoribus Barbare dicantur, tamen esse Græcas. Sunt enim, qui nobis persuadere velint, postremis præcipue temporibus eas quoque Barbaros dictos, qui, quamvis Gr. loquerentur, non tamen puram et illibatam sermonis Gr. castitatem servarent; sed eam barbaris vocibus et locutionibus conspurcarent. Nolo jam disputare de peculiari quodam lingua vocis ejusdemque generis vocabulorum usu.³ Certum vero est, apud plurimos scriptores et in communium usu, præsertim cum de tota gentis sermo est, hæc vocem ita accipi, quemadmodum eam §. 4. explicui. Qui Barbari vocantur, illi ab usa ling. Gr. plane alieni sunt.⁴ Non enim videmus, eos, qui multum a communi Græcorum sermone discedebant, citamini essent ἀρῶντες γλωσσῶν, quod de Eurytanibus, Ætolide populo, affirmat Theocyd. L. iii. [c. 94.] p. 85. ed. Hervag, unquam appellari Barbaros, ex. gr. Rhodios aut Cretas, isto nomine non dictos, quamvis vel ex solo Hesychio pateat, longius eos abesse a puritate ling. Gr., atque Cicero ipse eisdem a Græcis discernat loco sup. §. 2. citato. Alia ratio Macedonum visa multis fuit, et de illis disputatum, sinitne pro Græcis, an vero pro Barbaris a prima inde ipsorum origine habendi. Quæ res cum in controversiam veniret, ita judicatum est, pertinere eos ad Græcos, qui origine Argivi fuerint. Refertur huc locus Herodoti L. v. c. 22. qui narrat, Alexandrum, Amyntæ filium, adisse ad ægonem Olympicum, sed æmulos in cursu Græcos cum arceri voluisse, negantes id esse certamen Barbarorum, sed Græcorum; cum autem se probasset Argivum, Alexandrum tunc Græcum esse judicatum. Qui tamen Herodoti locus quomodo sit accipiendus, didici a Viro quodam doctissimo.⁵ Is cum mihi ostendit, non agi hic de ipsis Macedonibus, sed de regia Macedonum stirpe, cujus auctores, Caranus et Perdicas, longa serie ex Argivorum Principibus suum genus ducebant. Non igitur de lingua hic agitur, sed de progene Regum Macedonia;

* Supra dictis pauca adjungam. Grammatici Gr. βαρβάρους et βαρβάρους dicunt perversum, incommodum regulæque repugnantem unum linguam Gr. V. Sext. Empir. p. 260, 261. ubi notat Fabricii, Dion. Laert. l. vii. §. 59. et ad eam locum observationes Menagii. Non bene Gr. loquentes dicuntur βαρβάρους ap. Lucian. in Somnio p. 6. [t. i. p. 123.] Usus peregrinorum vocabulorum est βαρβάρους Aristoteli de Poet. c. xxxii. ubi comæ Dæcorum. Cyprios Barbaris accenset Lucianus in Revivise. p. 396. [t. i. p. 523.], et tamen Hieronymus Sophista apud Plutonium ait, p. 606. ἢ ἢ Κίπριος οὐδὲ μαρῶν. ἢ ἢ τῶν γλῶσσων ἀκρίβει; Ἐλαῖον, atque significat, incerta sive creta Cypri insula, sic enim videtur hic et passim qui debet, accurate accipere Gr. locutus esse.

² Hinc apud Platonem in Eliade, p. 176. [c. xxvii. p. 442.] τῶν βαρβάρων καὶ οὐρανῶν; ἢ οὐρανῶν, et apud Sext. Empir., c. 24. ἢ οὐρανῶν καὶ βαρβάρων ὀνόματι ἢ οὐρανῶν βαρβάρων καὶ οὐρανῶν; Ἐλαῖον, l. iii. Hypotyp. c. xxx. Cf. idem adversus Grammaticos c. vii. p. 20, 21. et adversus Mathematicos p. 339. Junge Platonem in Theaeteto p. 77. ed. Basil.

³ Est i Alphonso des Vignoles, cujus Chronologia Hist. Sacr. et Historico-ætiologia, edita Berolini a. 1738. aut omnem ferret citata, aut liber recentior saltes.

* Landst. hinc Plauti locum Festo de V. S. p. 46. ut ostendat, Barbare dictas esse scripturas omnes gentes exceptas Græcos. Alia cumulatim Wetstenius ad verba Pauli Apostoli Rom. l. 15. ² In ed. a. 1611. p. 1151. In Gr. textu nihil mutandum. Veram loci mentem accuset esse Jablonskian. Non obscurit Wetsteniorum in nova recensione Etelegarum et Declarationum

Hieron. p. 200, 201. Cyprii et Barbari, habita ratione linguæ, a Luciano alibi ammutantur, factus id videtur ex usu quorundam vocabulorum peregrinorum, quæ ex Hesycho, Etymol. auctore et aliunde diligenter collegit Menagius in Cyprio, l. iii. c. 25. l. iii. Opp. p. 666, 668. et alibi. Cf. not. ad Hesycho. v. Ἐλαῖον.

Auctor est Philippus, rerum Caricarum scriptor vetustus, apud Strabonem, L. xiv. p. 455. [977.], Caree multa vocabula Gr. sua lingue admississe.² Cujus rei hanc causam affert Strabo, quod Caree per totam Græciam stipendia³ mererint, atque cum Græcis multum commercii habuerint. Quosdi itaque Carum lingua a Græcis quædam accepit, non potest, quum plane diversa fuerit. Etiam illud notandum est, quod Strabo addit, reliquos Barbaros, quando ad Gr. ling. usum introducuntur, non posse perire vocabula exprimere, quia nihil illis cum Græcis commercii intercedit. Quæcumque enim regiones etiam a Græcis habitabantur, illæ accensebantur Græciæ. Vide Is. Vossium in Melan, p. 174. Hinc non sua Græciæ, sed plures memorantur ab Hædoro L. vii. Æth. p. 334. Qui igitur Barbari dicebantur, a Græcis plane alieni erant.⁴

Non parum etiam in hac litte dijudicanda juvare non potest scriptor magni pretii, Erythorus, Isocrati discipulus et Theopompæ æqualis, quem ab ingenio et facundia Tullius, a peritâ Polybius, viri uterque in suo genere laudatissimi, vehementer commendat. Is igitur, teste Strabone, L. xiv. p. 466. [976.] totius Asiæ minoris gentes trifariam divisit, in γῆς Ἑλληνικῆς et Βάρβαρης χωρὶς τῶν μὲγάλων. Quo loco scriptor peritissimus μὲγάλων, convenas, gentes commixtas, origine partim Gr., partim Barbaras, ab his discrete discernit, quæ in totum vel Barbare essent, vel Gr. Eisi vero Strabo, p. 467. μὲγάλων non agnoscit, argumento tamen nihil nihil decedit. Erythorus dixit μὲγάλων Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων, qui ex utrisque commixti sunt, uti Ἰσκαί, Ἰσθμοὶ καὶ Νεράϊων μὲγάλων ap. Plutarch. in Marc. p. 304. A. Nec alio sensu meminit idem Strabo, L. xii. p. 368. [807.] μὲτὰ τὴν πόλιν μὲν Ἑλλήνων εἶ τε Ἀσίων καὶ Ἰωνῶν, τῶν δὲ Ἑλλάνων Κρήσι τε καὶ Ἀσίᾳ, ἐν δὲ τῇ μεσηγίᾳ Λαοί. Conf. Plinius L. vi. c. 2. et Harduini Nummi antiqui illustrati, p. 213, 214. Ejuſmodi homines μεσσηγάρων vocabantur et ἡμισσηγάρων. Medæe liberos aenebat Corinthii μεσσηγάρων, quæ ex Jasque Gr. et Medæa Barbara nati erant. V. Schol. ad Pindari xiii. Olymp. p. 117. Plutarchum in Crasso p. 561, C., et Hesyeh. in v. Μεσσηγάρων. ἡμισσηγάρων qui sunt, bene explicat Demetrius Scæpius apud Strabonem L. xiv. p. 420. [998.] Adde Plutarchum de virtutibus mulierum p. 247. A.

§ 6. De ortu et progressu linguarum apud gentes Asiæ minoris.

Sic vidimus, non Gr. fuisse harum gentium sermonem, sed plane diversum et peculiarem. Verum qualis tandem fuit, aut unde natus est? Vere dixit Cicero de N. D. l. i. c. 20. 'Omnibus fere in rebus, quod non sit citius, quam quid sit, dixerim.' Id quam difficile sit in hac re, norunt ii, qui accuratius in istas res, involvitur utquam in animam indoxere. Etenim in tota antiquitate nihil tam obscurum tantisque tenebris involvitur esse, quam sunt origines linguarum imprimis Barbaricarum, quod omnes facile intelligunt. Linguam Cappadoc. initio hand multum ab Assyria veteri diversam fuisse dicemus, ubi ad definiendam hanc linguam ventum fuerit. De reliquis, velut de Phrygia, Lydia et aliis linguis quid dicendum sit, multo magis hæreo. Origo quippe earum plane est obscura, quamvis corruptio et mutatio aperiatur sic ad facilius investiganda. De Coloua Græcorum nihil attingit dicere, cum illa in ora maritima persisterit, neque nisi sero in regiones mediterraneas penetraverit. Hinc a Xenoph. in Cyrop. p. 111. [vu. 4, 3.] memoratur ut Ἑλλήνων εἰ ἐν θάλασσῃ εὐκρίστῃ. Quosdi tamen iste Græcorum migrationes alicui harum linguarum mutationem intulerit, ea potissimum fuit propter viciniam Carie, de qua non tantum Philippus ap. Strabonem, l. xiv. p. 455. [977.] testatur, ut in præcedentibus monui, hinc linguæ multas voces Gr. admixtas fuisse, sed alii etiam id sæpius confirmant, Hesyeh., Eustath., Auctor Etymol. M., plures. Mansit tamen peculiaris lingua, quemadmodum Lat., quæ quamvis innumeris vocibus Gr. abundet, et præterea origine ferme Gr. sit, tamen Gr. dialectus dici nequit, sed lingua diversa et peculiaris manet. Igitur, ut tacens ipsa temporis diuturnitate et sæculorum decursu multa innovari, primam forte mutationem insignem in linguas suis perperæ dici possint hinc gentes ab Ægyptiis, qui, ducæ Sesostri, sive Sesosi, vel etiam Sesonchos,⁵ cum aliis regionibus, tum has quoque subjugarunt. Refert Herod. l. ii. c. 106. se istius expeditionis quedam monumenta in Palestina et Ionia oculis unparasse, viros nunc petris incisus cum aliqua inscriptione Ægypt., cujus hic fuerit sensus: Hanc regionem ego humeris meis obtinui.⁶ Similis monumenti ab hoc Sesosio in Thracia erecti, inscriptique literis sacris Ægyptiorum, meminit etiam Diodorus Sic. l. i. p. 51. [c. 55.] Ex ista Sesosii expeditione, cujus Strabo sæpius facit mentionem, ⁷superfuisse Colchos, gentem Ægyptiam, fuit traditio. V. Valerium Flaccum, l. v. Arg. v. 419, et seqq., Agatham, l. ii. p. 31. Si quis plura de hoc Sesosio nosse cupiat, in adeat doctissimum Angli Marsham Canonem Chronicum, ubi multa memoratur dignissima annotavit vir egregius. Est et altera Ægyptiorum in Asiæ expeditio, auspiciis Rhamsis suscepta, de qua Tacitus, l. ii. Annal. c. 60. scribit: 'Mox vitæ veterum Thebarum magna vestigia, et manebant structis molibus literæ Ægypti, priorem opulentiam complexæ; iussibusque et senioribus Sacerdotum patrio sermone (patrium sermonem) interpretari, referebat, habitasse quondam septuaginta [septingenta] millia ætate militari, atque eo cum exercitu Regem Rhamsen Libyæ, Æthiopiæ, Mediæque et Persis et Bactriam et Scythia potium, quasque terras Syri Armeniæque et contigui Cappadoces colunt, inde Bithynum, hinc Lycium ad mare imperio tenuisse.' Quis ille Rhamses fuerit, a viro eruditiss. disceptatur. Rhamsinites, de quo Herod. l. i. c. 121. hic locum habere vix potest, quod tamen volebat Marsham in Canone Chron. p. 410. Namque Herodotus, qui de thesauris et avaritia ipsius tam multa nobis predicavit, nobilissimam historiae istius regis partem, expeditionem illam

¹ De Caribus enim primis stipendia merentibus, et sicris ab Atheniensibus contentim habitis, videatur Tacitus in Lycopel. p. 92.² Etiam hoc referendæ Treasonorum colonis. V. Pausan. in Corinth. p. 73. [162, 163.], Vitruvium, p. 60.

³ Tertullianus tamen Barbaris Græciæ commerciorum. Pato cum loci de regionibus Barbaris a Græcis quoque habitatis et excolitis. Scribit illa in libro de velandis virginibus, ubi. ⁴ Per Græciam et quosdam Barbaros eius, plures Ecclesiæ virginis suæ absentant. Integretatur Priotius nomen Barbarus de Græciæ quosdamque arboribus vel regionibus. Bisigita⁵ intelligit regionis quosdam extra Græciam, seu appositas Græciæ, quibuscum fuit negotium vel bellum Græcorum. Intelligit Macedoniam et Thraciam.

⁶ Diversimode nomen scribitur. Σέσωστρι est vulgissimum. Σέσωσι habet Diodorus Sic. l. i. p. 51. [c. 55. ubi conferuntur notæ Stephani, Rhodoniam et Cl. Wesselingii.] Σέσωστρο, invenitur in Scholia ad Apoll. Rhod. [iv. 273, 276.] et alibi.

⁷ Obiter moneo, hoc hoc Herodoti loco recte a Gronovio in Diatribæ ad Statum, c. 27. vindicata fuisse verba Claudiani de Bello Gild. v. 114.

Aut ego, qui terras humeris pontemque subepi,

Deseror.

Non opus itaque est, et illic pro humeris legatur vel juvenis, vel numerus, vel armis, licet Σέσωσι in Herod. et humeris apud Claud. recte accipiatur de armis, respectu nempe ad morem gerendorum armorum. Cicero ait Verrin. vi. c. 34. 'Sagittæ pendebant ab humero,' ad Virg. Æn. ii. v. 844. ⁸ nostras humore gnosse phœnicias.

¹ L. ii. p. 42. [106.], l. xvi. p. 329. [1114.], l. xvii. p. 343. [1130.]

² Ad v. 1384. ubi notavit Meursius. Auctor Etymol. M. v. Κρησι, Ἰσθμοὶ γὰρ Κρήσι Ἰσθαμῶν τῶν μὲγάλων, καὶ Ἰσθμῶν τῶν ἀσσηγάρων.

³ Hic ascenditur Septent. in Indice Lat. Tertull.

⁴ Legum Hesyehii, etia diligenter quæsitum, non inveniri. Ipsa voce μεσσηγάρων; utitur Lucianus in Jove Tragedo, §. 27. t. ii.

p. 673. Talis dicitur ἡμισσηγάρων ab eodem de Salsatione §. 64. t. ii. p. 305. et παρῶντα a Polybio, lib. i. c. 67. ubi παρῶντα ὀνομαζομένην Hispaniam, Galliam, Liguriam, Bæotiam et Africam, in Etologia Diodori Sic. t. ii. p. 309. eadem inventas, sed μεσσηγάρων ἄδωδω in Latina interpretatione dicuntur servi altera parvitate Græci. Recte enim a secus, non dicam.

insignem, omittre non potuisset. Ex silentio talis ac tanti Historici, quantus Herodotus fuit, non immerito colligitur, Rhamsen distinguere oportere a Rhampsinto. Lapsus ad Taciti Annal. p. 116. profert Rhamsen aliqueum, quo regnante Troja capta sit, fide Plinii, l. xxvi. c. 8. Legimus tamen apud Ammianum Marcell. l. xvii. [c. 4.] p. 126. obeliscum illum egyptium, quem ex Ægypto Romam allatum transtulit Hermapion, dedicatum fuisse eundem Rhamses, atque is ab altera obelisci parte in verso secundo appellatur *Ἐρμῆσι*; *ἰσχυροῦσι*, dominus orbis terrarum. Valesius in notis etiam Taciti meminit, et alium præterea locum ex Eusebio adducit. Existimat autem vir ille eruditus, Sesostrin et Rhamsen unum eundemque fuisse; quam sententiam quondam lubens in medio relinquebam, sed nunc omni procul dubio verissimam iudico, præseunte Perizonio in Orig. Ægypt. c. 17. qui consulatur.

Expeditionibus Ægyptiorum accenseri et illa meretur, qua Cresus adversus Cyrum Ægyptii auxilium tulerunt, præcipue cum Cyrus ipsis devictus, et sese tradentibus, urbes in Asia habitandas concesserit, narrante Xenoph. Cyrop. p. 106. [l. 1. 4.] Mirum igitur non est, vestigia Ægyptiorum hinc inde in Asia¹ supersesse. Ex Periplo Ponti Euxini, p. 7. edit. Hudsoni novimus, in Ponto esse fluvium, cui nomen Isis, quod aperte Ægypt. est.

Post Ægyptios Asiam irruptionibus barbararum Scytharum. Namque illi, ut ait Justin. l. ii. c. 3. ter imperium Asiam quaesiverunt. Tempore Sesostris in Pontum usque excessit, quod docet Justin. l. i. c. 1. Hæc prima irruptio fuit. Secunda Asia debellatio videtur contigisse dæce Indathysus. In eam, debellatis multis Asia gentibus, in Ægyptum² usque penetravit, uti ex Megasthene in Indici perhibet Arrianus, p. 318. Verum dubitare quis possit, an non Megasthenes aus Tanai, aut vero Madya, qui ultimus Ægyptum adortus est, ut videbimus, expeditionem dicere voluerit. Meminit et hujus Indathysi Strabo, l. x. p. 472. [1007.] ex Megasthene, qui forsitan hunc cum Tanso pro uno eodemque habuit. Id enim videtur verba Strabonis indicare. V. et Hornium in Orig. Americ. p. 146. 7. Quicquid est, illud saltem scimus, Indathysum istum a Megasthene memoratum non esse eum, quocum Darius bella gessit, quique ab Herodoto [iv. 75. ubi nunc *Ἰσθμῶρος*] et Plutarcho in Apophis. [p. 174. E. *] Indathysus, a Ctesia vero apud Photium, p. 56. [116.] *Συθῶνος* appellatur.³ Hæc enim nec multas Asia gentes subiegit, nec Ægyptum adit. Tertium Scythia Asiam sibi subiecerunt ductu Madya regis, atque Ægyptum quoque occupaturi fuerant, nisi Panmethicus numeribus eos placasset. Quo tempore octo supra viginti annos imperium tenuere, ejecti tandem et necati jussu Cynaxas Medii, qui pater Astyagis fuit. V. Herod. l. i. c. 105, 106. et l. iv. c. 1. Tertium hæc expeditionem Scythicam verbis disertis commemorat Justinus, l. ii. c. 5. Verum hæc ex Herodoto apud Justinum eo in loco pro octo, ut hactenus editum semper fuit, quod sciam, legendum esse viginti et octo. Nempe Commentatores non attendunt, loqui Justinum eo loco de expeditione Madya. Huc quoque pertinent, que de Amazonibus relata legimus, eas Pontum occupasse, atque civitates celeberrimas condidisse, Myrinnam, Ephesum aliosque, postea occupatas a Grecis, sed qui, ut fidem facerent posteris, has urbes a se conditas esse, ipsam Amazonum historiam omnem dubiam fecerunt et suspectam. Hinc scribit Strabo, l. xi. p. 504. [770.]; peculiare aliquid narrationi de Amazonibus accidisse: relique enim fabulas a vera historia separatas habent; historia veritatem requirit, sive prisca ea, sive nova sit, monstrata aut nulla admittit, aut raro. De Amazonibus vero eadem et nunc et antiquitas traduntur, *ἡγεμονία δ' ὅρα καὶ ἐπιτοκία πρὸς τὴν, prodigiosa quidem et a fide procul remota.* Ita Strabo et non pauci alii, sed dissentientibus scriptoribus compluribus, tam veteribus, quam recentioribus. Conferatur Freinshemius ad Curtii l. vi. c. 5. cuius mihi placet sententia, rem hæc haud omnino ex vano haustam fuisse, sed Græcula vanitate in miraculum corruptam. Amazones vero Scytharum et Thracum sermone usas fuisse, non origo tantum Scythica declarat, sed etiam concepta verbis testatur erodius Apoll. Rhod. Scholiastes in l. ii. v. 948. *Ἐστὶ δὲ ἐν πόλεωσι Σαλαπῆσι λέγονται παρὰ Ἑλλήνων, ἃ διαλέκτῳ ἑχόντων καὶ Ἀρβύλων, Quoniam vero bibaces sive ebriosi a Thracibus Sanape appellatur, qua lingua vel dialecto etiam Amazones utuntur. Scythias hæc vocem tribuit Herasycho, cuius locum corruptissimum, in quo quondam lectum fuit *Σαλαπῆσι τῆς ἐπιτοκίας, Σαλαπῆσι*, ex Scholiaste Apollonii restituerunt ill. Jos. Scaliger et Is. Vossius ad Justinum, l. ii. c. 4. 17. legentes, *Σαλαπῆσι τῆς ἐπιτοκίας* vel *ἐπιτοκίας, Σαλαπῆσι*. Sanape Scythas dicunt vinosam mulierem. Adversatur quidem his Herodotus, atque ait, Scythas linguam Amazonum addidisse, cum hæc illorum sermonem discere non potuissent, l. ii. c. 1. 4.; verum tamen ex ipsa Herodoti historia convenientiam lingue Amazonum cum Thracica adstruere possem, nisi prolixam id foret. Tandem etiam hæc faciunt Scytharum colonias, que non paucæ in Ponto extiterunt, ut ex Scholiaste Apollonii in l. ii. passim perspicitur. Hinc factum esse, ut multe voces Scythicae in linguas Asiaticas derivarentur, nemo est, qui non videat, cum quotidie similia contingere discamus. Hispanorum lingua, quia jugum Maurorum diu passi sunt, quartam ferme partem voces Arabicas admixtas habet, ut in Lünarario Hispaniæ observat Zeilerus. Idem in Anglia et alibi quoque usa venisse, omnes norunt.*

Scythiis Asia pulsus, imperium ad se rapuerunt Persæ, qui cum vidisset locorum homines Persas constituerent Satrapas aliosque Prefectos, non potuit fieri, qui multa ex Persarum lingua adsicerentur, et i mandata regis Persarum cujuscumque populi lingua patria conscriberantur, ut novimus e libro Estheræ, c. 1. c. 22. Et quomodo alie gentes hoc vitare poterint, cum ne Græci quidem ita lingue sua puritatem conservant, ut a Persis nonnulla acciperint, quod Athenæus queritur, l. iii. p. 122. [471.]; uti a Thracibus aliosque gentibus Barbaris. V. Philostr. in vita Sophist. p. 553, imprimis Plato in Cratylo, p. 57. Neque ipsa Romanorum lingua permansit immunis vocum peregrinarum. Etenim ex Persarum lingua sunt, *Gaz*,

¹ Non plane de illis erit hoc observare. Si autem in aliqua lingua Asia, remanserunt vestigia quondam Ægyptiorum, id omnino de ling. Lycaon. dicendum videtur, uti in superioribus monui.

² Fortasse etiam in India, et verba scribit Philostratus, l. iii. p. 126. [c. 20.] de Scythiis, irruptionem superato Caucasu tentantibus, sed a Gange rege India repulsi.

³ Justinus cum vocat Janeyrum, l. ii. c. 5., alii aliter, ut docent viri docti ad istum locum.

⁴ Legendum forte in *ἐπιτοκίας*. Nam de feminis sermo est, et sic Hesychio *τῆς ἐπιτοκίας*. Accedit Pollux, l. vi. c. 3. p. 373. [sign. 23.] scribens, *ἢ τῆς ἐπιτοκίας καὶ ἐπιτοκίας, ἢ τῆς ἐπιτοκίας ἐπὶ ἐπιτοκίας*.

⁵ Non multum *Σαλαπῆσι*, ablata nempe terminatione Græcæ, abluendi a sermone Ægyptiorum, quibus *ἑπιτοκία* dicitur **CE** vel **COHHPH**, Ps. lxx. 21. A. Thracibus autem vinum appellatum fuit *Σαλαπῆσι*, docente Hesychio in voce, vel *Σαλαπῆσι*, quod est in Pottii Lex. MS., cuius usum mihi pertransmitter concessit Cl. la Croze.

⁶ Ubi scribitur *Ἰσθμῶρος*, et plura de homine et nominis varietate notavit Cl. Wyttenebach.

⁷ Recte tamen id observavit Bongarsius, Varesius, alii, sed contra consensum librorum scriptorum omnium in ipso contextu nil mutandum censuerunt. Quæ quidem notanda a plerisque in Arte Critica principibus viris sæpe laudata est.

⁸ Conjectura hæc minus probabilis videtur. In ea Scholiorum parte tantum fit mentio dialecti Amazonum, sed additur deinde *ἢ ἐπὶ πόλεωσι*, *ἢ ἐπὶ πόλεωσι*. Neque hic necesse, ut scribitur *ἢ ἐπιτοκίας*. Sed consulantur Gravins ad Lucian. t. iii. p. 562, 563, Boz et Oudendorpius ad Th. M. p. 602, Pieronius in Maridem, p. 220, 261.

Parasarge, Copis, et alia multa, quae viri docti dudum animadvertent, in primis Relandus in Dissert. Misc. n.° viii. Devictis Persis et summam rerum tenentibus Graecis, non modo multa Graeca Barbaris linguis sese invalescerent, sed etiam in Oriente sermo Gr. invalescere cepit, sic tamen ut patria lingua conservaretur, unde apud plurimas gentes non una, sed plures Dialecti obtinuerunt. De Cypriatibus Strabo memorie prodidit, l. xiii. in fine [p. 936.], eos quatuor linguis usos fuisse, Pisidarum, Solymorum, Graecorum, et Lydorum; quae postrema lingua patriis illis fuit; nam Lydos genere fuisse Strabo ibidem docet. Sic Galatae etiam duas linguis usurpabant, quod testatur Hieronymus in Proemio, l. ii. Comment. in Epist. ad Galatas, ubi ait: 'Galatas excepto sermone Gr., quo omnis Oriens loquitur, propriam linguam eandem pene habere, quam Treviros, nec refero, si aliqua exinde mutaverint, cum et Afri Phoenicum linguam nonnulla ex parte mutaverint, et ipsa Latinitas regionibus quotidie mutetur et tempore.' De quo loco plura disserit Elias Schedius de Diis German. p. 12. Idem quoque in Lycæon. ling. usu venit. Etenim Lycæones audiebant Apostolos evangelium predicantes lingua Gr., eamque intelligebant; sed tamen etiam data occasione sua propria lingua, *Λοκαονικῆ*, loquebantur. Ex his manifestum est, quales illae fuerint linguae, ut non alia re dixerit Hesych., *ποικιλῆται ἢ Βαρβάρων γαῖα*, permixta et confusa est Barbarorum lingua. In primis id verum est in his gentibus, quae tot mutationibus obnoxiae fuere. Atque idem omnibus gentibus, quae rudes sunt et mitissime politae, frequenter accidit. Etenim cum illa multis rebus destituatur, quae aliis sunt cognitae et perspectae, tandem cum res eas ipsas discunt, earum etiam nomina retinent, a quibus acceptunt. Unde non mirum videri debet, quod in his gentibus multa sint Gr., cum a Graecis multa acceperint didicerintque.

§ 7. De Lingua Phrygia. Eam non fuisse Gr. Dialectum, contra Th. Ryckium ostenditur.

Restat, ut de unaquaque harum linguarum sigillatim quaedam delibemus, quo intelligamus, qua ratione a se invicem distulerint, atque tum consideratis quibusdam vocibus, hinc inde in vetustis monumentis adhuc residuis, aliquod iudicium de re tam obscura feramus.

Prima se nobis offert Phrygia lingua, tum quod in illa ora haec regio prima sit, tum quod etiam nuper admodum vir doctiss. Theod. Ryckius eam Graecam esse probare voluerit.* Ait itaque vir acutissimus in erudita Diatribe de primis Italiae Colonis et Aenae adventu, c. xii. n. 44 et 50. [p. 465, 466.]: 'Cum tamen certo certius sit, linguam Phrygiam linguam Gr. fuisse propinquam sive dialectum; linguam Phrygiam non fuisse diversam a Gr. nisi dialecto, non uno loco ex Dionysio potest colligi.' In quo illud miror, virum eruditissimum pro una re habere, quae tamen inter se differunt. Aliud propago est linguae, aliud Dialectus. Potest namque lingua ab alia, cuius est propago, tam procul abire, ut pro ejus dialecto amplius haberi non possit.† Exemplo sit lingua Latina, quae, ut dixerat ipse Ryckius n. 45., magnam partem fuit Gr. originis. Quin si credimus Jubae apud Plutarchum in Rom. p. 26. primam linguam Gr. pura Roma^o obtinuit, *ἡμῶν γένεσι τοῖς Ἑλλησιν ἐδιδάχθη τῶν Ἰταλικῶν ἱερογλυφῶν*, nonnullum id temporis Gr. verbum cum Italicis confusis. Adde eundem in Numa, p. 64. τῶν Ἑλλησιν ἐδιδάχθη τῶν μάλλον ἢ τῶν τῶν Ἀσσυρίων ἀναλογισμῶν, et in Marcello, p. 312. B. Jubae iudicium confirmatur etiam auctoritate Heraclidis Pontici, qui apud Plutarchum in vita Camilli p. 254. Romanos esse Graecos agnoscit.‡ Sententiam tamen Jubae in universum defendere non ausim.† Fœtus certe e contrario affirmat in v. Alimento, veteres Romanos Gr. linguae non aductos fuisse. Quodquid autem est, linguam tamen Rom. cum esset in flore, quamvis propago Gr. existeret, quibus merito Dialectum Gr. dixerit? Dionysius Halic., qui omni opera animus est, ut Romanos efficeret Graecos, in fine l. i. p. 76. testatur, Romanos sermone nec prorsus Barbaro nec absolute Gr. uti, sed mixto ex utroque, accedente in plerisque ad proprietatem linguae Aëolicae. Illud certe constat, Romanos non nisi magno labore Gr. linguam didicisse, unde factum est, ut multi fuerint, qui omnino Gr. non amarent literas, quod Cæcero querunt l. ii. Acad. Quaest. c. 2.* Atque ita se res habet cum multis Europaeis linguis, quod omnes norunt. Possemus jam his contenti, quae supra disseruimus, pro certo affirmare, linguam Phrygiam non esse vel propinquam vel Dialectum ling. Gr.; verum tamen quia alii hoc contrarium disputant, et novis argumentis nostram sententiam impugnant vir eruditus, supra a me laudatus, qualia ea sint, paulo accuratius dispendendum.

Non desunt, qui Phrygas velint fuisse Graecos. Inter antiquos Justinus, scriptor haudquam semper accuratissimus, Phrygas Lydosque dixit Graecos, l. xx. c. 1.† Videtur quoque pro sententia horum eruditiorum adduci posse, quod Servius ait in 11. Georg. 394. 'Hymni Matris Deum ubique propriam, i. e. Graecam linguam requirit.' Erat autem Mater Deum origine Phrygia; quod vel iocus ille Antisthenis declarat apud Diog. Laert. l. vi. init., καὶ ἡ μῆτερ τῶν Θεῶν Φρυγία ἰστῶν, et ap. Plut. de Exilio, p. 1077, τὴν ἢ τῶν Ἀρτέμιδος — ἡμῶν τῶν θεῶν, ἢ Φρυγία εἶναι ἰστῶν ἢ μῆτερ καὶ γὰρ ἢ τῶν Θεῶν.‡ Is igitur Servii locus forte non sine aliqua veri specie obici nobis possit, praesertim si meminerimus, in Mysteris propriam et patriam linguam requiri. V. Niceph. Gregorae in Synesio de Insonia. p. 96. fin. ed. Turnebi. Quod etiam ex Philosphis Theurgicis quidam memoris prodiderunt. Ad haec vero respondeo, primum, Servium loqui de ritibus colendis Matris Deum, Graecis indeque Romanis quondam usitatis, ut patet ex tota serie rerum; quae quidem responsio tanto majora erit ponderis, ubi addidero secundo, ritus Graecorum et Barbarorum Phrygum, quibus illa Deum Mater colebatur, plane fuisse inter se diversos, quod proluxe Strabo exponit in *παρεχόμενα* sua de Curetibus, ubi ex Demosthene [sic] etiam observat, vitio verum fuisse patri Aëchinis, quod, in sacris Cybeles, Phrygiae et barbaris acclamationibus usus fuisset, p. 325. [l. x. p. 723.] Denique et hoc notandum est, Matrem Deum Graecorum et Cybelem Phrygum initio quardam habuisse inter se similia, quare unam cum altera comparavit, ut Isidem Aegyptiorum cum Cerere Graecorum, fuisse vero etiam, in quibus a se differrent. Alias certe de Cybele sua Phrygas narravit fabulas, alias Graeci de Rhœ

* Cf. Dionys. Halic. l. i. p. 23. Legatur etiam observatio Salmasii de Ling. Hellen. p. 19, 20.

† V. exemplum ap. Macrobi. l. i. Saturnal. c. 15, p. 181.

‡ Tertullianus de Testim. Animae c. mit. scribit: 'Gr. linguam et Lat. propinquam inter se haberi.' Linguam etiam Italem antiquissimam plerique tam veteres tum recentiores Graecam esse opinantur. V. Wachteri concordiam Naturae et Scripturae, in 298. et 301. not. 9.

§ Hinc etiam verba hanc Gr. a Romanis habebantur pro peregrina. V. Salmasii de L. Hellen. p. 92.

§ Penultima etiam locum Juvenalis Sat. iii. v. 62, seqq., sed praecipue locus insignis de Iulio Megalentiibus, Matris Deum dicitis, ap. Cic. de Harusp. Responsis, c. xi.

* Dissertatio haec edita est Legd. Bat. a. 1684, subnexa Halsteni notis et castigatibus in Strab. Byzant. p. 399—467.

† Testentia videtur representata nec ad usum perficiens: cysmodi item illa, p. 51 et 47. ad Europaeam linguam ducta.

‡ Nulla illic mentio Phrygiae, in ed. Gronov. a. 1760, neque eos, quod etiam, alibi Justinus dixit Graecos.

§ Quam mecum Cel. Wyttenbach. communicavit, habens et gratis adscribis observationes: * Demotricus in Orat. Pro Corona, p. 513. ed. Reiskii. Eadem adhibet, cum matris sui institutiones iactantibus operam ministrans, *ἡμῶν ἢ τῶν Θεῶν*, ad *ἡμῶν ἢ τῶν Θεῶν*, *ἡμῶν ἢ τῶν Θεῶν*. Haec Phrygia Sacra vocat Strabo, l. c.*

sua et Matre Deorum, quamquam postremis temporibus duo haec nomina in unum confusa fuisse videntur, Appuleius certe, quo nescio an alius quisquam scriptorum, qui extant, mysteria religionum et sacra gentium perspecta magis et explorata habuerit, discrimen inter duo ista nomina facit, ut colligere licet ex his verbis, l. ix. p. 221. ed. Elmenh., 'propter unicum cantharum [caliculum, in ed. Oudendorp, p. 612.], quem Deum Mater Sorori suae, Deae Syriae, hospitale manus obtulit? Illa vero Syria Dea fuit ipsa antiquissima Mater Deum Phrygia, ut inprimis ex Appuleio et Luciano, aut quocumque demum auctore libri de Dea Syria, plane constat.

Sed nunc videamus argumenta a Ryckio in medium allata. Primum id quidem ille concedit, Phryges, sive Briges, ex Thracia in Asiam trajectisse, et patriam sermonem secum advenisse, quod verissimum est, sed Thracicum linguam initio non levem cum Gr. convenientiam habuisse affirmat. Atque id colligere posse existimat, quod magna pars Graeciae a Thracibus fuerit occupata. Verum hoc argumento id, quod vult, vir doctus minime consequatur. Id quidem inde sequi potest, unam gentem ab altera accepisse nonnulla, quod etiam re ipsa contingit. Audiamus Salmasium, qui in istis rebus erat exercitissimus, in libro de Ling. Helicae, p. 403. 'Linguae, aut, Graecorum ita fuit propria ipsis et peculiaris, ut tamen multa vocabula a Phoenicibus mutuata sit, plura a Getis et Thracibus.' Ex quorum numero illa quoque videntur fuisse, quae a Phrygibus Graecos accepisse Plato testatur in Cratyl. p. 57, 61. velut *πύξ, ὄσας, κόπης* et alia. * Eadem Gr. lingua posterioris temporibus ex Latinorum sermone innumera deponitur, ut testantur Gflossariae Graecobarbara, propterea tamen diversissima lingua a Latina semper permansit. Quantum vero alioquin inter Thracic. ling. et Gr. interfuerit, ex Ovidii Tristibus et Luciano discere possumus. V. §. 4. Addatur Porphyrius de Abst. p. 196. [l. ii. §. 3.], et Dio Cassius l. ii. p. 462, 463. [p. 638.], ubi linguam Thracum opponitur Graecae, aut Ammianus Marcell. l. xxvi. p. 363. [c. 4.], qui Thraciam scribit praevis temporibus tenuisse Barbaros, morum sermonumque varietate dissimiles. Equidem non est, quod dubitem, linguam Thracicam fuisse eandem cum Scythica, aut saltem parum diversam; quod aliquando fuisse, Deo O. M. fortunante, in Scythiis Origg. ostendere si conabor. Quod vero ad Phryges sive Briges attinet, ipsum eorum nomen Thracicum est, et homines liberos significat. * Quae vox etiam in lag. Germ. extat, *frey*; unde etiam celebris Germanorum Dea Fria sive Freya nomen habet. Si qua fabulis veterum fides habenda esset, videri cupimus posset, apud Phryges huius Deae memoriam non evanuisse. Servius enim in *En. l. 1. 182.* Frigia filiae Aeopi, ita legendum est, meminit, quae nomen dederit Phrygiae. *Φρυγίας γένετες* etiam in Stephano Byz. reperitur meminit, in voce *Ἀφρύγι*. Quod paulo ante dixi, confirmat Juba vetustus auctor * ap. Hesych. in v. *Φρύγι*, *Ἰθάλα* ἢ ὅτι *Ἰθάλα γένεταί, i. e. ut in notis expositur, Ἰθαλά λέγεται τῶν Ἰθαλῶν*, Juba autem affirmat, Lydos Briga, sive Brigen, hominem liberum appellare. Confundit Juba linguam Iydorum cum Phrygia, nisi forte utraque lingua hoc, uti multa alia habuerit communia. * Pergit vir acutus acie contendit, Phryges post Dardani adventum pentus Graecissasse. Quod ne frustra dictum putare quis possit, duabus rationibus confirmare nititur. Primo ex Graecis et Varrone * docet, Dardanum fuisse Arcadem gentem, cumque cum colonis Arcadibus in Asiam transisse. Haec vero nondum certa sunt et indubia. Graeci quippe omnia sibi tribuebant, se vero ipsos *Ἀσπύθωνας* venditabant, nisi forte pauci viri sapientes non minus quam candidi nonnunquam profiterentur, quod perique negare sustinebant. Hanc ipsam quoque Dardani historiam dubiam fuisse, idem facit Servius in *En. iii. v. 104.* ubi Dardanum, inquit, Jove filius et Electra profectus de Corytho civitate Thusciae primus venit ad Trojam, et illic parva aedificia collocavit. Eadem habet ad ejusdem libri v. 107 et 170. ubi cum ex Hetruria venisse, constanter perhibet. Alii autem eum ex Molossia seu Epiro venisse tradiderunt, ut vir Cl. M. V. la Croze mihi indicavit. Erant autem Barbari

* Phryges ab initio vocabantur Briges. Est vero in Thracia vestigium illius regionis, et qua Briges in Asiam transierunt. Suidas, *Ἰθαλά*, ἢ *Ἰθαλά*, *Φρύγι*, ἢ *Ἰθαλά*, *Φρύγι*, *ἢ Ἰθαλά*, *Φρύγι*, ἢ *Ἰθαλά*. Hesychius scribit, *Φρύγι*, ἢ *Ἰθαλά*, ἢ *Ἰθαλά*. Et id confirmat Strabo l. xii. p. 530. [267.], Steph. Byz. v. *Φρύγι*, et ad istum locum Holstenius, sed et ante eos omnes Herod. l. vii. c. 73. Ex eodem Hesychii loco intelligimus, Phryges habitos fuisse pro Barbaris, quemadmodum Phrygia appellatur Barbaria. V. Tumbel l. ix. Advertisement, c. 18.

* Sententiam Ryckii de Phrygibus origine Thracibus non peti non maxime probare. Id vero ergo tolerat collector Diaril Trevulini, qui in Mense suo Martio a. 1715 sic judicat p. 540. 'Selon les lra Phrygiens (Helici Thracis, c'est ce qu'on para de la peine à lui accorder'. Atque in hac Dissertatione laudavit Ryckium, id ipsum etiam fatentem. Quae si evoluerent, sine dubio viderent, vnum cruditum esse sententiam auctoritatemque ex Herodoto l. vii. c. 73. et Strabone l. xii. p. 590. ed. Bassi., p. m. 460. [107.] Quibus testimoniis addit eundem Strabonem l. x. p. 292. [121.], l. xii. p. 379. [87.], Plinium l. v. c. ult. Steph. Byz. in v. *Ἰθαλά*, Anonymum apud Suid. in v. *Ἰθαλά*, Eustath. in Dionys. Perieg. l. 301. p. 64. Epiphanius de Haeres. p. 8. §. 5. Perinet line quoque locus Antianthes apud Diog. Laert. l. c. ubi verbis suis *ἢ Ἰθαλά τῶν Ἰθαλῶν* haec adiunguntur, *Ἰθαλά τῶν Ἰθαλῶν*, et laud obscure ad communem Phrygiam Thracicamque originem respicitur. Hinc quoque Aepos Paryx a quibusdam dicitur Thrac. Verbo, nihil in hac Dissert. dictum fuit, quod et certius sit, et majore nititur veterum auctoritate, et communi videretur auctoritate, a quibus tamen Salmasius in notis ad Steph. Byz. v. *Ἰθαλά* dissentit, aliquid confirmatur, et quod adeo innumeris testimoniis, si vero haec tantae ac nitidae probationi regem extitissent, facillime potuissent comprobare. Si quid in ideo libello voluerit carpere, carpere certe erant alia, quae ipse deinde observavi, et curis secundis nunc emendavi.

* Video etiam alios in ista sententia fuisse. Apud Saffridum Petri de Orig. Frisiorum l. c. 20. haec ex Lazi Migrat. Gentium citata invenio; * Quare nec mihi duplicem conjectura illa J. Aventini, et Phrygas Asiaticos Teutonum fuisse linguas, a libertate sic summatos, the Phrygen, qui postea ab eadem libertate, depravata pronunciatione, die Frisane appellati sunt. Incidit etiam posthac in alios, inprimis in Abeli ejusdem Historiam Monarchiarum, qui observatione mea uti sunt, quod in Abeli libro, qui tamen, dum hac scribo, ad manus non est, series rerum satis declarat.

* De Juba, Mauritaniae Rege doctissimo ejusque libris historicis fuit mentio ab Athenaeo, Plutarcho, Diono Cassio, Plinio et aliis. V. Moximus et Harpocrat. in *Ἰθαλά*, et Cel. Fabricius in Bibl. Gr. vol. ii. p. 601. vol. xiii. p. 304. (Saxii Onom. Lit. Part. l. p. 170. 178.)

* Cum his lauce conferatur, quae infra disputabo.

* Graeci veli Arcadas, veritatisimae Poeta, de quo vide Fabricii Bibl. Gr. vol. l. p. 3. Satyrus et Callistratus, quorum sententiam Ryckius verbis Dionysii Halic. exhibet, p. 464. Confer et ea, quae praecedunt apud Dionys. De Varrore res est magna dubia; ablegat nos Ryckius ad Servium in *En. iii. 170.* * Verum Varrois sententiam Servius refert ad v. 167. quod obiter monendum, et ita scribit; * Graeci et Varro Homanorum Remum, Dardanum nos ex Italia, sed de Arcadia (leg. Arcadiae vel Arcadibus) urbe Pheno originum dicunt. Graecos designat, quos Dionysius meminit. An vero Varrois mentem illic loci bene experti Servius, nihil affirmare audeat. Ex Sarmatibus profectum fuisse Dardanum, Varro haud dubie voluit. V. Macrobi. l. iii. Saturnali, c. 4. An vero ex Arcadia in venisse, indicare voluerit, de eo quaeritur. Forsitan tamen aliorum opinionem esse colligit tantum. Eundem Varrois locum respicit Servius in *En. l. 382.* Ceterum vero, venisse Dardanum in Italia, Servius, praeter locum jam citatus, testatur etiam in *En. l. 230. 384.* *En. viii. 134. 135.* *En. ix. 10.* similiter Macrobi. in Somn. Scip. l. i. c. 7. et in milium antiquarum Hellenicis apud Scholiast. ad Apoll. Rhod. l. i. v. 916. verba, *Ἰθαλά τῶν Ἰθαλῶν*. Hinc Valerius Flaccus Sarmatibus vocat Electriam, l. ii. v. 431.

Tunc tenuis Lemnos transit et Electria tellus

Thraciis arcana Sacris.

Ita ex vestigiis Codicum MSS. quos inspexi Ne. Heimsius, et in quibus legitur, transita Electria tellus, legendum conjicio. Junge Ariani testimonium ap. Eustath. in Il. 2. p. 351. Plutarchum in Camillo p. 292. ed. Steph.

* Valerianus V. Cl. ubi videlicet vox pergens, non Item *Elap.* * Vocabit his omnibus origo Gr. attribuitur a Lessep. et Scheidlo.

* Origg. hic Scythiae ad me non pervenerunt. An spernit, et ubi latent, me fugit.

in Epiro, et nominatim quidem Amphilochiā. V. Thucyd. L. ii. p. 56. [c. 68.] et Chaones, ib. et p. 64. ed. Hertzog. [c. 80.] Sed concedam, Dardanium fuisse ex Arcadia, illa tamen lingua vetustis illis temporibus prior erat Thracica, ut docet Salmastius de Ling. Hellen. Tandem Dardanium et Trojani, a Phrygiis diversi, aut non Phrygiam¹ tenuerunt, sed partem Phrygiae minoris.² Hinc Servius in Aen. iii. v. 3. Phrygia in Asia est, Ilium in Phrygia minori. V. et Strabo L. xii. [p. 591.] et Eustath. ad Dionys. Perieg. p. 121, 122. [v. 815.] Quod tandem Trojanorum imperium funditus deletum est, adeo, ut non defuerint, qui totam rem in dubium vocarent, uti Dion Chrysost. peculiaris libro³ ostendit. Ut ut id est, insignem *καταχρηστικὸν* Ryckius committit, cum Brigum in Asiam adventum faciat priorem Trojae *ἄδελφον*. Dia enim post captum Ilium illa migratio contigit, quod ex aetate Midae, ducis in hac expeditione principis, vulgo colligitur. Ex quo possit videri etiam contigisse, linguam Phrygiam antiquissimam non fuisse Thracicam, sed forte Lydiam vel Caricam, aut ex utraque illa conmixtam, postea autem Brigum adventu a lingua Thracica absorptam, aut cum illa confusam fuisse. Multis ante aetate Midam, teste Diog. Laert. L. i. c. 90. vixit Homerus, et hic tamen Phrygum meminit. Vide etiam de emigrationis tempore Eusebii Chron. Gr. p. 36. His accurate penitatis, dubitare quis possit, fuerintne forte dux Phrygum sive Brigum in Asiam migrationes, fuerintne etiam plures Midae, quod nomen in Phrygia communis fuerit? Sed id tunc non ago. Revertamur ad argumenta Ryckii. Majoris momenti videtur illa, quam deinceps afferet, ratio: nomina filiorum Priami, qui apud Apollod. extant L. iii. p. 210, 211. esse Gr., velut, *Ἐστρας*, *Ἀλκίπολος*, *Διόφροβος*, *Ἐλενος*, *Πάριμος*, *Πολύδης*, etc. Video hic nomina Gr. complura, nec tamen ad unum omnia, neque eadem plane significatione, qua Phryges usi fuerunt. *Ἐστρας* ex. gr. est vocabulum Gr., et significat clavum. V. Hesych. in v. *Ἐστρας πάσσαλον ἢ ῥομφαίον*. Fortasse sic dicuntur a retinendo, et inde etiam anchorae *Ἐστρας* *ἐλαμορῆδος* a Lycophr. v. 100. cum ejusdem originis videantur voces Gr. *Ἐστρας*, *ἔστρας* et *ἔστρας*, nisi quis malit, *ἔστρας* scribi pro *ἔστρας*, cum Scholiaste ad Il. Ω . 272. Apud Phrygos vero *Ἐστρας* idem significavit, quod apud Persas *ἄστρας*, virum prudentem. Scribit Hesych. *ἄστρας* *ὄπτις Περσῶν, ἢ Ἐστρας* *ὄπτις δὲ Φρυγῶν, ἔστρας*, ubi opus non est, ut cum Th. Gale ad Herodoti L. vi. c. 98. pro *ἔστρας* legendum existimetur *ἄστρας*. Si in medium Graeciam concesseris, multorum nominum non tam reddideris rationem, quam horum. Et tamen haec dialectica si Gr. fuit, ut volunt, immensum a communi Gr. sermone abit, ut ex iis vocibus intelligimus, quas vetusti scriptores nobis reliquis fecerunt. Quis Graecorum ovem appellavit *Μῆς*, ut Phryges, quis panem *Βίσκαυ*, quis vulpem *Οἰανῶν*, quis regem *Βαδάλυξ*, et similia, de quibus deinde dicam? Illa vero nomina Phrygum, quae Homerus et Apollodorus habent, maximam certe partem vana putanda Gr. sunt. Praeterea, sunt quaedam in his nominibus, quae scimus a Phrygiis aliter appellata esse. Apud Apollod. v. gr. p. 211. recensetur quidem *Ἰσκάας*, quod descendit a *Ἰσκά* lupus, unde etiam apud Plin. L. viii. c. 34. et Pomp. Melam. L. ii. c. 9. Lycoun est nomen ferae apud Aethiops ad genus luporum pertinens. Lupum vero Phryges *Ἰσκάς* appellaverunt, ut observat Bochartus T. i. Opp. col. 1164. in dissert. epistolari de *Ἰσκά* adventu in Italiam.⁴ Itaque hoc nomen non est ex dialecto Phrygia, etiam si Gr. sit, sed ex communi Graecorum lingua deductum. Et ita se res habet cum aliis. Aut igitur oportet hac sint mere fabulosae, aut Dardanus ejusque posterius regis stirps tantum lingua Gr. ut sint, quemadmodum apud Syros et Aegyptios contigisse videmus. Nam qui Syria post Alexandrum M. imperabat, Gr. loquebatur, ut ex eorum nominibus et aliis argumentis⁵ constat. Et tamen lingua Syriaca peculiaris lingua permansit, quod ex monumentis Palmyrenis et ex versione N. T. Syriaca manifestum evadit. Idem etiam in Aegypto contigit, quod prolixius explicare, nec necessarium puto, nec tempus permittit. Unum adjungam Lagidas Graece locutus fuisse, cum fuerint linguae Aegypti imperiti, docet Plutarchus in Antonio p. 927. Superest aliud, quod dicamus, illos Priami filios sic a Graecis, aliter vero a Phrygiis appellatos esse, quod in multis contigisse docuit me vir eruditus.⁶ Sic Paris a Phrygiis, a Graecis vero Alexander dicebatur. Varro de L. L. i. vi. p. 78. Alexandrum ab eo appellatum in Graecia, qui Paris fuisse.⁷ Qui Graecis erat Astyanax, a Phrygiis Scamander appellabatur. Quod discrimen ipsi Trojani observaverunt. V. Hom. L. Z. v. 402, 403. Monet Eustath. p. 626. Heleno nomen Scamander primitus fuisse, sed Helenum se vocasse de proceptore Heleno Edono Thraece, a quo vaticinandi artem didicerat. Quod vero ad Phrygia nomina attinet, videmus tam vetusta quam recentia longe aliter se habere, atque Graecis prorsus dissimilia esse, velut Hyagnis, Marsyas, quorum alter Musicus ille celi, alter Rex, cujus Servius meminit in viii. Ecl., † Gordius, Midas, Lityerses, qui sunt antiquiores. Etiam recentiora nomina nihil cum Graecis habebant commune. Athenienses servos suos Manes et Midas appellabant, ut Strabo et alii observant.⁸ Hinc de nomine Manis,

¹ Trojani a Phrygiis origine diversos fuisse, certis argumentis potest comprobari. Nam I. diversas habuerunt migrationes, et diversi ex regionibus in Asiam appulerunt. 2. Durante imperio Dardanidarum, legantur Trojani cum Phrygiis similitas habuisse et saepe bella gessisse. Ex. gr. Troes rex Trojae contra Tantalum Phrygum regem ductor arma misisse. V. Euseb. Graecia p. 31. ubi Ilium passim ante debuit, sicut Tantalus Phrygia rex appellandus, ab vero Maxone. Sed dandum illud nullius est momenti. Bellum reg Trojanorum cum Phrygiis regem intromississe affirmant omnes. Cf. Freuchen Chronicon T. i. L. ii. c. 15. Eandem rem confirmant Ammianus Marcell. L. xvii. p. 234. et Herodian. L. i. [c. 11. sed ad istum locum consulantur interpretes] p. 17. qui iterum tamen, levi discordia, non Troem nominat, sed Ilium. 3. Etiam scriptores veteres distinguunt Trojanos et Phrygas, Strabo L. x. p. 326. L. xii. p. 388, 389, 395. L. xiv. p. 457. Dionys. Halic. loco infra citando, Scholiast. ad Apoll. Rhod. L. i. v. 937. ἢ Φρυγίας ἀδελφῶν τῶν Τρώων.

² De Priamo quidem ait Polytaena apud Entip. in Hee. v. 549, 550.

ἢ τὰρ ἴθι μὲν ἢν ἄντιξ

Φρυγῶν ἀδελφῶν.

Sed ne dicam, Trojanorum dittonem sub Priamo late se extendisse, quod Strabo docet L. xiii. p. 409, 405. ipse Priamus apud Hom. L. Γ . 184. seqq. Phrygiam a Troja distinguit, ubi Phrygiam majorem, ad Boevum Saagarium sitam, intelligit Eustath. p. 402. quem et vide, p. 427. In Scholiis ad Il. B. v. 369. hinc legantur, Ὅτι τινες ἰσχυροὶ ἀδελφῶν αὐτῶν ἢ τινῶν ἢ τινῶν τῶν Φρυγῶν αὐτῶν τῶν Τρώων.

³ Phrygas *καταχρηστικῶς* habes ap. Xenoph. L. i. Cyrop. p. 15. [c. 1.] Idem L. ii. sub init. Phrygas *καταχρηστικῶς* commemorat, et Phrygas *τῶν τρωῶν* *ἑσπερίων* L. iv. [c. 6.] p. 90. Eustath. in Il. B. p. 364. *τῶν μὲν τῶν φωνῶν Φρυγῶν ἀπὸ τῶν τῶν τῶν μὲν τῶν φωνῶν, τῶν φωνῶν ἀπὸ τῶν φωνῶν τῶν μὲν τῶν φωνῶν*. Idem ad Il. T. p. 402. ait Trojam fuisse τῶν μὲν τῶν φωνῶν.

⁴ Neque tamen, unde patet, lupum a Phrygiis dici solent, Bocharto credidi, multis de voce illa agenti. Nunc vero credo, cum memoria lupum fecerit, et respexerat ad vocem *Ἰσκάς*, de qua infra monent. Phitarchus vocatilla auctor est in libro, Quomodo Jovis Proximita aniliter debeant p. 30. ed. Steph. Macedones alicui dicitur meretum.

⁵ Enghien L. i. Hist. Eccl. c. ult., L. iv. c. ult., Photius. p. 402. Cf. Bentl. de Epist. Phil. p. 404.

⁶ Quo tempore hanc meo disquisitioni referendum erat M. V. la Creze nomen, ex ipso voluntate.

⁷ Phrygiarum et servile nomen est Manes, cujus femininum Manis iure videtur, observante Casabono ad Athen. L. c. Mania Dardanensis memoratur ap. Xenoph. L. iii. [c. 1. §.] p. m. 328. Pura de hoc nomine lege apud Fabric. ad Sextum Empir. in fine L. ii. Pyrrhon. Hypotypt., et Menagium ad Diog. Laert. L. v. p. 516. Midas genus Manis occurrit ap. Xenoph. L. c. p. 329. et Midas nomen Phrygia in Pindar. Olymp. vii. [v. 55.] p. 63. ibi Scholiast. p. 63, 65, 329.

⁸ Orat. xi. l. i. p. 307. seqq. ed. Reisk.

⁹ Deloium non est, quia scripsit Bochartus L. c. *δελῶς*, modo comparat quodam Hieronymo, l. l. iii. c. 16. ubi non nec. Iam hic Hesychii, *δελῶν* *τῶν Φρυγῶν, ἰσκάς*, ad q. l. legendas Albertius.

¹⁰ Nihil illic de Marsya rege Phrygia, videtur ad Aen. iii. 569. In hac disputationis parte esse doctrinam videtur accuratam, non diligen- et acuta discedendi ratio. Pleraque nomina non abhorrent ab origine Gr.

quod Phrygiarum ancillarum erat, et tamen apud Græcos insaniam significat, lepide jocatur Mæcholon poeta apud Athen. L. xiii. p. 578. [91. sqq.] Verum ut hæc majorem fidem inveniatur, et pro certis habeatur, Phrygia nomina, quæ vere Phrygia essent, non fuisse Gr., locum Athenæi affert, qui rem planam facit. Is est L. xiv. p. 624. [961.]. *Αὐτὸ καὶ τὸν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀλλοτρίως Φρυγίους καὶ δουλοπρεπῆς τὰς προσηγορίας ἐξαιρέσει ἐστὶν ἐν παρὰ Ἀλκαίου Σάββατος, καὶ Ἰων, καὶ Τύρος παρὰ τῆ Ἰωνιοτικῆ Κίον (Κίον), καὶ Κόβαλος, καὶ Βάβος, Quamobrem apud Græcos tibeticum appellationem Phrygia sunt et serviles, ut apud Alcmanem Sambah, Adon, Telus, apud Hippocnactem vero Ceon [Cion], Conalus, Babys. Quam hæc nomina sint Gr., illi videntur, qui in eo fantopere laborant, ut Phryges Græcos efficiant. Recte idcirco ausus non est Strabo L. xiii. p. 417. [904.] nomina illarum regionum e ling. Gr. interpretari.*

Afferi deinceps Cl. Ryckius ex Dionysii Halic. L. I. quædam loca, in quibus Trojanos Græcos appellat. Nempe, quia Dionysius Romanorum originem volebat Gr. facere, atque Dardanium ex Arcadia venisse affirmaverat, non poterat, quin Trojanos fuisse Græcos diceret. Nilil proficuit hoc argumento Ryckius, etiam si linguam Trojanorum fuisse Gr., disertis verbis docuisset. Ryckius pugnat pro lingua Phrygia. At vero Phrygas a Trojanis diversos fuisse jam supra monui, et inprimis Dionysius ipse a Trojanis maxime distinguit. Non poterat eos effecere Græcos, cum novisset eos fuisse Barbaros, talesque a Græcis omnibus haberi. Si igitur Trojanos volebat esse Græcos, urgere ante omnia debuit differentiam inter Phrygas Trojanosque, quod etiam fecit. Cum enim L. I. p. 22. dixisset, Tyrrhenos et Pelagos hand raro secum invicem fuisse confusos ab auctoribus, addit, p. 25., καὶ ἄλλα θὶ τὰ Ἰων, τὰ μὲν Ἑλλήνων, τὰ δὲ Βαβυλῶν, τὰτὸ Ἰων, ἄσκη τὸ Τροάϊον καὶ τὸ Φρυγίον, ἀρχαῖς ἰδιότητα ἀλλήλων, κ. λ. Nihil validius pro mea sententia contra Ryckium hoc Dionysii loco afferi poterit, ubi Trojanos quidem Græci, Phryges contra Barbari verbis apertis nominantur. De lingua nihil probat vir eruditus; sed sic tandem concludit: Veritati maxime consentaneum videri, Phrygiam linguam esse Gr., sed singulari Dialecto ab aliis hujus lingue distinctam, quæ Daretium Phrygii Ilias conscripta quondam, si Eliano credamus V. H. L. xi. c. 2. Cante vir eruditus addit, si Eliano credamus, nam Eliani fides hic magnopere laborat. Certe si ille Daretis liber extitisset, viri docti et ante et post Eliani tempora hoc tam pretiosum antiquitatis monumentum eruere et ex tenebris in Jucem proferre pro virili laborassent. Neque Elianus ipse illum viderat, profutur tantum se scire eundem alicubi asservari. Qualis igitur fuerit, si fuit, dicere non possumus. Quod vero ad Phrygiam Iliada attinet, potuit liber ille lingua Phrygia ab ipso Daretæ cae consignatus: nam Barbaros Asianos habuisse literas, Elianus noster affirmat L. viii. c. 6. Græcum Daretis librum citat Antipater Acanthus apud Photium in Cod. Hephest. p. 244. ed. Hoesch. [474.] et monet, ipsum ante Homerum Iliada conscripsisse. Ipsum vero Phrygiam Iliada alicubi asservari significat Elianus, quod diverso sensu accipi potest. Aut enim dicitur Ilias Phrygia, quia cum vir Phrygius suo sermone composit, ab alio dicitur Græce verum. Ita Elianus L. x. Var. Hist. c. 5. Φρυγίαν εἶπες τὸ λόγιον ἐν τῷ δὲ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φρυγίῳ. Phrygius Iliadæ meminit idem L. ii. Hist. Ann. c. 21. et Scholistas Apoll. Rhod. [l. i. v. 558.] p. 26. Φρυγίαν γράμματτα habes apud Plutarchum de Is. et Osir. p. 337. et Euseb. Præp. Evang. L. iii. c. 1. p. 51. Aut vero si Dares librum suum Gr. sermone condidit, ut Xanthus Lydius alique fecerant, forsitan quis alius in linguam Phrygiam transtulit. Utrumque istum sensum Eliani phrasis permittit. Novimus autem ex Eliani L. xii. Var. Hist. c. 48. Homeri poemata in Pesarum Iodorumque linguis versa fuisse, quod etiam testantur Dio Chrysost. et Atheueus, ut ad istum locum Kuhnus et Perizonius monent. Addatur hoc Plutarchi de Fortuna Alexandri L. i. p. 585. ed. Steph. Ἀσπασίδου τῆν Ἀσίαν ἑξημεροῦσιν, Ὀμηροῦ δὲ ἀνάγνωσται καὶ Περσῶν καὶ Σουθηῶν. Significat vero Persas et Sasanios Gr. Homeri Iliadem legisse; sed id ipsum versioni hujus poeta occasione dare potuit. Ex his liquere arbitror, Phrygas linguam Gr. ab antiquissimis inde temporibus usos non fuisse. Unam tamen habeo, quod dictis adungere velim. Linguam Phrygiam non esse dialectum aut propaginem lingue Gr. sentis declarat historia Pæmnetichi apud Herod. L. ii. c. 2. Nam que ibi de antiquitate lingue Phrygiae venditata legitur ab Ægyptiorum sacerdotibus, ea facile Herodotus confutare potuisset, si lingua Phrygia aut Gr. fuisset, aut ab ea aliquo modo descendisse existimata. Cum autem concedat, aut certe non adverterit is, qui Phrygiam linguam pro antiquissimis omnium habebant, eo ipso significat, eam e Gr. ductam non esse, nam que est antiquissima, descendere ab alia non potest, sed poterat Græci ex antiquiori Phrygiæ lingua quondam vocabula desumere, uti factum fuisse e Platone supra observavi.

§ 8. *Paucule voces Phrygias, post Bochartum, afferuntur et explicantur.*

Postulat jam ratio instituti, ut Phrygias novissimas voces ex antiquis monumentis exhibeam. Sed labore hoc me levavit magnus ille Bochartus in dissert. de Ænæe in Italiam adventu, in qua T. i. Op. col. 1161; sqq. multas Phrygias affert, et erudite, ut solet, pierasque istas voces explicat. Inde quasdam easque precipuas hoc transferam et paucis, ubi opus fuerit, illustrare conabor, atque illis exempla novumulla adjuquam.

¹ *Μήνηρ* Phryx commemoratur in Etymol. M. v. *Συρίων.*

² Vide et Cassiodorem de Orthogr. c. ix. inprimis p. 2511. ed. Putsch.

³ Novi, Sallum c. vii. p. 59. b. ed. Aldi, Trojanos Græcis accensere, sed et sententiam contrariam plerisque plerisque alit. Hinc Troja dicitur τῶν Βαβυλωνίων. V. Plutarch. in Pericle p. 167. E. Pans. in Messen. p. 138. Horat. L. i. Epist. ii. 7. Sic etiam Herodotus Trojanos pro Barbaris reptat L. i. c. 3, quem imitatur Maximus Tyrius Dissert. ii. Similiter Trojanos vocat Barbaros, et inter gentes Barbaras numerat Pausanias in Eliaris, p. 171, 174. Eadem ratio Scylax p. 9. ed. Gronov., qui quidem alibi in Phrygia inter mænes Gr. recenset Iliadem, sed intelligit Iliam recentem, ejusque inscriba dicuntur τῶν, teste Strabone L. xiii. p. 464. f. et Steph. Byz. v. *Ἰων.* Similiter Barbaris Trojanos nunciantur. Isærotes in Helene laudatione p. 319, 315, 316, 320. Apuleius L. x. Metam. p. 255.; Eustath. ad Hom. II. B. p. 335, 347. Servius ad Virg. Æn. ii. 501, 504. Scholastes Horatii, L. ix. Carm. ut. et Epod. Carm. ix.

⁴ Scribit Cicero L. iii. de N. D. c. 16. Herulem Ægyptiorum Phrygias literas conscripsisse. Quondam ex h. l. colligebam, Phryges habuisse literas et linguam sibi peculiarem; sed nunc mæta sententiam, dubius tamen incertusque, intellexit Cicero. Φρυγίῳ γλώσσῳ, ut dicitur Phrygiæ, Cf. Gale ad Phuriumum [Cornutum] de Nat. Deor. c. xvii. p. 171. Non dissimili ratione de Hipparcho Athenæus L. iii. p. 191, l. *ὁ Ἀρκεστάτης ὁμοίᾳ γλώσσῳ.*

⁵ Sua Etymologia dicit et Scholias ad Apoll. Rhod. l. ii. v. 724.—Ad nomen Phrygiæ *Ἰδίο* præfixio accedit *Ἰδίο*, emem mandipii, in epigrammate Pisandri Rhodi, l. iii. Anthol. log. Gr. epigr. 45.

⁶ Locos est L. xiii. p. 102. d. h. vñ. τῶν, *ἑλλησθέντων*, sed *ἑλλησθέντων* non est *ἑλλησθέντων*, *ἑλλησθέντων* ἄλλο οὐκ ἔστιν ἐν τῷ Cod. Med.) *ὄμιλον* πῶσιον, *ἑλλησθέντων* ἄλλο οὐκ ἔστιν ἐν τῷ Cod. Med.) *ὄμιλον* πῶσιον, *ἑλλησθέντων* ἄλλο οὐκ ἔστιν ἐν τῷ Cod. Med.) *ὄμιλον* πῶσιον, *ἑλλησθέντων* ἄλλο οὐκ ἔστιν ἐν τῷ Cod. Med.)

hic commemorarunt. Pro *ἑλλησθέντων*, oraculi juncti, ut vertitur, illic *ἑλλησθέντων* legitur. Fortasse rectius, et ad mentem Strabonis accommodatis. Conf. p. 562, et seqq. *Κετὰ μῶν* *ἑλλησθέντων* significat non longo locorum intervallo. Qua illius vulgati alibi est in hæc et similibus loquendi forma.—Ad Stephanum i. c. legatur viri eruditi, inprimis Hebenium.

⁷ Non tamen res mihi visa est, ut testimonium laud ad nomen emissa quaerere et persequerem. Apoll. verba p. 736. ed. Oudend. hoc mihi pertinere existimavi. Magna ex parte hoc testantur *Διελύθω* in Agam. v. 1060, 1059, 1121. Enrip. in Ipeet. v. 329, 734.

ἈΓΙΣΤΕ vel **ἈΓΙΣΤΙΣ** nomen Phrygum Matris Deorum. De Beceyniis, Phrygia gente, et de Phrygiis in universum scribit Strabo l. x. p. 469. [717, 718.] *Πῶς μὲν αἱ αἰσὶν τῶν αἰσὶν καὶ ἄλλοις ταῖς, μητέρα αὐτῶν, καὶ Ἀγίστην, καὶ Φρύγιαν, βάρ βαρῶν.* Sic enim legendum, non Ἀγίστην, vel Ἐπίαν, vel etiam Αἰετίαν, monuit Casanbovus, Ab Hesych. vocatur Ἀγίστην.

ἌΖΗΝ apud Phrygas barba dicebatur juxta Hesych. et aetorem Etymol. Ἄζην σημαίνει τὸ πάγων κατὰ Φρύγιαν, teste Etymol. Alter dedit Ἄζιον, πάγων Φρύγιαν. Legendum videtur Ἄζιαν, πάγων. †

ἌΔΑΓΟΟΥΣ dicitur τὰ παρὰ Φρυγῶν, ἑμαρῶδες, ut monet Hesych. Apud Bochart, dicitur Ἄδαγούς, quod parum differt, uti quoque Ἄδαγος, quemadmodum legi vult Alex. Morus in notis ad quadam loca N. F. p. 96. ed. Fabric. Sed audacior est, quam ut possit proliari, Salmasii conjectura, in Excerpt. Plin. p. 248. nomina Ἄδαγος in Ἀδούσι et Φρυγῶν in Σόδοις indata cupiens.

ἌΔΑΜΝΑ, amicus, et ἌΔΑΜΝΕΙΝ, diligere. Hesych. Ἄδαμνῆς τὸ φίλος. καὶ Φρύγιαν τὸ φίλον Ἀδάμνα λέγουσιν. Sunt sine dubio voces Barbarae et Gr. scriptoribus innotitae.

ἈΝΡΙΕΤΙΣ, fur formica, monente Bocharto. Sed et alium insuper adjectam invenio hujus vocis expositionem apud Hesych. Ἀνριετίς κλέπτρια, ἀνριετίς Φρύγιαν. In lingua Phrygia etiam hoc nomen dicebatur molitrix, μάλοδρος. Sporigius in margine codicis sui correxerat Ἀνριετίαν. Quid hoc vocis sit, idem Hesychius docet. Ἀνριετίαν, inquit, γίνονται τὴν παρθένον, αἱ τινὲς (αἰσὶν) τὰ εἰς τὰς θεοὺς πόσιμα ἄλασι, καὶ ἑστὶν αὐτῶν εἴδη. Ἀνριετίαν sunt virgines, quae placent in sacrificiis adhiberi solitas pinguat, atque id honorificum habetur. Sed fortasse in utroque, at certe in priori loco Ἀνριετίαν potest servari. Non tantum hoc vocabulum invenitur apud Hom. Od. Y. 105, et Aristoph. Lysistr. v. 644. sed et respexisse videtur Hesychius ad Schol. Aristoph. l. c., qui scribit, γίνονται δὲ τινὲς τῶν εἰρηγῶν Ἀνριετίαν τῆ θεῶν παρθένον, αἰσὶν τὰ εἰς τὰς θεοὺς πόσιμα ἄλασι, καὶ ἑστὶν εἴδη τῶν αὐτῶν.

ἈΡΥΤΥΤΑΣ τὴν Λάρνακ. Φρύγιαν, apud Hesych. Bochartus praebet Ἀρτύτης. †

ἈΡΜΑΤΕΙΟΝ est appellatio Phrygia ejusdem gentilitate. Hesychius tantum scribit Ἀρματεῖον μέλος, nulla mentione Phrygiae facta. Sed possunt ejus verba aut suppleri aut abunde illustrari. Respicitur enim ad Eurip. Orest. v. 1287, 899.

*Διὸρ, Διὸρ, ἔ μοι μοι,
Φρύγιαν ἄφτυ-καλλιβαλον,
ἔ μοι ἄφτυ ἱερῶν,
Τὸ δ' ἄδωκεν ἄφτυον,
Ἀρματεῖον Ἀρματεῖον μέλος
Βαβυλῶν βίβη.*

ad quae Phrygiae verba in Scholiis multa notantur [in primis in ed. Musgr. v. iv. p. 393, 394], quibuscum comparantur Easthath. ad H. X. p. 1276. et Etym. M. p. 145. Existimantur tamen illi esse vocem Gr. originis.

ἈΡΤΕΜΙΣ nomen Dianae videtur Phrygicum, ut conjicio ex verbis Clementis Alex. l. i. Strom. p. 323. [384, ubi tamen legatur Poterius], Φρύγιαν τὴν οὐρανὸν ἐκκλησίαν Ἀρτεμίας. Convenit nomen Atticae, regis Phrygum apud Xenoph. in Cyrop. [l. ii. c. 1.]

ἈΤΤΑΑΗ lingua Phrygum est guttur. Apud Hesych. legitur, Ἀττάλη φωνή, ἐκ Φρυγῶν. Salmasius legit φωνή. Alii aliter.

ΒΑΓΑΙΟΣ cognomen Jovis Phrygum. Hesych. Βαγαῖος ἡ μέγιστος, ἡ Ζεὺς Φρύγιαν, μέγιστος, παλαιός, ταχέος.

ΒΑΑΑΗΝ sive ΒΑΑΗΝ utuntur soli Phryges, ut supra monui, significatione regis. Scribit Hesych. Βααῶν.

Βααῶν. Φρυγῶν. Sumtum hoc est e Sexto Empir. l. i. ad Mathem. c. 13. ubi αὐτὰρ τὸ Σωκρατικὸν ποιῶντες; τὸ Βααῶν λέγουσιν. τὸ Βααῶν λέγουσιν Φρυγῶν. Cf. Easthath. ad H. F. p. 381. Scld. de Div. Syr. p. 216. et E. Spanhem. ad Callim. p. 28. †

ΒΑΜΒΑΑΟΝ apud Phrygas in usu, non item apud Graecos. Hesych. Βαμβάων ἱμάτιον καὶ τὸ ἀνδρῶν Φρύγιαν. Si forte vocabulum significatione priori de pallio sive veste contra frigora, non certe notione posteriori de pulcendis; extra Phrygiam notum fuisse videtur.

ΒΑΤΑΒΑΚΗΣ, Sacerdos Pessinuntis apud Plutarch. in Mario, p. 415. Βατάκης est apud Suidam in v. Γραῖος, quae suo loco mota queri debet in Γ, non in Γ'. Sic etiam in Cod. MS. Plutarchi inventum fuit. V. Gallicam hujus scriptoris versionem A. Dacerii T. iv. p. 124. et cf. Epigrammata MSS. et Hephrest. in Vossii notis ad Catal. p. 163. In excerptis Diod. Sic. apud Photium p. 637. [1184.] scribitur Βατάκης sive Βατάκης. Unde fere conjicias, hoc fuisse nomen dignitatis, et sic Phrygum dictum fuisse Archigallum, quomvis tantum vocetur ἱερεὺς, et a Livio l. lxviii. sacerdos. †

ΒΕΔΥ sive ΒΕΔΥ ἑρμονε Phrygum denotat aquam, vel aerem, secundum alios. Facit hoc praesertim locus Clementis Alex. l. v. Strom. p. 368. [673.] Βέδυ μὲν γὰρ τοὺς Φρύγιαν τὸ ὕδωρ ἄφτυ καλεῖται καθὼ καὶ Ὀρεῖον [p. 383, 314. ed. Gesh.]

*Καὶ Βέδυ Νεφρῶν καταλείβεται ἄφτυ ἄφτυ.
ἄλλα καὶ ὁ Φρύγιαν ἄφτυ ἄφτυ γράφω. Καὶ Βέδυ λαβῶν, κατὰ χροῦν καταχρῶν, καὶ ἐστὶ τῆς ἱεροποικῆς γρῶν.
Ἐστὶν δὲ ὁ Κωμικός Φαλαῖος, ἢ Βέδυ τῶν ἄφτυ, Βαδάων ἄφτυ, δὲ τῶν αὐτῶν γινώσκων.
Ἐστὶν τὸ Βέδυ πῶσιμον προσηγορῶν.
Ὀρεῖον μάλιστα ἑστὶν ἱερεῖος μέγιστος.
Τὸ τὸ ἄφτυ ἄφτυ καθάρων, καὶ τεθλομένων.*

στομαλογίαν τῆ τοῦ αὐτοῦ Βέδυ καὶ ὁ Κωμικός Νεφρῶν, γράφω τῶν Μακεδόνων ἱερῶν ἐν ταῖς καταχρῶν, Βέδυ κατακαλεῖται Διὸς αἰσὶν τὰ καὶ τῶν ταῖων. ἄφτυ ἱεροποικῆς τῶν ἄφτυ. Locum hunc, cum sit notatu inmodicum dignus, dedi integrum, sed sine versione Latina, ne sim justo longior.

ΒΕΚΟΣ vel **ΒΕΚΚΟΣ**, panis. Videtur Phryges, sine terminatione Gr. dixisse Βέκ, quae in modum hinc vox extat in Scholiis ad Apoll. Rhod. l. iv. v. 262, et Aristoph. Nub. v. 397. Esse enim originis Phrygiae dubio caret. Non modo testantur Suidas in v. Βακεῶν, ubi scribitur Βέκος et Βέκκ, et Hesych. apud quem Βέκος ἄφτυ, Φρύγιαν; sed imprimis Herodotus l. ii. c. 2. ubi antiquitas linguae Phrygiae prae Aegypt. ostenditur. Usurpationem hanc vocem reperio ab Hippomete apud Strabonem l. viii. p. 255. [524.], e quo loco forsitan conjici queat, etiam Cyprus in usu fuisse, nisi simpliciter et generatim pro pane usurpaverit, atque hinc significatum desumeret ex historia, quam Herodotus referit. Consulte etiam, si tantū videbitur res, Treutzen Chel. iv. Hist. 2. Th. Gale et Gronov. ad Herodoti l.

ΒΡΙΚΙΣΜΑΤΑ ἄφτυ Φρυγῶν. Hesych. Sic igitur vocabantur saltationes Phrygiae. Sed forte vox ista efficta fuit de nomine Phrygum, qui ipsi dicebantur Βρύγιαν et Βοίον.

ΓΑΑΑΑΦΟΣ Φρυγῶν ὄνομα παρὰ Λακωνίαν. Hesych. Non intelligo, cur Lacorum mentio fiat. Quid autem Phrygibus significaverit, non additur. An cum Bocharto Galliarum interpretandum de nomine proprio Phrygum, sed in usu quoque apud Lacedaemonios! Non est conjectura improbabilis.

ΓΑΝΟΣ est sine controversia vox Gr. et non una notione a scriptoribus antiquis frequentata, tam Poetis, quam Oratoribus. Aeschinum appellat testem Harpocrat.

* Bochartus malit legi Φαυρῶν. Eius opinio fuisse varii Poetae, sed Tragici. V. Fabric. in Bibl. Gr. v. i. p. 686. Neantius Criticonum, Hephrest. de Symbolis Platoni Mithici, memorat Suidam Lybii, cujus Comici saepe Atheniensis meminit. Cf. Reina. l. iii. Var. Lect. p. 292, et Casaub. ad Athen. l. iii. p. 89. [Cf. Reinhard. ad Timae. Ex. Plat. p. 167.]

* V. viri erudit. ad Arab. l. v. p. 136 seqq. et Albertini ad Hesych. v. Ἀριετίαν.

† Ita Kusterus. An rectius, Ἄζιαν, τὸ πάγων.

‡ Hoc non invenit apud Hesych. V. not. ad Ἀρτύτης.

§ Hesychius in Diss. v. 659. Βαδὸν ἄφτυ Βαδῶν. Monet Schaefferus, vocem τὴν τῶν ἄφτυ, Euphronium vero affigere, esse eandem e dialecto Theophrasti. Constat autem viri erudit. ad Hesych. v. Βαδῶν.

¶ Non nota hic error est. Verba Suidae loco suo haezantem nota sunt. Pertinent enim ad v. Τάλας, ἀνείων, l. i. p. 466.

ubi Βατάκης. Ductum id e Polybio, monuit, post Valentium, etiam Kosterus; cum incertum videtur Duximochio ad Ev. l. xxxvii. c. 15. Lévi mutatione reperit Schwabenhauero l. Ev. p. 225. In Elegis Diostri d. ii. p. 37. appellatur Βατάκης. Nomen non additur a Livio, l. c. Quo autem legatur l. lxviii. c. 9. non sunt Lybii verba, sed ex alia collecta a Freinshemio, cui dicitur Βατάκης. Nae opinio esse nomen dignitatis, sed proprium, quia Polybium non esse tantum meminit, verum Ἀττάλην ἢ Βατάκης καὶ ἡ Βατάκης ἰσθμὸς ἐστὶν ἰσθμὸς τῶν ἄφτυ.

v. Γαίω. Utitur voce Aristoph. et Eurip. alique.* Attamen scribit Hesych. Γαίω παλαιότατος χιμάριος. γαίω. αργύ. λευκός. λευκός. λευκός. και ή γαίω, του θεού και Βόθου.

ΓΑΟΥΡΟΣ, sic legendum, non γαύρος, Phrygius dictum fuit aurum. Testatur Hesych. Γάουρος χρύσεος. Φρύγιος. Γλαυρός. χρυσός.

ΔΙΤΖΙΑΗ. Τζαίω Chl. iii. Hist. 115. Eam Consingia appellat Plinius l. viii. c. 40.

*ΕΚΤΙΡ lingua Phrygium est vir prudens, ut supra notui [p. 36].

ΖΕΑΚΙΑ, herbae jusculi servientes sive olera. Hesych. Ζεάκιον λέγεται. Φρύγιος.

ΚΙΚΑΗ nomen ursae, sideris caelestis. Hesych. Κικαή τόν άρσεν, τό άρσεν. Φρύγιος.

ΚΙΜΕΡΟΣ, mens, animus. Hesych. Κίμερος νύξ. Φρύγιος. Quis credit, aut esse vocem origine Gr. aut hinc appellatos fuisse Cimmerios?

ΚΥΒΗΚΗ. Voce hac Phrygias usos fuisse de quodam genere femoralium, monet Bochartus. Respicit ad verba Hesych. Κυβήκη ή μύτη των βώων, και ή Αρμόβη. και Τροβήμα, παρά Άριστοφ. ή και Φρυγία, παρά ή και Τρωάδες όρει, και Διόσκουρος. Locus mihi videtur suspectus, et ordo verborum valde turbatus. Διόσκουρος, si est nomen scriptoris vetusti, quis fuerit, ignoro. Τρωάδες memoratur a Strabone et aliis. Nomen ipsius pertinere ad prima hujus loci verba colligo e Scholis in Lycophr. v. 1170. Verba ενδύσθαι παρά Λαοάδα, ή και Φρυγία η τις quidem possum connecti. Sed mentio Phrygum spectat voces Κυβήκη ή μύτη των βώων. Quoniam igitur indicatur Cybele seu Rhea, pro Κυβήκη legendum autumo Κιβήκη,† ita nominatam de Cybello, monte Phrygio.

ΜΑ, oves. Hesych. Μα πρόβατα. Φρύγιος.

ΜΑΖΕΥ: ό Ζεύς, παρά Φρύξ, Hesych. Similiter a Thracibus et aliis Μα praefixum est nominibus Rhea et Mars. Vide Tzetzen in Lycophr. v. 938.†

Sunt haec praecipue linguae, quas in his oris viguisse didicimus, et ex quibus etiam aliae ortum traxerunt, aut certe plurima deponserunt; atque videmus saepe numero a vetustis auctoribus has ita conjungi. V. Cicero pro L. Flacco, c. 27, qui locus etiam ea, quae supra dicta sunt, illustrat. Superant tamen etiam, quae ab his, aliae plura, aliae minus recesserunt, nonnulla plane sunt singulares, et cum illis nihil commune habent; quae omnes atque singulas enumerare operae pretium non est.

Inter finitimas dialectos praecipue sunt Lycaea et Pamphylia, quarum non infrequens mentio occurrit. Harum gentium sermo longe plura ex Graecorum lingua deponant, quam aliorum populorum, de quibus diximus. Et non desunt, qui has gentes origine Gr. fuisse contendunt, velut Herodotus, I. vii. c. 92. Theopompus apud Photium,* p. 203. [391.] et alii. Verum hoc merito in dubium vocari, et contrarium etiam ostendi posse, facile mihi persuadet. Quod vero sermo harum gentium in multis Graecissari, tribuendum est Graecorum colonis, quae multae hic locorum fuerunt.

Lycaei fuerunt oriundi e Creta, unde cum Sarpedone profugerunt, et hanc regionem adierunt. Testes sunt Pausanias in Achaicis, p. 208. [529.] et Herodotus, I. i. c. 175, qui addit, Cretam totam ab initio habitatam fuisse a Barbaris. Linguae Lycaicae meminit Plutarchus in Alex. p. 1259. ed. H. Steph. ὀβλιωστος ἀλλογενής ἐκ πατρὸς Ἀνακλῆ, πατρὸς δὲ Ἰσπριότιος γερμανός. Cf. idem de Def. Orac. p. 238. ed. Bas. Postmodum vero aliae gentes illius ora, sic et Lycaei linguam Gr. adsciverunt. Hinc Graeca sunt, quae et Lyciorum lingua, sed sero atmodum et sua nempe aetate usitata, profert Eustath. in II. E. p. 545. in fine. Paucis voces Lycaicas ex Steph. Byz. et aliunde conquisitae sunt addam.

ΕΑΔΥΘΕΡΑ, Diana. Artemid. I. ii. c. 35, ἡ λεγομένη παρὰ Λακίων Ἐλαδύθηρα. Sed videtur vox pure Gr.

ΕΡΕΘΥΜΙΟΣ, Apollo. Hunc apud Lycios Ἐρεθυμίω δεικνύμεν dictum fuisse, et illius festum Ἐρεθυμίω, Hesychius docet. In prima hujus libelli editione monui, Rhodios etiam coluisse Apollinem Erethiyhi cognomine, quod rursus in averteret, velut apud Romanos Robigus; quod Strabo,

Aliter Elianus I. xii. de Anim. c. 30, qui, cum de amine sacro Jovis Labrandei verba fecisset, haec subsidit, καὶ τρυμὸν ἀναγράφου Κάρου τε καὶ Σπυρίου. Et colligit ille Deus Carii et Militaris cognomine. Etiam Herodotus I. i. c. 171: unum memorat antiquissimum Jovem Carium, quem eundem I. v. c. 119. appellat Jovem Militarem, eoque Labrande colli affirmat; Quartum adhuc Jovem addit Strabo p. 454. [973.] his verbis, ἑστὶν δὲ τὸν ῥάβδου, loquitur de Laginis, τὸν τὸν Χρησάφου δαίτη, ὅσον ἀκρότατος Κάρου, εἰς ἡ ἑστὶν ἰσχυρὸς τε καὶ παντοκράτωρ, ὅτι τὸν αὐτοῦ ἀναδύθη τὸν ἰσχυρὸν ἄνθρωπον. Sed et revertat ad Ἐρεθυίω, scribit Casaubonus ad Geographi locum: Quis is sit, adhuc quaero.† Unicum praeterea scriptorem reperci, qui nominis istius meminerit, Pausaniam nempe, sed qui in Arcadicis, p. 244. [511. 10. p. 619.] Ὀρῶν appellat, Κρησὸς αὐτὸν Μιλῆταιοι ἔπεισαν, ἐς τὸν θεὸν τὸ ἱερὸν, ἃς πορῆς ἢ ἐπιχειρῆς εὐλοκίῃσιν Ὀρῶν. Sive nomen fuerit Ὀρῶν, sive Ἐρεθυίω, barbarum fuisse non dubito, explicare nequeo.

L. xiii. p. 422, [912.] et ex illo Eustath. in II. A. 39 docet. Sed jam nunc valde dubito, an Apollinem Erethymium cum Erethiyho recte contulerim. Multum enim diversa videtur ratio utriusque istius cognominis; sed illi nunc non ago.

ΚΑΔΡΕΜΑ. Ita Lycios appellare siccitatem frumenti affirmat Steph. Byz. in h. v. V. ibi Pingolo et Holstenius.

* Ratio cognominis Μουδαίω, satis apparet e Stephano v. Μουδαίω. Est enim Mycaea nomen et arbo Cario, inter Maenagrum et Caystrum fluvios. Verba Ethnographici illustrant Holstenius et Berkelius.

† Quae ad istam locum a Berkelio ab aliis quoque observata sunt, veluti Valaico ad Gloss. Lat. Gr. p. 63. Dacero ad Festum v. Trimalchi.

‡ Rege distinguere Strabonem ipsomet Herodotum inter Jovem Carium et Strabonem, errare vero Elianum, nomen Col. Venedigios et Valcaenarios ad utrumque Herodoti locum.

§ Casaubonus legendum censuit ἰσχυρὸς et ἰσχυροκίῃσιν. Nec aliter in Cod. Mediceo, ubi et. ἰσχυροκίῃσιν pro ἰσχυροκίῃσιν invenitur, teste Gronovio.

¶ Leguntur forte e Casauboni verba in prioribus Strabonis editione, quae jam nunc praesto mihi non est; desunt autem in Amnlevo, ubi tamen locus Pausaniae, ab Jablonskio citatus, sed sine inclusum.

** Negat ad usum, praeter hunc paucos:

† ΛΑΔΡΑΥ ἡ ἰσχυρὴ ἢ ἡ βλάστη ἢ ἡ, ἰσχυρὴ ἰσχυρὴ ἢ ἡ, ἡ δὲ τὴν Κάρου, εἰς ἡ δὲ τὴν Κάρου, καὶ αὐτὴ τὴν τὴν ἰσχυρὴν λέγουσιν. Hesyeh. c. α. Alberti.

‡ ΣΠΥΡΙΟΝ, Mercurius. Fuit Imbrus insula Thracica, sacra Caballo et Mercurio, quem Ἰσχυρὸν λέγουσιν ἢ Κάρου, teste Stephano Byz. v. ἰσχυρὸν. Repetit Eustath. ad Dionys. v. 514. Comparatur Holstenius et Berkelius ad Stephanum locum, atque Gutherthius de Cabitis, p. 80.

§ ΚΡΕΜΑ nomen mentio Caricae, cujus meminit Machon, poeta comicus, apud Athen. I. viii. p. 97.

Κάρου, ἡρα, τρυμὸλοιο.

Τὸ εὖ ἢ ἐστὶν ἰσχυρὸν ἐστὶν οὖν, ἡρα, ῥάβδος,

Ὅσα γὰρ ἐν Ἀθήναις Κορναίω χρεῖσται, ἀναδύθη†

Leguntur ibi Casaub. et Schweigh. t. v. Anecd. p. 136, 137. Significat nullum ducem eandem voce usat est Aristoph. in Equit. v. 361.

† ΑΝΑΔΥΘΗΝ ἡρα, εἰς τὸν Κάρου ἀναδύθη. Hesyeh. c. α. con-jectura Palmerii. Legitur vulgo, π. τ. πρῶτον τ. τ.

Verè meminit Berkelius nota ad Stephanum v. Ἀναδύθη, perpaucos apud scriptores antiquos superesse veteris linguae Caricae reliquia, et singula igitur, quae iudicæ studiosè conquisantur.

§ Sequens iurea Bocharti et Jablonskium, et editorem ejus, Gull. Ye. Waterum praeterit:

¶ Ipsam Carum et Carie nomen Phoenicium est, et per Phoenicos saepe ad Caria vicinos Iones penetraverat. Hesyeh. Κάρ τρυμὸν γὰρ Καραίω; item, Κάρου ἰσχυρὸν καὶ τρυμὸν. Ita Hebraeus קָרוּר car e-agron, vel aris. Itaque a gregum copia potestè dici Caria et Carus. Sed Eustath. II. 4. p. 974. falli putat, cum Coli insulae nomen eandem referat, et si Carica lingua est, ovem significat: quod II. inquit, vel Κάρου ἰσχυρὸν καὶ τρυμὸν, ἢ καὶ τὸ ἰσχυρὸν Κάρου, ἢ τρυμὸν τὸν ἰσχυρὸν. Quin jam, vel Κάρου, Graece non est ovis, sed vellus: Hesyeh. Κάρ τρυμὸν, καὶ Κάρου ἰσχυρὸν, Κάρου τρυμὸν, ἢ Κάρου τρυμὸν, γὰρ τρυμὸν. Neque videtur aliud significare quàm Carum, quae insulae Ἰσχυρὸν ἰσχυρὸν ἡρα ἀναδύθησιν, testatur ap. Strabonem, I. xiv. (Athen. I. vi.) veteri Caricarum rerum scriptorè Philippum, e Caria urbe Thengela. Sed et Carus Gr. sermone jam oim fuisse annulos, licet non succederet satis, vel ex eo colligere est, quod non appellat Ἰσχυρὸν τρυμὸν τρυμὸν, I. 6. Strabonem interpretet, unum, ἡρα, ἰσχυρὸν, Graece impetite loquutus, et in vicina Solomene, ex quorum oppido Ἰδαί: factum ἰσχυρὸν et ἰσχυροκίῃσιν. Interim quod videt Eustath. II. 1. 222. Cui nomen fuisse ab ovibus ἢ τρυμὸν, non est propositè rejiciendum. Ex nempe pertinebat aliud Coli nomen Κάρου in eod. Eustath. II. lib. II. 4. 222. Κάρου ἰσχυρὸν καὶ τρυμὸν τὸν ἰσχυρὸν, prout gentium nominum collectorum, I. e. Stephanum. In quo legitur de insula Col, ἰσχυρὸν ἢ καὶ Κάρου, sed recitandum est Κάρου. Insula Caris, I. e. Κάρου, Carum, agnoscit, sui ovium. De Crami Coli τρυμὸν τρυμὸν vide narratum historiolum in Hesyeh. et Suida.† S. Bocharti Geogr. sac. l. i. c. 7. p. 376. Log. Bibl. 1699.]

quo loco eam distinguit a lingua Græcorum, Lydorum, et Solyorum. Exempli vero reliquiarum veteris Pasiarum lingua ne apud scriptores antiquos reperisse non recorder.

§ 14. De Lingua Bithynorum.

In prima hujus Disquisitionis editione Bithynos omittendos movebam, quoniam Phryges sunt, et Bithynia deinde dicta est, que primum Phrygia Major appellabatur. Quae etsi vera adhuc censuo, nunc tamen nonnulla de Bithynia eorumque lingua et vocabulis propriis adjungam. Bithynus fuisse Thracum ἀπὸ τῆς θύρας, tentant scriptores antiqui, Strabo l. xii. p. 373. [816.] Plinius l. v. c. ult. p. in 840, Auctor Etymol. Ἀλκίανος ἢ Βιθύνος—ἢ ἢ ἰθακὶνὸς Ἑλλῆς, Syncellus p. 181, Ἑλλῆς ἀπὸ Σφραγίδος διαβάτης κατέρχον τὴν τὴν Βιθύναν, τὴν Βιθύναν καλοῦσιν, qua verba ab interpretibus Latine non recte versa sunt. Sed in primis consulatur Herodotus, l. vii. c. 75. Quod adeo verum est, ut non obscure colligi possit, Bithynos etiam tractu temporis lingua Phrygia et Thracica semper conservasse vestigia. Pausanias itaque in Eliae. i. p. 159. [406, ubi Ζεῦσιες] Zipetem Bithynis Dynastam Thracem fuisse, ex nomine conjectat. Ζεῦσιες, Rex Bithynorum memoratur quoque a Plutarcho in Quæst. Gr. p. 302. Juvat istam Pausanias conjecturam Hesychius, qui sic scribit, Βιθύνος, αἱ ἑσφῆσαι, ἢ ἑσφῆσαι γῆρας, quod forsitan a Zibym, hæste vel gladii genere, descendit, vel à vestimento quodam peculiari, quo in memoriam pristinae originis sui fuerunt. Apud Hesych. Ζεῦσιες* mutari debet in Ζεῦσιες vel Ζεῦσιες, siadem rex innuitur, sed quod dubium facti adjecta vocis explicatio ἢ ἑσφῆσαι, que hoc nimis pertinet. Suidæ Ζεῦσιες dicitur ὄνομα κύριον. Hoc autem nomen historicum non sicut extra Bithyniam in usu fuisse. Haud dubie respicitur ad Zipetem, quo nomine apud Historicos ille Bithynia princeps vulgo vocatur. Apud Steph. Byz. v. Ζεῦσιες dicitur hæc urbs Bithynia nomen habere ἀπὸ Ζεῦσιος βασιλέως. Cum autem Pausanias ex hoc nomine conjicit, eum fuisse origine Thracem, non id ita intelligendum est, quasi Zipetæ ex Thracia in Bithyniam traiecerit primus, sed hoc lingua Bithynica tribuendum est, que Phrygiaca et Thracica fuit. Nam ex historia novimus, patrem jam hujus Zipetis, quin avum et prævum, Bithynia imperasse. Video Cellarium hoc neglexisse, cum tamen profiteatur, in introductione ad historiam veterem, se historiam harum regionum in Asia minori accuratius multo tradere, quam ante ipsum ab aliis factum erat. Ea vero, que de majoribus et antecessoribus Zipetis cognita habemus, ut plurimum ex Memnonis hist. Heracl. apud Photium [Cod. ccxxiv.] petita sunt. A tempore Zipetis regnum istud clarius evasit; et a multis multa peti possunt, que ad historiam illam faciunt. Quandoquidem Bithyni a Phrygiis descendeabant, et adeo originem Thracicam habebant, ut jam dictum fuit, mirum nequaquam est, vocabula quaedam Bithyni et Thracibus fuisse communia, atque vestigia convenientiæ inter utramque hæc gentem etiam ætate adhuc seriori conspicua fuisse, ut statim patebit. Videamus igitur de paucis vocibus Bithynicis.

* ΑΑΙΖΙΝΕΣ nomen Bithynorum. V. Eustath. in Il. p. 563, 364, et Etymol. Auctor in v.

BENAIΔΙΟΣ nomen mensis. Nomina omnium mensium Bithynicorum ex MS. Gr. exhibet Jos. Scaliger, l. i. de Emend. Temp. p. 5, et cum quadam discrepantia Usserius de Anno Macedonum, p. 41, etiam Fabricius in Menologio, p. 61. * Sunt ex nomina omnia Gr., præter unum Βεναιδιος, qui mensis a Græcis dicebatur Ἀπρηναιος.

BRIAZUS nomen Dei et Templi in Bithynia, teste Plinio, l. xxii. c. 2.

BYZIS antiquissimus Bithynorum rex, perhibetur Τροία ἄλλοις antiquior. In Thracia Byzia est arx regum Thracie. Byzas, fundator Byzantii, conspicitur in nominis ætate apud Goltzius, V. Tournefort Voyag. t. ii. p. 2.

FANOS, ἢ φανος ἢ φανός, ubi Βεθέρω, ut scribit Hesych. Cf. supra p. 8. [p. 69, ibi not.] Τῆς Φανὸς

locum esse Thracie, ex Artemidoro et Harpocrat. h. v. itemque Suidas.

ZHAAΣ sive ZHAAΣ, nomen regis Bithynia celeberrimi. In Thracia Zelan oppidum invenio. Vide Plinium, l. iv. c. 11. Apud Steph. Byz. v. Ζηλα legitur, ἑστὶ καὶ Ζηλα—πόλις Καρδοκίας, ἢ ἑστὶ καὶ Ἰσκαρδοκίας καὶ Ζηλας [cf. supra, p. 110.]

ÆBITHYNAIOS, gens vestis Monachorum, cujus nomen ex Præsesium Bithynorum dialecto derivatur a Suida, Ἀβιθύναιος* χιτὼν μοναχικὸς ἐκ τῶν ἐκείνου ὀνομάτων, κατὰ τὴν ἑσφῆσαν γλῶσσαν τῶν Προναίων.

ΣΥΜΜΟΝΙΟΣ ἢ Βιθύνος ἢ πρόμορος. Hesych. ex Herodoti l. vii. c. 75. [Junge Steph. v. Συμμόνι, ibi not.]

TAPANTOS. Steph. Byz. in v. Τάπας ait, ἑστὶ δὲ καὶ Τάπας ὀνομαζομένη γλῶσση πάλαι Βιθύνια, ἑστὶ τῆς ἰσκαρδοκίας Ζεβί.†

§ 15. De Lingua Mariandynorum.

Excipiunt Bithynos Mariandyni, qui a multis coloni Scytharum existimantur. V. Schol. ad Apoll. Rhod. l. ii. [v. 140.] et Eustath. in Dionys. Perieg. [v. 788, et seqq.] Strabo vero Thracas fuisse affirmat, l. vii. p. 204. [455.] ubi et de Bithynia. Idem, l. viii. p. 238. [531.] aut Mariandynos ortu esse Paphlagonas. Non mirum est, ab aliis annumerari Scythas, sed ab aliis Thracibus, cum Thracæ et Scythæ apud veteres fere semper confundantur. Ex Mariandynorum † lingua aut pauciora vocabula supersunt, ut saltem ad meam cognitionem pervenerunt.

* ΑΔΙΝΙΜΑΙΟΙΣ nomen est cantilenæ Μαριανδυνorum, cujus meminit Pollux, l. iv. c. 7. †

* ΑΚΟΝΙΤΙΟΝ veneni genus celebratissimum apud eos, ut in Dionysium tradit Eustath., p. 117. [ad v. 788.]

Hinc fortasse emendari potest Hesychius, in quo legitur, Ἀκονιτὶς φάρμακον ἐστὶν ἐπιβλητικόν. De Aconito v. Ovid. l. vii. Met. Fab. xxii. Servius in l. ii. Georg. v. 152. Gr. vel potius localem vocis etymologia in tradit

* Βιθύνος ἢ ἑσφῆσαι ἑσφῆσαι, scribit Eusebius in Chronica, p. 12. Deinde vero ait, p. 30, Βιθύνια ἰσκαρδοκίαν ἐστὶ φωνάζει ἢ πρὸς Μαριανδύνους καλεῖται, atque in Chronico Latino, lib. l. p. 15, Bithynia condita a Phœnice, qui primum Mariandynus vocabatur. Conf. Servius ad lib. v. Æneid. v. 373.

* Arcades tamen jactarunt, Bithynos sanguine suo cretos esse. Vide Ex. Spæhemium in Juliano Cæsare, p. 60, 61.

* Hesych. Ζεῦσιες hoc non facit. Legatur tamen Alberti in nota, unde etiam apparet, ibidem Eimardum duos Zipetæ in Regem Bithyniorum serie deprehendisse. Confirmat id Memnon Historicus apud Photium Cod. ccxxiv. p. 720, 721. In scriptura nominis peregrini magna est lectiois varietas in codicibus MSS. et editis. In editione Livii Drakegh. l. xxviii. c. 16. legitur, * deictus Zybota est, Bithyniaque semos in ditiorum Nicomedæ concessit. Vide ibi interpretis. Est et Zelis, cujus mentio in Trop. Proleg. l. xxvii. Hist. Paul. p. 729, idem qui Zipetæ † Thracum quibusdam. Meminit Attemius J. ii. p. 223, ed. nov. 204, ubi deinde Bithynias, sed non patet intelligi Zipetem. Idem dicendum videtur de Polybio xxviii. 5, ubi notatur Valotus et Schweighæuser.

† Exempli ea omnia recte hæc referri, equidem ego non dicam. Is vero adjungi poterit:

ΓΑΑΑΟΛ. Scribit Th. Mag. v. Βαλῆς, ἐπιβλητικὸν ἢ τὴν ἀκονιτὶν ἢ τὴν ἀκονιτὶν ἐστὶν ἐπιβλητικὸν ἢ τὴν ἀκονιτὶν ἐστὶν ἐπιβλητικὸν.

* ΟΚΝΟΣ γλῶσση Βιθύνια φέρει τὴν Βιθύνια ἑσφῆσαν κατὰ τὴν ἑσφῆσαν τῆς ἑσφῆσαι. Ita Suidas.

† Phœreates apud Athen. l. xiv. p. 373. loquitur de τῶν Μαριανδύνων, τῶν Μαριανδύνων.

† Est ea vox aspecta, nec pertinet ad Mariandynos, de quibus Segn. 54. Nunc legitur ἐστὶν ἰσκαρδοκία. V. nota.

Theopompus apud Athen. l. iii. p. 85. Cf. Plinius, l. xxvii. c. 2. Auctor Etymol. M. v. 'Αειδόντες, Scholia ad Nicandri Alexiph. p. 64, 66. et ad Apoll. Rhod. l. ii. v. 334.*
BIPALMIOS, quoddam cantilenæ-genus. Scribit Pollux, l. iv. c. 7. [segm. 54.] Βίωμας ἢ Μοισαίωνος γεγραμῶν ἄσμα, ἢ Αἰγιοντίου, Μοισίους, τοῖς Ἀργείοις, Φυγίον. Et brevis nota, ἢ Ἐ Βορῆος ἢ Ἰάλλα καὶ Μοισαίωνος ἀδελφῶν, Οὐρίων βασιλέως πατρ. Hæc corruptissimæ sunt. Legg. Ο Ἐ Βορῆος ἢ Προλλῆ, vel Προλλῶν, καὶ Μοισαίωνος ἀδελφῶν, Τίτιον, vel Τίτιον, βασιλέως πατρ. Vide quæ de his omnibus collegi in Excerptis MSS. Historicis† de Regno Mariandynorum. Ceterum in universum de Orientalibus observatur, quod propter segnitiam quandam, sibi a natura insitam, se mutuo ad laborem excitare solent cantando. V. locum memorabilem in Chardinii Peregrinat. t. i. p. 127.
ΔΙΡΟΠΟΥΣ: τοὺς αἰετῶν, Mariandynol. Hesych.

Cf. Athenæus, l. vi. p. 263, et Pollux, l. iii. c. 8. [segm. 83.] Pro Mariandyni legendum est *Mariandynol*. In scriptura hujus nominis frequenter peccatum est a librariis. V. interpretes Steph. Byz. in v. *Mariandynia*.
ΣΑΓΑΡΙΣ teli genus, quod quidam Scytharum et Amazonum, alii Persarum fuisse volunt, sed Mariandyni tribuit Athenæus, l. xii. p. 550. Persis attribuitur a Brissonio de Regno Perzar. p. 271, et Belandæ, P. II. Diss. Miscell. p. 227. Hæsiychius vocem exposuit, sed nullius gentis mentionem fecit, *Σαγαρῶν* ἑλένην μαρδοκῶρον, φορέτης, ἄστρον. Vox postrema suspecta videbatur Spingio, conjicienti legendum *ἄστρον*. Respexit vero Glossographus ad Herodoti locum, bene aut male intellectum, l. iv. c. 5, ubi similiter junguntur *ἄστρον* et *σάγαρος*.
ΧΥΤΡΑΣ appellatur Mariandyni nigra Carcas. V. Athen. l. xiv. p. 653.

§ 16. De Lingua Paphlagonia.

Sequitur Paphlagonia, cujus regionis populus semper maxime barbarus habitus est. Lingua ejus nonnullam cum Cappadocia habuit convenientiam, namque Strabo ait l. xii. p. 381. [830.] Cappadociam vocabulis Paphlagonicis scateræ, qualia sunt Bogas, Biasas, Ænates, Ratotes, Zar, Doces, vel cum Casabonno legendum una voce Zardoces, Tiberus, vel Tibius ex ejusdem emendatione, Guays, Ologasus et Manes, quæ barbariam hujus lingue satis declarant. Hinc Paphlagones pro hominibus rudibus et stultis habiti sunt, teste Luciano in Pseudom. p. 836.† Scribit Eustath. in Il. B. p. 330, *φολάττειαι ἢ ἡ λέξις αἰετῶν καὶ οἶν, ἢ καὶ αἱ ἑκαρῆντις, ἀλλ' ὀνομαζόμενοι περὶ πᾶσι τοῖς Παφλαγονίαις, ἢ κρημαρχοῦντι τίνους τοῖς πτόρῶν καὶ τοῖς ἰσθμῶν ἀναβασινοῦντες φασί*, sed loquitur ibi sipe dubio de recentiori, Gr. nempe, Paphlagonum lingua. Vocem *Bix*, sive adjecta terminatione Gr. *Βασί*, Phrygius significasse panem, p. 19. [68.] annotatum est, Paphlagonibus tamen quodam tribuit Scholasticis in Aristoph. Nub. p. 149. [ad v. 397.] Xenophon, qui cum exercitu ipse hæc regionem peragravit, *Ἀναδ.* l. vi. haud ita procul ab initio ait, salutationem apud ipsos in tu esse, quam Sidacem appellant. Aliam vocem Paphlagonicam Hæsiychius profert in *Ἀντιλοκατωσίς*, quem locum, ut qui turpiter est deformatus, studio prætermitto.†

§ 17. De Lingua Galatarum.

Tandem succedunt Galatæ, quos Hieronymus præter Gr. linguam ea usos fuisse docet, quæ Treviri, ut supra jam diximus, p. 15. [44.] Atque id historia eorum confirmat, quam narrat scriptores antiqui Gr. et Rom., Pausanias, Strabo, Memnon in Photii Bibl., Dio Cassius, Livius, Valerius Maximus, plures alii, et quibus cum Wernsdorff in l. de Republ. Galatarum a. 1743, doctè illustravit.‡ Ex eorum lingua supersunt pauciora vocabula, non certe Gr. originis, sed barbara. Scribit Pausanias in Phocicis, p. 354. [890.] *τῆς ἢ βῆσαν τῆσιν Ἰσσιε μὲν καὶ τοῖς ἄλλοις Ἑλλήσοις κίκαρος, Γαλάταις ἢ αἱ ἰσῆς Φρυγίῳ, ἀπὸ τῆς ἰσχυροῦς ἑλένης ὀνομαζόμενοι ἓς*, quem Iones quidem et reliqui Græci coccum, Galatæ vero, qui supra Phrygiam aini, patrio sermone hys appellant. Præcunte Turnebō l. xix. Advers. c. 25, Sylburg. pro ἓς legendum censet *ὄρυξ*. Sed consulende hic sunt notæ interpretis Gallicj Abbatis Gedoyri, t. iv. p. 246 sq., qui pristinam lectionem tuctur, atque etiam observat, vocem hæc ex prisco Celzarum sermone hodieque apud Gallos supersesse.*** Idem Pausanias in l. cit. p. 335. [845.] vocem affert *Μάρακς*, atque significare equum, atque hinc derivat *τριμαρχείας*. Sylburgius in notis monet, Camerarium maluisse *Μάβρας*, addique, metras sane vulgus etiamnum equos appellare. Apud Gallos Europæos aliam vocem in usu fuisse, arguit Plinius, qui l. iii. c. 17. ait: 'Eporides Galli bonos equorum domitores appellant'; quod a Germanico idiomate non multum abuldit. Alii malunt Eporides. Legendum puto Eporides. Homo lingue hujus ignotus non recte vocem protulit. Ad *Μάβρας* ut redeamus, noscio, an huc referendum sit, quod apud Ammianum Marcell. l. xix. p. 174. relatum legitimus, Sarmatas Limigantes pro signo bellico sine classico usos fuisse hæc voce, *Marha, Marha*. Omnis certe harum gentium vis bellica in equis sita erat. Tacitus Hist. l. i. c. 79.: 'Namque mirum dictum, ut sit omnis Sarmatarum vis, velut extra ipsos, in equis, nihil ad pedestrem pugnam tam ignavam.' Ovid. Trist. l. v. El. 7. v. 19.

Sarmaticæ major Geticæque frequentia gentis
 Per medias in equis itque reditque vias.

Et de Ponto, l. iii. eleg. 1,.

Pontica tellus

Finitimus rapido quam terit hostis equo.

Idem affirmant Thucyd. l. ii. [c. 96.] p. 59. ed. Herv. V. Verius Flaccus l. vi. Argon. v. 161. Justinus l. xli. c. 3. De Thracibus id colligas ex Xenophonte l. i. *Ἀναδ.* p. 152. ed. Gr. Steph. Apud Ausonios quoque, sive *Osces*, hæc vox locum vitæ obtinuisse. Commemorat Ælianus, l. ix. Var. Hist. c. 16. antiquissimo Ausonium tempore fuisse virum quendam *Máγος*, sic dictum, quod ex dimidio vir, ex dimidio equus

* Comparatur imprimis Steph. Byz. v. *Αἰετῶν*, ibi Berkelinus et Holstenus. Neque *Αἰετῶν*, neque etiam, quod sequitur *ἀετῶν*, voces peregrinas sunt et salis Mariandyni vindicandas.

† Excerpta ista non sunt inter mea Jablonskiana.—Polluci jungatur Hæsiychius, scribens, *Βίωμα ἢ οἶν*. Ibi Casabonno et Schreivighausen ad Athen. l. xiv. p. 245, ubi quædam *Βίωμα*, nunc *Βίωμα* editum.

‡ T. ii. p. 217. Notabilior ætatem est Luciani locus in Pansid. §. 14. l. iii. p. 175, ubi non tantum lingue Paphlagonicæ meminit, sed et tandem conjungit cum lingua Cappadocicæ et Bactrianicæ.

§ Xenophonitis mentem minus recte percipere videtur Jablonsius. Non salutationem, sed eamdem sic appellari, hinc Historicis, neque Paphlagonibus istam vocem attribuit, sed Thracibus; et quæ hæc narratur, Græcæ quidem sunt in Paphlagonia, sed a Thracibus, qui erant in Thraciâ exercita Asian moerora tunc

transcunte. Legendum *αἰετῶν*, nomen regis Thracum, cujus laudes caelestibus, et de quo Thucyd. l. ii. c. 29, 55, Diocl. Sic. l. xii. c. 30.—Qua in editione Hæsiychii invenitur *Αναουσιονεύς* equidem ignoro, sed in Hæsiychio, Schreveliana et Albertina legitur, *Αναουσιονεύς* ἢ *αἰετῶν* ἢ *αἰετῶν* ἢ *αἰετῶν* ἢ *αἰετῶν* ἢ *αἰετῶν*. Varii vario aut illustrare conantur aut emendare. Vix omnium ejusdem interpretis optima videtur Kusteræ. Est autem sermo de quodam Paphlagonum ritu, sed neququam de ipsorum lingua, ad quam certe non potest referri *Αναουσιονεύς*—Nepoti juræ vocibus Paphlagonicis numerabatur: *Εἰσῆς* cupra, apud Steph. Byz. h. v. et *Ἰέλιος*, quo nomine Paphlagonia appellabatur, sive *τοῦτοῦ*, testatur Etymol. v. *Βαβυλῶν*.

¶ Comparatur creditur E. A. Borgeri interpretatio repr. Panli ad Galatas (L. B. 1207.) p. 4. 499.

** Annotetur ille habuit Kishnum præclarum imprimis scriptorem Gr. interpretum, qui item consularum de voce *Μάγος*, p. 245.

fuerit. Vox hac altera sui parte videtur esse truncata. Etenim sive Mar equum notat, sive, quod ferè malim, virum notaverit, vox non est integra. Mar autem Oscorum vetusta lingua virum seu hominem dictum fuisse, ex nonnullis Osciis vocabulis colligo. Sic Monar stultus homo, Casnar seu Casmar est senex homo. Que Hesychinus et alii e Galatarum lingua afferunt, incertam est, sicutne ea ad Celtas Asiaticos, an vero ad Europæos referenda. Præterea ex Hieronymi testimonio tantum scimus, quantum ad nostram rem erat necessarium.

§ 18. De Lingua Lycaonica. Lycaones eandem cum Cappadocibus habuisse linguam, adstruit.

Quæ hæcenus disputavimus, sunt nobis cuidam velut munimento, quod adversariorum impetus frangat, nobis vero præsidium et securitatem præstat, ut tutius in hac arena versari possimus. Etenim, ut Phryges, Lydæ et Caræ tacem, si Mariandyni, si Paphlagonæ et istius ora gentes semper barbæræ perstiterunt, et si istæ linguæ non e Græcia profectæ sunt, quanto magis id de sermone Lycaonum dicendum est, qui non modo Græci commercii expertes fuerunt, sed ne Regi quidem Persarum, cum in totam Asiam in sua fide habuit, obtemperare voluerunt. Quod scriptor optimus, quique hæc suis oculis subjecti, Xenophon testatur, l. III. *Ἰσθῆ.* [c. 2. §. 14.] p. 208, sive p. 179, ed. Gr. Steph. *Λυκάωνες δὲ, ἰσχυροὶ καὶ ἀσπὲς ἄνθρωποι, ἐν τοῖς πλείοσι τὰ ἱερὰ κατὰ νόμον τῆν τοῦτο χάριον κεραιούσας, Lycaones autem scimus, occupatis camporum monumentis, impune ex ejusdem, regis, agro victum sibi querere. Quod mirum non est, siquidem montibus collibusque circumscripta clausaque tota est Lycaonia, nisi quæ Cappadocibus patet. Cf. Strabo p. 370. [811.] De montibus Taurorum, qui Ciliciam inter et Lycaoniam habitabant, in Anthol. MS. Epigr. cxcvii. v. 10, *στῆράων τῶνδ' ἰσθῆν ἀλαφρότους ἰσθῆσιν.* Unde fit, ut ante Alexandri M. tempora rarissimam gentem Lycaonicam, linguæ vero nullam mentionem fieri videas. Plinius propterea gentem hanc ignobilem vocat l. v. c. 29: 'Convenit' Lycaones, Appiani, Eusebii, Dorylai, Midæi, Julicenses, et feliqui ignobiles populi xv.' Ad ultimum Lycaones, quavis essent *ἄβρις ἐν πάλαισι*, bellicosus, ut observat Dionys. Perieg. v. 357, Alexandro tamen M. non restiterunt, sed potentia cedentes se dederunt, ut Curtius memoria prædidit l. iv. c. 5. Postquam Alexander diem suum obiit, varios experti sunt dominos, quorum nonnulli Arriani commemorat, de rebus post Alexandrum M. gestis apud Photium Cod. xc. Sequentibus vero temporibus Lycaoniam nunc Cappadocia¹ reges, nunc peculiare tyranni tenuerunt sibi subjectam, donec a Romanis sub Augusto in Provinciam redigeretur. Quibus ultimis temporibus, ut pluri Orientis populi, linguam Gr.² didicerunt, sic tamen, ut patrum sermonem retinerent et *ἑβραῖστί* essent; quod etiam ille Actorum Apostol. loco, de quo sermo est, ostendit plauquæ facit. Magis etiam Lycaones Gr. sermoni assuevisse, quando sancta Evangelii doctrina apud eos incrementa sumit, patris verisimile est: quod non diu post Apostolorum tempora contigit. Atque discimus ex Hist. Eccles., Episcopum Iconiensem Lycaonia Metropolitani in magna auctoritate ab antiquis inde temporibus fuisse. Seculo tertio legimus omnes illius oræ Episcopos Iconium confluisse, ut Concilium haberent, de quo Baronius ad an. 258. n. 14 et 15.³ Seculo autem quarto in Synodo habita Sida, quæ est civitas Pamphylia, Amphiloebius Iconii Episcopus *ἔρχεται τῆς Σιδῆος, καθ' ἑσπερίαν ὁδὸν καὶ ἰσθμὸν Ἐπικύριον κί, præfuit Synodo, assidentibus aliis etiam Episcopis numero xxxv., ut est in Excerptis hujus Synodi apud Photium Cod. lxi. p. 17. ed. Hoeschel. [38.] Accesit quidem Firmilianus, in Epist. ad Cyprianum de Synodo Icon. p. 221. ed. Felli Oxon., hæc civitatem Phrygiæ, non secus ac Xenophon l. i. *Ἰσθῆ.* [c. 2. §. 19.] p. 147. ed. Steph. Gr.⁴ Sed diversa ratio est. Firmilianus enim hoc fecit propter ignobilem Lycaonia nomen, et quod senam obliteratum est, adscribentibus aliis Lycaoniam Phrygiæ, aliis Cappadocia. Xenophon vero eam civitatem facti terminum Phrygiæ ad Lycaoniam. Verum omnes Geographi et scriptores alii, Strabo, Ptolemæus, Stephanus, Cicero, Iconium dixerunt esse urbem aut ipsam Metropolim Lycaonia⁵ et res ipsa loquitur, Iconium non ad Phrygiam, sed ad Lycaoniam pertinere, si hæc regiones a se invicem distingas, quemadmodum Cellarius et alii Geographi recentiores recte fecerunt.**

Sed quis tandem ille Lycaonum patris et avitis sermo fuit, si non e Græcia promanavit, an peculiaris quidam, an vero ex viciniorum dialectis commixtus? Veritatem, ut opinor, assecutus est illustris H. Grotius, quem supra [p. 7.] diximus, linguam hæc habere pro Cappadocia. Nihil est, quod jure objicere possimus; sed et e contrario, quantum vires permittit, pluribus istam sententiam ex Strabone stabilire conabimur. Id vero non ita accipi velim, ut Lycaones linguam Cappadocicam, antiquam illam, puram conservasse cogitemus; immo id facile largiri fuerim, ipsos, ut post Alexandri M. tempora e sermone Gr., ita ex vicinis etiam linguis

¹ Parum abest, quin hæc retractem, et observationem meam, quæ inter scribendum mihi esse quendam obtulit, nunc ipse rejiciam. Nonam enim videtur ex Sicilia et a Græcia Doribus et Eubois in Italiam pervenisse. Hæretici aut, *Μαγιστὸν μὲν ἄλλοις ἰσθῆσιν, ἀσπὲς, ἀσπὲς, Νουτάρη* hocianum Scalliger ad Festum, quibus verba sunt: *Monar, Siciliæ statum vocant.* Scholiastes Lyceoph. p. 91. [ad v. 1154.] et Eustath. ad H. A. p. 154. *ἰσθμὸν* exprimit *ἰσθμὸν.*

² Quod per Conventus et Convenire significat Plinius, v. apud eundem L. c. in antec. et seqq. Idem l. iii. c. 4. 'Convēntus Hæpalestis,' p. 153 et paulo post, atque c. 3. 'Univera Provincia dividitur in Convēntus septem, et,' Cartaginense convenient Pappi XXI.

³ Pilius Ariarathis, regis Cappadocia, Lycaonia et Cilicia datus sum, teste Justino l. xxxiii. c. 4. De Amynta Principe Lycaonia videtur Dia Cassius l. xlix. p. 411. [392.] Seculo secundo post C. N. Lycaonia cum aliis Asia minoris Provinciis paravit in Provinciam. V. Inscriptionis memorantur a Constantino Porphyrogeneta, et ex eo a Reimio relatam in Syntagma suo, p. 455, ubi notas quoque casuale.

⁴ Usam linguæ Lat. postquam Lycaonia Romanis paravit, ut narrat Dio Cassius l. lxi. p. 514. [721.], quod Lycaones obtinere non dubitamus. Plinius l. lxi. c. 5. de Italia loquitur ait: 'quæ tot populorum diocreses feruque linguæ sermonis commercio tractantur et ad colloquium, etc.'

⁵ Dicat esse¹ jura linguæ, paulatim a domestico externo sermone degenerare, cum Curtio l. vii. c. 5. §. 29, vel etiam trilinguæ, uti Siculis appellat Apollonius l. ii. Metam. in principio. Postremo autem Græcorum et Romanorum temporibus, sermo Gr. apud populos aliquos barbæra inibat, ut omnes ferme, præsertim vero Optimates, nisi minus loqui Gr. ut intelligere tamen aut omnia aut plurima scirent. Hic dicit omni *μαθηθησάντες* et *ἑβραῖστί*, ut supra dixi §. 5. [p. 26, ibi not.] Duplex modo sic dicit passum, ut ratione linguæ qua uti sunt, aut propter matritatem et parentibus Gr. et Barbæris. Sic Cyrus dicitur semi-Persæ. V. Apollonius Apolog. p. 489, ed. Elmsl. Juven. Virg. viii. l. 6. v. 589 qui Evandrum ait matrem matre Sabella. Sed apud Agathiam l. iii. p. 69. *Ἰσθῆσιν, ἰσθῆσιν* idem est, quæ Latini appellant Gallo-Grecum.

⁶ Adscribam unius Ptolemæi locum, l. iv. c. 6. Sub Cappadocia complectens ejus Præfecturas, et inter illas Lycaoniam quoque comprehendit. Commemorat etiam alia Cappadocia Præfecturas, tandem ad Cappadocia Præfecturas; hujusque vires numerantur *Ἀλικαρῶν, Κίον, Ἰσθῆ, Παρόλι, Κίον, Κίον, Κίον, Κίον.* Observat dignum est, quævis hic minus pertinet, Coniam, quæ sepius fit mentio ab Abulpharaz, non differre ab Iconio, et seculo xiii. ac xiv. fuisse Metropolim totius Asiae minoris. V. Heberleii Bibl. Orient. voce *Abaka Khon.* [t. 6. p. 5.]

⁷ De tempore habite Synodi Iconiensis a Baronio, Bilio aliquo dissentit Valentinus ad Eusebii H. E. vii. 7. Dissentit pariter Pagnin et Harduinus. Cf. Mansueti not. ad novam et ampliatam Conciliorum Collectionem, t. 1. p. 907, 914.

⁸ Item scriptor Actorum Justini Martyris, in Reliquiis Actis Martyrum sinceris, p. 59. 4. 3. ejus conjectura, ex qua per Iconio Phrygiæ legendum Iconio Lycaonia, non prohibita videtur, ut e Xenophontis verbis intelligi potest.

quedam accepisse. Iconium sane, ut modo retuli, tanquam extremam Phrygia urbem intranti Lycœoniæ, describit Xenophon l. 1. *Asiæ*. p. 170. Ex quo intelligimus, in multum cum Phrygiæ commercia interessisse. In eo assentior Viro summo, patriam eorum et usitam linguam fuisse Cappadociam. Strabo l. xii. sub initium commemorat, Cappadoces peculiari lingua uti, eoque, qui illa lingua utuntur, versus meridiam terminari Cilicio Tauro, versus orientem Armenia et Colchide, versus Septentrionem Buxino mari usque ad Halys fluminis ostia, versus occidentem Paphlagonia natione et Galatis, Lycœoniæ usque et Ciliciam asperam. Videntur hic Lycœones excludi, sed si rem accuratius perpendamus, contrarium nullo negotio ex Strabone elicemus. Etenim si e Galatia profisciscaria, in Lycœoniam venis, et tandem in Ciliciam asperam. Jam vero si Lycœonia est terminus, non potest esse Cilicia aspera, quæ Lycœoniæ sequitur, et ab ea Tauro monte dividitur. Itaque Lycœoniæ includas, plane necessarium est, id quod etiam tota illa descriptio alique insuper argumenta evincunt. Ita item Strabo ait, p. 371. [813.], longitudinem Cappadociæ *ἠεροῦσσαν* a Lycœonia et Phrygia ad Euphratem usque patere.¹ At Phrygia pone Lycœoniam sita est. Quod itaque ex mente Strabonis accurate terminos ponere velis, a Phrygia incipiendum inclusa Lycœonia, et usque ad Armeniam peribundum est. Quam late extenditur Taurus et Antitaurus, soli Cappadoces et Lycœones habitantur. Finis Tauri ab altero latere Cappadociam, ab altero Lycœoniam terminabat, ut adeo hæc gentes fere pro una habenda sint. Et sic Strabo dicto jam l. xii. p. 392. [855.], *Περσικὴ ἢ ἕξ τούτοις τὰς εἰσὶν εἰ τῶνος, ἢ τῆς Καρταδικῆς ἕξασ, καὶ τῆς Ἀσσυριακῆς, πρὸς τοὺς ὑπεριμνίους Κίλικας τοὺς τραχηλάτας*, ad hæc loca jam Taurus accedit, Cappadociam et Lycœoniam distinguens a Cilicibus supraiacentibus, qui Trachitibus ab asperitate regionis dicuntur. Tempore Artaxerxis Mnemonis Lycœones etiam cum Cappadocibus nisi subjecti erant Satrapie, teste Xenoph. l. vii. *Asiæ*. in fine. Legimus autem apud Strabonem p. 370. [813.], Sisyum, qui Cappadocum regnum affectavit, in montibus Lycœonia regiam suam habuisse. Præterea, sæpenumero Cappadocum nomine inclusos fuisse Lycœones, in priscis scriptoribus facile, qui volet, deprehendet. Ut et multis uno uti exemplo, scribit Plinius l. viii. c. 58, Onagros non transire montem, qui Cappadociam a Cilicia dividit, ubi nomine Cappadociæ Lycœoniam quoque intelligendam recte monet interpretes, imprimis qui Onagri sigillatim Lycœonia attribuntur. Cf. Varro de Re Rustica l. ii. c. 6, et ipse Plinius l. xviii. c. 44, [Strabo l. xii. p. 852.]

Quæ quidem omnia si secum invicem comparantur, et cum aliis scriptoribus contenduntur, perspicuum fore spero, veram esse Græci sententiam, adeoque linguam Lycœonicam non fuisse diversam a Cappadocica. Quod tamen cum dico, inficias ire nolo, complura in usu apud Lycœones fuisse vocabula, quæ Cappadocibus ignota fuerant. Ex eo genere fortasse fuit vox *Ζάρβα*, quam Relandus p. 11. *Diss. Misc.* p. 262. ad veterem Persarum linguam refert. Mihi videtur Lycœonica sive Isaurica. Scribit Suidas in v. *Μουσοργυρῶν*, *Φάλτρου*: *ἢ ἡ μουσοργυρῶν βάρβαρος ἢ τῆς γυλιῶν: ἵσχυα αὐταῖς λεγόμενα Ζάρβα—ἢ ἢ Ἀρβαζικῶν, ἢ Ἀρβαζικῶν, μουσοργυρῶν συνήξ τούτων, ὅσαι οὗτ' ἴσχυα βάρβαροι ὄντων κ. λ.* Hic vero Arbazicus erat Isaurus, ut idem Suidas habet in *Ἀρβαζικῶν*, ubi tamen et dicitur, quod ex Armenia fuerit.

§ 19. De Lingua Cappadocum, quam fuisse vetustam Assyriacam existimamus.

Sic fere tandem ad finem pervenimus. Restat nunc, ut, quæ fuerit Cappadocum lingua, breviter disquiramus. Atque id nunc non examinabo, sitne peculiaris lingua; nam ea, quæ modo ex Strabone pro lingua Lycœonica afferbam, de hac re non dubitare non sinunt.² Ceterum, cum pauca admodum de lingua vetusta Cappadocum comperta nobis sint, certi aliquid definire vix licet. Quoties vero hæc de re cogitavi, suspicatus sum, fuisse hanc linguam eandem cum vetusta Assyria. Bochartus, vir insignis, ita de Cappadocibus sentit: *non abhorraisse eorum sermonem a Syrio, sed fuisse impurissimum*, in *Phaleg. col.* 535. Cujus sententia hæc etiam reddit rationem, quod Leucosyri dicantur apud Steph. Byzant. Si memoria veterem historiarum repetimus, Cappadociam primum Assyriæ accessit fuisse cognoscimus. Doctet ille vetus usque eruditus Apoll. Rhod. Schol. in l. ii. v. 948, *Ἀσσυριακὴ ἢ τῆς Συρίας τῆς Καρταδικῆς: ἰκαλιὸς ἢ τάλια ἰσχυα*, ubi ipse Poëta loquitur de Sinope urbe Assyria, quæ erat in Paphlagonia.³ Idem Schol. ad v. 966, Assyriam, illic memoratam, interpretatur Leucosyriam. Cf. Strabo l. xvi. init. Cum Assyriorum nomen ferme obsoleto caset, eique Syriam appellatio succederet, etiam Cappadoces Syri vocati sunt, et quo a ceteris Syris distinguerentur, Leucosyri dicti sunt. De Leucosyri nihil addam, cum res ex Strabone, Stephano, Scholiastæ Apollonii, Eustathio aliisque nota sit, præter hoc Hesychii, *Λευκίσιονες: Βαβυλωνίους λευκίσιονες*, et Photii in Lexico MS. *Λευκίσιονες: ἢ Καρταδικῶν, καὶ οὗτ' εἰ ἴσχυα Σύροις*, nempe *καλιότις*. Sui quoque idem Cappadoces, Syri, Leucosyri et Babyloii. Notabilis admodum est Herodoti locus l. i. c. 72. scribens, *Ὅτι ἡ Καρταδικὴ ἢ Ἐλλάντι Σύροις ἰσχυαζοῦται ἢ τῆς ἰσχυα ὄντων, τῆ μὲν πρότερον ἢ Πέρσαι λέγουσιν, Μήδων κερσίσιον, οὗτοι ἢ Κόρον*, Cappadoces autem a Græcis Syri nominantur, et erant hi Syri, antequam Persæ imperitarent, ditiosius Medorum, tunc vero Cyro parebant. Ipsum Cappadocia nomen Persicum est, si Herodoto assentiamur, ut equidem facile assentior, cujus licet est locus l. vii. c. 72, *ἢ ἢ Σύροις οὗτοι ἢ τῆς Περσῶν Καρταδικῆς καλιότις*.⁴ Certe reges Cappadocia ad Cyrum Persarum retulisse genus suum, testatur Diod. Sic. l. xxxi. apud Photium Cod. cxxv. [p. 1157. t. ii. p. 517. ed. Wess.] Sacra Cappadocum fuerunt etiam Persica, teste Strabone l. xv. p. 504. [1065.] Nomina meminum Cappadocicorum perhibentur Persica esse, ut infra dicitur.⁵ De lingua Assyriaca sunt, qui dicant, eam fuisse Chaldaicam ipsam, alii argumentis non contem-

¹ Verba Strabonem, *ἠεροῦσσαν* ἢ *τῆς εἰς Ἀσσυρίαν καὶ Φρυγίαν κ. λ.* Conf. Herod. l. iv. c. 49, 52. Potest ad hunc loquendi modum trahi illa phrasia, quam Poëta familiariter esse observat Strabo l. viii. p. 435. et alii Eustath. in B. r. p. 305.

² Hinc Syri dicuntur tempore Herodoti tenuisse Sinopen, quibus cum urbem Aulicam Græcorum imperio. V. Plutarchus in Lucullo p. 925, 926. ed. Steph.

³ Verba illa notanda, quam quod Plinius affirmat l. vi. c. 5. a Cappadocæ, sive fuisse cognominatus Cappadoces, vel etiam a cælestiæ gentis Cappadoces, et legitur apud Steph. Byz. v. *Καρταδικῶν*, qui prævoce ad Herodotum, sed apud quem id frustra queritur. At recte corrupta est substituenturque nomen Herodoti vel simile, aut illa Herodoti verba, ex gr. l. i. c. 72. v. 49, vii, 72. ex videantur eorum linguarum.

⁴ In Remerii Excerptis ex Mose Chlorentium Armeno p. 7. hæc leguntur: *Utiq. Aram rex Armeniæ, Ninus antiquior, in Cappadociam progressus parvulum orbium habuit Paphlagoniam, virum de stirpe Cissarum* Cissari tyranidem suam excrevit a Mero Paphlagonia usque ad Oceanum, eorum profugum cogit Aram fugere in Iordanis quandam mariæ Asiaticæ. Retulit deinde ad eundem regionem quendam Armenum Duram nomine Misak, cum pluribus hominum milibus, ipse vero rediit in Armeniam, mandavitque subjecta regionis incolis, ad Aram discedere. Dux ergo, cum ille civitatem addidisset, eam a suo nomine vocavit, quam tamen imperfecta pronuntiatione dicebant Misak, quæ multa post tempora a Casare dicta est Cazarea. Cum hæc narratione confiteri possent verba

⁵ Næc tantum Lycæoniam jugit linguam Cappadocum, Paphlagoniam et Bithyniam, in Perodot. l. 13. sed dicitur etiam Apoll. l. iiii. c. 41. Hujus autem verba de vii. Nephel. l. tr. c. 15, non perfertur videntur ad linguam Cappadocum, sed ad horum pronuntiationem fig. Gr. crassam et duram: a quo vii Apollonium fuit immuni, si vera natio Paphlagonia l. i. c. 7, 14, 17.

Gr. p. 61. An recte, dubito ob ea, quæ de eodem Apollonio libe scribit Philostatus l. iii. c. 41. Hujus autem verba de vii. Nephel. l. tr. c. 15, non perfertur videntur ad linguam Cappadocum, sed ad horum pronuntiationem fig. Gr. crassam et duram: a quo vii Apollonium fuit immuni, si vera natio Paphlagonia l. i. c. 7, 14, 17.

NABA dicitur instrumentum Musicum Cappadocum, a Clemente Alex. l. i. Strom. p. 307. [363.] Alii tamen aliis gentibus, ex. gr. Phœnicibus sive Hebrais, Syris, Assyris, tam instrumenti inventionem, quam nomen adscribunt. V. Strab. l. x. p. 387. [724.] Athenæum l. iv. c. 23 [p. 179, 180. ed. nov.], Bochartum in Geogr. S. p. 807. 808.*

NHEEIA animal est Cappadocium. Hesych. Νηεία ἐν Καρπαδοκίᾳ γερμανὸν μῖον, ἐν σκίσιον τὴν λέγουσι, Necis mus est, qui in Cappadocia reperitur, quem sciarum, seu nitelam, quidam dicunt. Videtur esse animal illud, quod hodie in regionibus illis vocatur Zits-jan. Effigiem illius et descriptionem vide apud Corn. de Bruyn t. v. Itiner. p. 205, ed. Gall. Cf. etiam, que de nitelis volantibus referuntur in Transact. Soc. Angl. atque ex illis in Diario eruditiorum Gallico, Journal des Savans, Avril 1740, Art. iii. p. 511, 512. Legantur item Gmelini Itinerarium Sibericum l. ii. p. 233, 234, Stalenbergius in Asia et Europa Septentrionali et Orientali p. 350, 395, de muribus vel nitelis in regionibus circa Caucasum Olearius in Itiner. p. 740. ed. Germ., et de iisdem circa Pontum Euxinum Chardin Voyages t. i. p. 119. Ejanmodi sunt murus, de quibus Ælianus de Animal. l. xvii. c. 17, ex quibus vestes confectæ dicebantur *καρπασσὶ* sive *καρπασσίου*. V. Pollucem p. 339. [l. x. segm. 123, ibi pereximiam Hemsterhusii annotationem.] Hesych. v.

Καρπασσὶ [c. n. Alberti et aliorum]. Scalligeri Conjectantur in Varronem de L. L. p. 67. Hinc forte vestes Armeniorum appellatur *μασὸς*, ex murium nempe pellibus confectæ, apud Pollucem l. vii. c. 13. (segm. 60, et Hesych. v. *Μασὸς*.) V. omnino les Voyages de Tournefort l. ii. p. 113, 197. Plinius l. viii. c. 37, mentionem facit murium Ponicorum, qui forte idem sunt, et de quibus eorumque similibus, ex quorum pellibus vestimenta contextantur, quædam habet Eustath. in Hexæm. p. 96, 97, et Is. Vossius Comment. in Catullum p. 190. Jungantur Anonymus in Expositione totius mundi, in Hadsoni Geographis Minor. t. ii. p. 10, et Relation de la Tartarie par Martini p. 147, ubi hæc verba: 'des souris de Moscovie, que nous appellons communément martes Zibelines.'

ΕΑΝΑΘΗΠΙ nomen mensis Cappadocii. ΠΕΡΑΞΙΑ eorumdem Dianæ Cappadocium. V. Strabo l. xii. p. 370. [811.]

PHENGITES lapis in Cappadocia. Isidorus l. xvi. c. 4. Sed rectius forsitan nomen Gr. videbitur, conveniens proprietati lapidis, qui illic describitur.

ΣΟΝΑΡΑ mensis Cappadocium.

ΤΕΤΟΥΣΙΑ itidem nomen mensis, forte non diversus a Dathusa, de quo brevi atque diximus.

ΤΙΠΕ } sunt quoque nomina duorum mensium in
 ΕΣΜΕΝΙΑ } Cappadocia.

§ 19. Conclusio hujus Disquisitionis.

Cum jam prima hujus Dissertationucule folia Typographo commissem, amicus quidam meus, Lipsia rediens, mecum communicavit Viri Rever. et Magnifici C. F. Boerneri eruditam Distribun, que Acta Lycaonicæ insigniter illustravit.† Summopere verò mihi gratulor, Virum doctissimum et ita mecum sentire, linguam Lycaonicam non esse Gr., et Rich. quoque Bentleii argumentis tantum auctoritatis tribuere. Quotum enim abhinc pondera meæ sententiæ accedat, facile intelliget, quisquis Boerneri summam eruditionem, cum incredibili quadam animi vi et perspicacia conjunctam, perpenderit.‡

Atque hæc sunt, que de lingua Lycaonica, pariterque de finitimis, hactenus comperta habeo. Nihil restat, quam ut rogitem æquos benignosque lectores, æqui bonique hæc qualicumque consulat, et tenues meos conatus favore suo promoveant.

FRID. GUIL. STURZII

DE DIALECTO MACEDONICA ET ALEXANDRINA

LIBER.

LIPSLE APUD JO. AUG. GLO. WEIGEL MDCCCVIII.

PREFATIO.

DE dialecto Alexandrina scripturo video mihi nonnulla præmittenda esse de consilio meo atque instituto. Fortassis enim, ut fit, non deerunt, qui temere susceptam hæc operam neque ullius utilitatis esse convincien-

* Comparatur docti homines ad Hesych. v. Νηεία et Νηεία, Vatekenaris in Callimachi Eleg. Fragm. p. 16, 17.

† Boerneri Dissertatio Lycaonica est in Thesouro Novo Dissert. ex Musæo Hassi et Kœmi, t. ii. p. 625—637. Paucis tantum verbis p. 633 significant, disjungere alii sententiam eorum, qui linguam Lycaonicam potuisse esse ling. Gr. dialectam, sed contra probare se Bentleii aliorumque opinione, Lycaosam peculiariter et a Gr. distinctam linguam habuisse existimantibus. Boernerianam excipit illic, p. 636—644. Disquis. Jablonkii. Huic inseritur p. 645—657. Dissertatio Petri de Apollonii Pselli et Basiliani a Lycaonicam fuisse Cappadociam, sed adjungit: 'Cumque in minori Asia Gr. Lingua eas obtineret, sine dubio peculiaris ejus dialectus fuit, ut in aliis regionibus Dorica, Ionica, etc.' Nihil illic amplius de lingua Lycaonica. Major habet momentum majorique eruditionis copia est scripta Distribun Golinæ, in eodem Thesouro Hassi-Kœmiensis repetita, p. 657—661, de lingua Lycaonica a Pelagio Græcis orta. Negat, sermonem Lycaonicam emuldem fuisse, qui Cappadocum, sed vulgarem quandam ling. Gr. dialectum. Dissertit a Jablonkio, cojus tamen

Dissertationem, quamquam multa quaesita cura, et c. Wolff tantum Curis Philologis notam, non viderat, ut scribit j. v. Quod perfectio mirum videatur, cum Gublingii hiemio post Jablonkium scripserit, fuisseque isto tempore Theologus et Philologus Gœttingensis, jam intra disputatibus non vulgaris argumenti nominis famam consecutus, moxente Cl. Saxio P. v. Onom. p. 366. Quidquid id est, ipse existimat §. vii. 'Lycaonicam linguam ab origine omnino Gr. derivatas, migratione tataro, coalitione cum aliis gentibus communitateque, in ea ipsa incognitate temperia, natam regionis, arte vel inguenteria incolarum, varia mutatione, atque ab prima stirpe, more linguarum communi, defecisse.' Quam ille sanæ sententiam docte illustrat et confirmare conatus est. Recte, an veros, poterunt judicare, qui libello Jablonkii et Gublingii diligenter comparant.

‡ Historificum hoc de Boernero testimonium confirmant, cum nudi die, tum præclarè illi vixit eruditiois estimatores, Ernestum in Opusce Theolog. p. 7, et Saxio, qui sibi etiani, Lipsia olim in literas incombentibus, satis expatitè scribit, p. vii. Onom. l. 16^o p. 63, 64. Boernerm ferulianum duxitque Theologum hancquam fuisse.

tur.¹ Quales criminaciones ut repellam, nihil aliud mihi afferendum puto, nisi viros multos præclaros et insigniter doctos, e quibus vel unum Jo. Alb. Fabricium² laudasse sufficiat, jam dudum optasse, ut aliquando vel harum rerum peritus vestigia illius dialecti paulo diligentius, quam adhuc factum esset, persequeretur. Quæ enim Jo. Croius,³ Humphr. Hodius,⁴ Jo. Conr. Schwartzius,⁵ Mich. Maillaire,⁶ Jo. Jac. Breitingerus,⁷ Jo. Dav. Michaelis,⁸ Jo. Frid. Fischerus,⁹ alique¹⁰ habent, ea mihi modo sufficere quævis intelligit. Quod ut magis pateat, utque a quolibet, quam proferent in talibus iudicandis versandum sit, cognoscatur, et, quam lubricam viam non ingressi simus, perspicatur, non alienum a ratione mea videtur, e libro Croii præsertim cum jam rarecere cœperit, cumque etiam Hodius¹¹ cum secutus reperitur, exempli loco ponere, quæ ille de nominibus Ἑγγρηά, σφά, et σφαστά disserat. Hæc enim cum in versione Alex.¹² de vâbus et magis legi constaret, e dialecto Alex. derivare hæc eorum potestatem non dubitavi. Mihi vero non soli Alexandrini videbantur ita usse illi vocabulis. Nam Ἑγγρηίαι, auctore Schol. Sophocli ad Elec. 423. est διατάξαι δέαιαι, et ipsi Ἑγγρηά a Polluce 7, 188. diserte in hominum futura prædictionum numero referuntur, atque ab eodem 8, 124. dicuntur sic appellati fuisse si τὰ περί τῶν θεοκρασιῶν καὶ τὰ τῶν ἄλλων ὑπὸν δεικνύοντες. Qui vocabuli usus confirmari etiam potest optimorum scriptorum locis. Sic ab Herodoto 1, 78. Cæcus narratur διατάξαι misisse ἰς τοὺς Ἑγγρηίαις Τελμιστίαιον, eoque jussisse consulere de prodigiis ejusdem significata. Apud Theophrastum (charact. 16, 2.) homo superstitiosus, si forte minus perosent secum fatuorum, adire legitur πρὸς τὴν Ἑγγρηίαν. Xenophonte (Cyrus 8, 3, 11.) auctore, sacra facta sunt, αἱ Ἑγγρηάσαι οἱ μάργι. Plutarchus (de la. et Oair. c. 28.) Timotheum, quem ex Eumolpidiarum familia fuisse aliunde constat, appellat Ἑγγρηίαν. Et in vita Numa c. 9. ἰ μάργιαι, inquit, τῶν Ἱστορίαις αἱ ἐγγρηά καὶ σφαστά, μᾶλλον δὲ ἱεραφάντοι τάτοι ἰσχυρί. Omnium minime prætermittendi sunt loci, in quibus nomen μάργιαι et Ἑγγρηίαι junguntur tanquam posse idem significata, ut Platonis: (insente libro 8. de legib.) Ἑγγρηά καὶ ἱεραί, ἱεραί τε, καὶ μάργιαι. Et Aristidis (Panath. T. 1. p. 196. ed. Jebb.) ἰὰ τὸ ἀκροῖο μάργιαι καὶ Ἑγγρηά.¹³ Schol. Aristoph. ad nubd. 331. Ἀμακὸν ὁ μάργιαι, ἰν Ἑγγρηίαι ἰκαλῶνται.¹⁴ Apud Ægyptios vero, atque ad Alexandrinos, Ἑγγρηίαι erat magistratus περίφραν ἀπαρχήματος, καὶ ἔργων πατριῶν τιμῆς, καὶ ἰκαλῶνται τῶν τῆ πάλαι χροτίαιον, auctore Strabone.¹⁵ Neque magis ostendi posse arbitrari, cum, quem indicavimus, vocabulorum σφά et σφαστά usum, solis aut maxime Alexandrini fuisse proprium. Certe, ut alios mittam, cum Ægeus apud Eurip. (Med. 683, 685.) hoc itineris sui consilium esse ostendisset, ut Pittheum de oraculi ab Apolline sibi dati sententia consuleret, Medea consilium istud probat his verbis (v. 686.): Σφάσι γὰρ ἀνῆ, καὶ τριβῶν τὰ τοῖδα. Et Herod. 2, 49. Melampodem dicit fuisse ἀφῆρα σφά, μαυρίαι τε ἰαυτοῦ τυττάσαι, quem postea secuti sint alii σφαστά. Itaque Ἑγγρηά, σφά, σφαστά, et μάργιαι, habent, etiam apud alios scriptores, notionem fere eandem, ita quidem, ut σφά et σφαστά sint nomina generis, μάργιαι et Ἑγγρηά species, quorum tamen illud laius pateat, hoc angustius.

Jam quomquam ego neque tam sum invidus, ut de meritis aliorum et fama, detrabere ullo modo studeam, neque tam arrogans, ut ne solum sapere aut satis idoneum esse ad recte pertractandum hoc de Alex. dialecto argumentum existimem, neque manibus ejusdem gloriola, cui iustum pretium statore dudum dediti, adeo cupidus, ut rem, quæ difficilis et operosa non minus quam incerta et exigui præti videatur, agere facile ac libenter velim: tamen honestis multorum virorum doctrina excellentium precibus, ut, quæ olim de dialecto illa scripsissem, denuo edere, auferam, ubi opus esset, et emendarem, tandem cedendum putavi, nullum laborem, quo illorum voluntati satis fieret, subterfugere certus, atque impense fatentis, si iudex æqui atque idoneus, qui in rebus arduis etiam conari pulcrum esse sciatur, me saltem hominem industriam, nec plane indiligentem, aut omnino in hoc rerum genere cœcum et hebetem, existimaverint. Nam de ipsis me laboris utilitate non est quod multa dicantur, quippe quam vel ex eo patere quicquid arbitror, quod multum inde juri eorum studia possint, qui vel alios scriptores, quorum ætas incidit in tempora Ptolemaeorum et sequentia, imprimis Alexandrinos, vel versionem veteris Testamenti Alexandrinam, et libros apocryphos ac novi Testamenti, aut emendare aut explicare et recte intelligere velint. Illud tamen commemorabo, conferre aliquid hinc libellum posse ad confirmandum Fr. Andr. Strothii¹⁶ sententiam, qua codicem versionis Alex. Vaticanum dignum esse ostendebat, qui demum, et diligentissime quidem, cum editionibus, quæ ex eo fluxerunt, a viro quodam docto compararetur, cum qua primi editores multas ejus lectiones, quas quidem, utpote obscuras nec faciles intellecto, pro depravatis habent, temere mutaverint, vel plane rejecerint, tum qua certum esset, saltem de multis illius versionis libris, in illo codice multo sæpius, quam in reliquis, qui quidem innotuerant,

¹ Ita quidem scripseram olim. Sed fortasse rectius verba ista vel deletissem, vel mitigissem. Vidi enim, operam meam valde probatam fuisse viri eruditissimi, ut Villosio in troisième lettre sur l'inscription Grecque de Rosette—et sur le dialecte Macédonien, quæ extat in Millin Magazin encyclop. No. vii. an xi. p. 330, 361. et sæpius, item libelli mei commentum in ephemeridibus Lips. 1786. p. 1497. Goetting. 1786. Vol. ii. p. 1163. Jen. 1786. p. 411. Allg. Lit. Zeit. 1786. Vol. iii. p. 531. et 1788. Vol. iii. p. 233. item 1794. p. 450. ubi tamen illud non proferam dicitur esse Hegesii, viri doctissimi et mihi amicissimi.

² In notis ad Sexti, Empir. p. 261.

³ In obs. sacris et historicis in N. F. (Genev. 1645. 4.) imprimis c. 33.

⁴ In opere de bibliorum textibus originalibus, versionibus Græcæ, et Lat. vulg. Oxon. 1703. fol. Cf. I. S. S. observatio ad Hamfr. Hodii Lib. ii. de versionibus: quæ extat in (Coar. Hæreni) Symbolis literar. T. ii. Brunnæ 1745. 2. p. 138—169.

⁵ In obs. de stylo LXX. interpretum, insertis Jo. Olearii de stylo N. T. libellis, quem Jo. Conr. Schwarzianus denno edidit Coburg. 1721. 8. p. 294—345. quæ tamen obs. multa continet, quæ parum aut nihil faciunt ad rem nostram. Earum enim auctor hoc agit, ut attentionem Alex. interpretum ab discrepantiis cum Attica dialecto non reprehendendam esse ostendat.

⁶ In opere de Gr. ling. dialectis. Cujus libri utilitatem cum ob raritatem exemplorum pauci cognoscere ac sentire ipsi possent, demum cum, auctum quidem et emendatum, emisi Lond. et Lips. 1807. 2.

⁷ In præf. ad edit. V. T. ex versione LXX. interpretum T. ii. Tiguri 1751. 4. c. i. §. 40.—44. (quæ tamen prolegomena sunt Lei potius, quam ipsi Breitingeri) maximeque in epist. de antiquis Terentianis bibliothecis Gr. Psalmodum libro, Tiguri 1748. 4. Neque negligenda sunt, quæ contra monuit Jo. Salom. Semlerus in obs. critica de dialecto Alex., quam inserendum curavi Miscellanea Lips. novis, Vol. viii. p. 40—58. Cf. Car. Godofr. Woldi notitia codicis Alex., a Spohnio edita Lips. 1788. 2. p. 29—35.

⁸ Einleitung in die griech. Schriften des neuen Bundes, T. i. ed. 3. Goetting. 1777. 4. p. 144. sqq.

⁹ In prolus. xxx. et xxxi. de vitis lexicorum N. T.

¹⁰ Ut illi, Eiechbaronia in libro, qui inseritur Einleitung ins alte Testament, ubi T. i. (Lips. 1805. 8.) p. 346. sq. præterea exempla dialecti Alex. et Ægypt. ab Hodio proposita retulit. Et auctores libri, cui titulus est Biblische Encyclopædie, Vol. i. Götting. 1793. 4. p. 78—76. qui fere exempla, quæ Michaelis attulerat, sui sunt.

¹¹ 2. 4. p. 121. operis passio ante laudati.

¹² V. c. Gen. 41. ἰ Ἑγγρηά ἀρόνη, καὶ εἰσάγει τοὺς σφάσι ἀρόνη. Ubi Cod. Ox. pro Ἑγγρηά habet εἰσάγει, Symmacus ἰσάγει. Exed. 7. 11. τὸν σφάσι ἀρόνη, καὶ τοὺς τριβῶνας.

¹³ Sic in eodem Aristidis op. p. 153. Themistocles οὐ μάλιστα Ζευς μάργιαι Ἑγγρηά.

¹⁴ V. quæ de hoc nomine ἰσχυρί et verbi ἰκαλῶνται Zueherus in indice Theophr., et in nota 17. ad Platon. Eudypbr. c. 4. Ad. Cuper. in apothosi Hameri p. 276—278.

¹⁵ 17. p. 797. C. ed. Casaub.

¹⁶ In Versuch eines Verzeichnisses der Handschriften der LXX. (cujus particula I inserta extat in Report. für bibl. u. theolog. Literatur T. v. 1779. p. 98—154.) p. 105. sq.

omnibus, genuinis et vera interpretum verba reperiri. Quam quidem sententiam ita veram putamus, ut hoc in genere vix aliquid dici posse videatur certius. Cum enim in conficiendo hoc libello præcepta veterum grammaticorum contulimus cum locis versionis illius Gr. non paucis, raro vidimus Alex. codicem (nam de hoc potissimum nunc agimus, quis de eo maxime mirum videri possit) exhibere vocabula, quæ ex illorum sententia habenda essent pro Alexandrinis. Ut verbis fidem facerem, adjeci nonnulla exempla,¹ et quibus apparet, codicem Alex. per librariorum vel grammaticorum male sedulos et Alex. dialecti naturam ignorantem, neque tamen semper diligentes satis ac sibi constantes, turpiter fuisse interpolatum. Sed de his nunc quidem hæc.

Fausca suspensum, quorum puto mihi rationem esse reddendam. Scilicet prioribus paragraphis, quæ propter multiplicem utilitatem nec ab hac nova editione abesse volui, repeti nonnulla, quæ jam ab aliis, multo me doctioribus, bene dicta fuisse non ignorabam, sed id mihi videor ita fecisse, ut nihil ex his afferrem, quod non instituti mei ratio exigeret, utque suis queque auctoribus bona fide referrentur accepta. Neminem enim facile magis quam me, offendit illorum hominum ratio, qui milles jam cotiam crantem rursus reçoquunt, et ad fastidium usque lectoribus, non sponunt, sed infarciunt. Deinde non pauca fateor esse meo libello cum Maittairii libro communia, nec tamen sæpe, imò rarissime, locos indicavi, ubi ipse ille doctissimus jam eadem, quæ ego, attigerit: quæ quidem ratio non vitio mihi vertatur, audias quos, Lector, ac perpendas ejus rei causam. Comparans enim, quæ ex mea ipsius lectione in schedis notata habebam, cum his quæ Maittairio operi, de hac quidem dialecto, passim inesse reperiuntur, ubi fere annotato dignum, quod ibi extaret, me prætermisissè apprehendi, præter Schotti locum de duplici dialecto Dor., quæ tamen et ipso libello meum recte carere potuisse intelliges ex his, quæ infra diximus § 8. not. 2. Quare quæ jure mea essent, ex non intelligebam cur tanquam ab alio accepta commemorarem, præsertim cum illud ostentationis doctrinæ genus, quod inest in cumalibus, quæ eadem de re jam monuerunt, scriptoribus, mihi sit maxime odiosum, et sic non parum libelli moles aucta fuisset. Conferat, cui volupe est, meum libellum cum opere laudato, et videbit, me plurima attulisse, quæ vir ille diligentissimus, vel consulto, vel male fida memoria, usus, omisit, et quæ ne ego quidem in usura ejus editione addere omnia potui. Ipse quoque prætorum hujus generis ibi addidissim, si jam tum, cum librum Maittairii in usum publicum recognoscerem, de nova hujus meli-libelli editione serio cogitasset. In illo enim opere desiderium quorundam exemplorum, quæ ab hoc meo abesse non debent, lectores facile tulissent.

ARGUMENTUM.

- §. 1. De tempora et occasione versionis *V. T. Gr.*—§. 2. De dialecto versionis *Alex.*—§. 3. De dialecti natura uixeris—§. 4. De notionibus nominis διὰλέκτος—§. 5. De discriminibus dialecti, lingue, et styli—§. 6. De Ægyptiorum studio lingue *Gr.*—§. 7. De dialecto Macedonico-Alexandrina—§. 8. De dialecti Maced. natura—§. 9. De dialecti *Alex. ingenio*—§. 10. De dialecto Ægyptiæ—§. 11. De structura verborum *Alex.*—§. 12. De vocabulis probabiliter *Alex.*

§. 1. Cum non solum oratio *Gr.* librorum *V. T.* versionis, quæ vulgo septuagintaviralis, relictus Alexandrina, dicitur,² ægergie differre inveniatur ab ea orationis forma, quæ conspicitur in reliquorum *Gr.* scriptorum, maxime Atticorum, monumentis, verum etiam causa hujus diversitatis repeti recte videantur ex interpretum ingenio et consilio et ætate, et loco item, ubi vixerunt, et ex occasione, per quam eos laboreum suscepisse verisimile est: quorum omnium non eandem in hac versione rationem esse posse, cum in libris aliis ac primitus *Gr.* scriptis, nemo non intelligit: non essent quidem hæc indigna, de quibus paulo disputaretur uberius, atque, si vellem, quæ jam alii de his tradiderunt, repeterem, multa sane, neque ea contemnenda, possem afferre. Quoniam vero sic et fines opusculi angustiores futuri essent, quam qui caperent illam disputationem, et ego superflua magis dixisse judicari recte possem a viris eruditiss, quam quibus me gratiam ab his aliquam inisturam esse sperarem: breviter tantum, quæ ad institutum nostrum præcipue pertinere videantur, statim ab initio ponam, nec, si quando opus sit illustratione quadam ex ipsa versionis historia, filium, orationis medium interrompere cogar.

Et de tempore quidem, quod facta fuerit illa versio, nihil amplius definire potuere viri hoc in genere verisimilissimi, quam veteri ceptum esse illo tempore, quæ una cum patre Ptolemæo Lagida regnavit in Ægypto filius Philadelphus,³ quodque vel, ut Usserius putabat,⁴ in Olymp. cxxiii. ult. et cxxiv. i. vel, quæ erat Hodii⁵ sententia, in Olymp. cxxiiii. 3. et 4. incidit. Tum vero non nisi Pentateuchum translatum fuisse, cujus versionem posterioribus demum temporibus paulatim secutæ sunt reliquorum librorum divinarum versionis, utpote quæ non ab uno,⁶ sed a diversis auctoribus profectas esse constat, intelligi facile potest, non

¹ Sic Deut. 11. 7. in cod. Alex. est *ἰσὺρ*. Jer. 6. 29. *καταβρωσῶν*. Exod. 10. 26. *ἀγορῶν*, 33. 8. *σαρτῶν*. Job. 1. 4. *ἰνδῶν*. Ezech. 27. 12. *ἰαπόρῶν*. Exod. 15. 27. *ὄβρω*. Deut. 1. 25. *ἰαβῶν*, 7. 19. *ἱστ*. Job. 3. 14. *ἄρῶν*. Job. 5. 14. *ἰαπόρῶν*. 18. 7. *ἰαπόρῶν*. 21. 20. *ἰαρῶν*. 2 Reg. 10. 14. *ἰαρῶν*. 17. 20. *ἰαρῶν*. Ps. 131. 15. *ἰαρῶν* pro *ἰαρῶν*. Gen. 33. 19. *οἰσῶν* est vocabulum *ἰαρῶν*, et sic porro.

² Certior enim in his magna inconstantia. Sic Ps. 34. 25. cod. Alex. habet *κῶρῶν*, Vatic. *κῶρῶν*. Eodem modo 2 Reg. 10. 14. in cod. Al. est *ἰαρῶν*, et 17. 20. *ὄβρω*.

³ Neque enim cura, quæ ex Aristobolo (apud Clem. Alex. Stromm. 1. p. 348. B. ed. Paris. 1641. sive Colonn. 1628. fol. et Euseb. fragm. Eveng. 33. 12. p. 663. sq. ed. Paris. 1628. sive Colonn. 1628. fol.) tradere nonnulli solent de versione librorum *V. T.* esse ante Alexandrum M. ab aliis interpretibus facta, et a Pythagora, Platone aliisque Græcis lecta: v. qui laudantur in Fabricii bibl. *Gr.* Vol. VII. p. 639. f. d. Hæret. et quibus addenda est Valekenarii diatriba de Aristobolo Judæo, philosopho Peripatetico Alexandrino, ab J. G. Læzæo edita Lugd. Bat. 1550. 4. Hæc enim adjuncta est commentatio P. Wesselingii, in qua p. 151—154 agit de versione *Gr. V. T.* nulla autem LXX. Nec mihi res est cum versionibus Aquilæ, aut Symmachii, aut Theodotionis, aut aliorum recentioris ætatis, divinarum *V. T.* librorum interpretum, quales est Nova versio *Gr.* Proverborum, Ecclesiastiarum, et usque unico Codice Veneto a Villouso edita, Argent. 1754. 8. et Nova versio *Gr.* Pentateuchi, ex unico Codice Veneto a Chph. Fr. Ammonio edita, Erlang. 1790. 1797. 8. 3 vol. verum, ut supra dixi, cum ea sola, quæ vulgo vocatur *vulgaris*, non excludit tantum illa, quos scriptoribus tantum, libris.

⁴ Clementis Alex. str. 1. p. 341. C. D. *ἰαρῶν* inquit, *ἰαρῶν*, *ἰαρῶν*, et *ἰαρῶν*, et *ἰαρῶν*, et *ἰαρῶν*, et *ἰαρῶν*, et *ἰαρῶν*. Hæc sunt *ἰαρῶν* hæreticorum et *ἰαρῶν* hæreticorum et *ἰαρῶν* hæreticorum et *ἰαρῶν* hæreticorum et *ἰαρῶν* hæreticorum.

⁵ Anon. P. 1. p. 469. ed. Lond. 1650. fol. Aliis aliorum sententias reperias apud Fabricium I. 1. p. 673. in *Interpretum Bretinge-narum hujus versionis editionis præfatione* T. II. c. 1. §. 12. sqq. in Char. Eusebii commentatione de LXX. in preloptum *Gr.* versione, Lips. 1754. 8. §. 7. p. 47—54. si multos alios tacueram.

⁶ In opere, quod in præfatione laudavimus, §. 2. p. 91.

⁷ Quæ erat sententia Zonini, philosophi Alexandrini, in Codice MS. chartaceo, qui est in bibl. Gothana v. Cyprian. catal. codd. MSS. Blus. 860theca p. 94.

solum ex his, quae Hodius¹ de ipsarum versionum indolis ac styli diversitate concessit, verum etiam ex occasione, qua impulsus interpretes vertendi consilium videantur cepisse: quam quidem ego cum eodem viro docto putabam fuisse fere hanc.

Cum enim et Alexander Macedo magnam Iudaeorum coloniam in Aegyptum, nominatim Alexandriam, deduxisset, pari cum ipsis Macedonibus jure eis concessio,² et biennio post Alexandri mortem³ ingenis Iudaeorum multitudo ob seditionem in Syria motam fuisset in Aegyptum et Phoenicem translata, et post novem delinac annoe alia Iudaeorum turba, vel Ptolemaei liberalitate invitata, sponte se in Aegyptum contulisset: hoc Jadaeos probabile est, lingua sua, ut fit,⁴ fere neglecta, didicisse linguam Gr., neque adeo legere omnes et intelligere potuisse libros suos sacros, Hebr. scriptos. Hanc igitur ob causam, et in gratiam popularium,⁵ non, ut vulgo narrat Pseudo-Aristoteles⁶ sequax, Ptolemaei⁷ et synedrj Hierosolymitani auctoritate, Judaei nonnulli in Aegypto degentes,⁸ vel rogati ab his, quibus jam familiaris esse coepisset lingua Gr., quam Hebr., vel sua pietate commoti, transferuntur primo Pentateuchum, cujus tamen versio ab uno auctore videtur profecta esse, deinde alii accedente tempore, ut jam dictum est, seasm reliquos V. T. libros, ex Hebr.⁹ lingua in Gr., qualis tunc in Aegypto erat usitata. Cur vero non omnes libri sacri simul vertentur statim ab initio, haec haud dubie causa fuit, quod illis temporibus libri Moisi statim publice praeregerentur in synagoga.¹⁰ Postea vero, cum Antiochus Epiphanes, capta urbe Hierosolyma, edicto vetuisset, ne legem Moisi publice in synagoga legerent, eamque comburi jussisset:¹¹ quae calamitas in Ptolemaei Philometori tempora incidit: Judaei, qui carebant lectione sacra, legebant capita quaedam et prophetarum libris depraecata. Ita factum est, ut, etiam cessante Antiochi tyrannide, et potestate Moesen legendi recuperata, lectio haphtharum tamen conjuncta cum sidarum lectione maneret.¹² Quae quidem Iudaeorum Palaestinarum consuetudo, cum, ut omnino ritus sacri in Palaestina usitati,¹³ transmissit etiam ad Judaeos Alex., effecit, ut prophetici quoque libri viderentur esse in Graecum vertendi. Reliqui autem codices Hebr. libri, se in collectione librorum divinarum Graece versorum deessent, fuerunt et ipsi post Mosaicorum librorum interpretationem, temporibus tamen almodum diversis, in Graecum translati, neque absurdum putat esse Hodius,¹⁴ si quis statuatur, ab aliis etiam quam ab Alexandrinis Judaeis quondam illorum Graecos fuisse factos.

§. 2. Haec igitur sufficienter de tempore, loco, occasione versionis nostrae Gr., interpretantur consilio.¹⁵ E quibus non dubito quon recte deduci commodeque intelligi possint aliae magis speciales, ut ita dicam, et quasi propriae causae, quae jussurint interpretes Graecos verba Hebr. eo potissimum modo, quo vertisse reperiuntur, interpretari. Cujus generis causas quantum plures et fuisse et inveniri posse non igitorem, tamen, cum reliquae sint ab instituto meo plane alienae, missis illis persequar unam, quae inest in ea ipsa, qua usi sunt in vertendo interpretes, dialecto. Quam cum Alexandriam maxime¹⁶ fuisse existimem, in exponenda atque demonstranda hac mea sententia puto sic me versari debere, ut primo quarum de ipsius dialecti per se spectatae notione, deinde exitissime aliquando peculiarem aliquam dialectum Alex. argumentis nonnullis demonstrarem, cujusque naturam describam, denique verba nonnulla proponam, quae ad illam dialectum apparent esse referenda.

§. 3. Jam ut, quae proprie sit dialecti natura, quae huic vocabelo notio subjecta, recte possit perspicue cognosci, paulo altius, sed breviter tamen,¹⁷ repetamus primo dialectorum Gr. originem, qua intellecta

¹ L. I. 2, 7—9, p. 159, sqq.

² V. Joseph. archaeol. 14, 7, 2, ed. Haverc. ubi landat et Strabone locum, qui nonne in ejus geographicis non extat. II. 12, 1. It. de bell. Jud. 2, 15, 7, et contr. Apion. 2, 4.

³ De qua tempora computandi ratione v. Hody I. I. 4, 11, p. 59.

⁴ Sic satis nota est narratio de Africa, qua a Solone Solos in Cilicia (vel, ut alii volunt, in Cypro) colos nudi, linguae vernaculae elegantiam per contagionem finitimum barbarorum psallium psallium variisque vitis inquiraverunt, v. praeter alios Eustath. ad Dionys. Perieg. 875. Cf. Schwartz I. I. p. 327. Notandum etiam est, quod Philarchus in Anton. c. 27, refert, reges Aegypti, qui ante Cleopatram regnarunt, (nuncupatos Ptolemaeos) nisi via Aegyptium διαστρεψα παραδιδόναι δαιμονίας coronas eorum adeo se Messalioi tradiderunt.

⁵ V. Hody 2, 8, p. 98, sqq. et Salmas. fuz. linguae hellenist. p. 188, sqq. qui quantum viseri possit Hodii sententiam, quae eadem mea est, infringere, tamen eo ipsa egregie confirmat.

⁶ Cujus fabulosam de septuaginta interpretibus historiam multis refutavit Hodius et van Dale, quorum ille quidem 1684, 8, dissertationem edidit contra historiam Aristaeanae, ac deinde psallium notatam repetendam curavit in opere sapientum jam laudato, cujus una libri I. constituit, p. 1—49. Sed van Dalei dissertatio super Aristotele de LXX. interpretibus profudit Anst. 1705, 4. Utroque ipsa Aristotele verba Gr. addidit. De aliis hujus narrationis editioibus v. Fabric. I. I. p. 661, sqq.

⁷ Et Lagidam quidem intelligunt Jonsius de scripturis historicis philos. I. 1, 18, 3, p. 116, sq. aliique, sed Philadelphum Jo. Alb. Fabricius, v. ejus Bibliothecae Graecae, l. 1, sive de numero imaginario, p. 127, sq. in Opusculorum historico-critico-literariorum synagoge, Hamb. 1728, 4. Fortasse tamen aliqui concedere licent regis a quo se synedrj, si non Hierosolymitani, ab Alexandria, auctoritate accrescente: illius quidem, quatenus exemplum Pentateuchi Gr. conversi cupiverit in bibliotheca sua reponi, (cf. Plot. apophthegmata regum T. viii, ed. Heibsen. p. 114.) qui cupiditate doctus aliqui Judaeos, qui grati non se religioni optime esse consilium tri-

⁸ Neque enim placet Jo. Matthaei Hassencarpii opinio, praescripta in commentatione de Pentateuche LXX interpretum Gr. non ex Hebr., sed Samaritano texta congerit, Marburgi 1765, 4. Plura v. in Fabricii bibl. Gr. Vol. iii, p. 660, et 695, sqq.

⁹ In synagoga autem etiam Graece praefectos fuisse libros sacros, quantum negat Vitringa, (de synagoga, vet. 3, 2, 7, p. 934, sqq. ed. Lezeptii. 1726, 4.) tamen videtur colligi posse ex Jurjo. Mart. apud I. 50, (ed. Thalesm. Lips. 1755, 8.) et Philone de vita Moisi p. 116, T. 6, ed. Mangey. Alius, qui hoc faciat, locos habet Hodius 3, 1, p. 224. Scilicet versio Gr. non sola praefecta fuit ex opinione mea, sed singulae locos Hebr. tercia vocata. Atque sic videtur cancellari inter se posse, quae Salmasius scripsit in epist. dedicatoria, commentario de hellenistica praesens, p. 50, et in ossilio hellenist. p. 518, 522, 529, 532, 537, sq. 344, et in faeneris hujus hellenist. p. 55, 63, maxime p. 61, sqq. ubi ostendit, tam diligens Ptolemaei, quoniam praefectum in synagoga fuisse, sed ab Judaeis, qui non origines, verum religionis Judaei essent, h. e. a proselyta, eorumque posteris. Cf. ibid. p. 96. Contentum autem nobiscum etiam alii viri docti, ut Casaubonus exercitavit ad Bar. p. 180, Huetius demonstrat. evang. p. 462, ed. 2. Anst. 1690, 8. et Eichhorn. I. I. T. I. p. 348, sqq. De Alexandrinis certe synagoga, et de Palaestina ante Jesu aetatem, habitare vis quisquam poterit.

¹⁰ V. I. Marcab. I. 56, sqq.

¹¹ V. Elias Levita in Thibae, apud Hotttinger. thes. philog. p. 222, ed. Tigr. 1640, 4. et apud Vitringa I. I. 5, 2, 11, p. 106, qui loco ubi Vitringa historiam illam negat ultra probabilis ratione se commendare, facit tamen cum Hodio 5, 7, p. 175.

¹² Praefectae Hodius 2, 9, p. 188, alique hanc in rem exemplum uterque templo libi, quod Alexandrinis Judaei in Hierosolymitani imitationem in praefectura Hierosolymitana extraxerunt, et nove postulatate ibidem instituit.

¹³ L. I. 2, 9, p. 191.

¹⁴ Nam de cujusque interpretis ingenio, rudi ad psallita, quereere, nec ad institutum meum proprie pertinere videtur, nec permittunt libelli angustiae.

¹⁵ Neque enim desiderandum esse quatenus puto, ut omnino Alexandrinam esse Gr. versionis orationem, ostendatur. Sufficienter illa demonstratur, saltem cum quaedam dialecti Alexandrinae et Macedonicae admixta habere, et magis quidem constantem, ac plura, quam reliquorum scripturam statos recentioris liberos.

¹⁶ Nam de dialecto Gr. in universum permitti scripsisse reperiuntur, quorum paucos tantum hoc loco recensimus. Plures qui cepit, legat Fabric. bibl. Gr. 4, 34. (Vol. vi, ed. Harles. p. 164, sqq.) Ad. Villosion. prof. ad Hom. I. p. 58, sq. Sic Theodoras

eadem erat cum Attica, et Doricam s. Æolicam. Nam terra Attica, ita dicta ab Athide, Cranaï filio, cum aliis olim nominibus appellata fuisset,¹² primum Ionia vocata est ab Ione, Xuthi filio, Hellenis nepote,¹³ et Æolicam ac Doricam dialectum priscis temporibus unam eandemque fuisse, præter Strabonem locum modo laudatum, etiam ex eo apparet, quod Pindarus Æolicæ se scribere dicit,¹⁴ quem tamen veterum scriptores tradunt unum esse Dorici dialecto, vel communis.¹⁵ Posteaquam vero Iones, vel inopia coacti,¹⁶ vel ab Achæis s. Lacedæmonibus pulsati,¹⁷ duce Neleo¹⁸ eam regionis in Asia maritima partem, quam antea Cares et Leleges incolebant,¹⁹ occupaverant, lingua eorum cum solo mutata fuit, et differre ab Attica cœpit. Hæc enim regio, in qua duodecim urbes condiderunt,²⁰ Ionia dicta fuit, et lingua eorum Ionia. Eadem ratione cum paulo ante etiam Æoles²¹ in Asiam migrasset, ibique occupata regione, cui nomen antea fuerat Mysia, multas ad Hellespontum urbes condidissent,²² tota illa regio nominata fuit Æolis, et nova dialectus orta est, quæ proprie dicebatur Æolica, cum antea, dum in Europa versarentur Æoles, eadem cum Doribus lingua usi fuissent.²³ Locorum enim diversitatem atque mutationem, et commixtionem plurimum populorum, magnam etiam invehere linguarum differentiam, quis ignorat? Ceterum hæc omnia propterea explicare studui, ut viam mihi munirem ad contentandam atque defendendam veram et propriam dialecti in universum spectatam notionem.

§. 4. Ex his enim, quæ dicta sunt, videtur satis intelligi posse, dialectum non esse posse neque dici, nisi constet, esse populum quendam, certis finibus circumscriptum et ab aliis populis separatam, qui tali loquendi ratione, quam dicimus dialectum, utatur. Quod quidem est unum ex his, quibus dialecti naturam contineri atque cœnseri, non solum e præceptis veterum grammaticorum, verum etiam ex ipso nomine dialecti, apparet. Nam vocabulum διὰλεκτός, quod proprie est adjectivum, derivatum a verbo activo διαλέγω, h. e. discernere, significat discretum ac differentem.²⁴ Cum igitur ita positum legitur, ut indicet linguam, quæ nativè a ratione discernitur,²⁵ constat intelligi debere vocabulum γλῶττα. Eodem modo efficitur illa notio, quæ dialectus esse dicitur loquendi ratio ejusmodi, quæ inter se discernuntur populi eadem lingua utentes. Atque hæc notioe utitur hoc loco. De quo eadem vocabuli vi præceperunt multi veterum grammaticorum, ut Gregorius I. l. p. 3. quo loco quamvis nunc legatur: διὰλεκτός ἐστιν ἡ γλῶττα γλῶττα, ἢ διὰλεκτός ἐστι λέξις ἰσὺν χαρακτήρα τῆς ἐμφασιῶσιν,²⁶ tamen certissimum esse ipso Kœnii post Salmasium²⁷ emendationem, qui pro τὸν legendum esse docuit τῆσιν. Nam non solum ipsa ratio hæc lectionem confirmat, quoniam, ut ostendimus, nulla unquam dialectus reperta fuit, aut potuit reperiri, sine populo aliquo vel loco, cui illa familiaris esset, et quoniam e lectione τῆσιν sensus commodus elici nequit, cum χαρακτήρα τῆσιν non nisi per ineptam tautologiam possit explicari,²⁸ verum etiam locus citat apud Clementem Alexandrinum,²⁹ in quo discrete legitur τῆσιν. Consentium item alii, qui ita dialecti naturam explicant, ut τῆσιν legi debere pateat in illo loco Gregorii.³⁰

§. 5. Jam paucis quoque alterum illud, quod ad dialecti naturam pertinere putamus, videtur esse explicandum: nempe dialecti ingenium in singulorum magis quam in conjunctorum verborum diversitate cerni, qui quidem totius alicujus populi vel civitatis communis sit, et que vel ex aliqua vocabuli ejusdem immutatione oriatur, per literarum et syllabarum transpositionem, additionem, detractionem, earundemque ut generum,

p. 494. sq. et passim) literarum figuras, quibus verba Gr. pingentur, invenisse. V. Montfaucon diss. de prisca Græcorum et Latinorum littera (ad cætera. Præf. Gr. Paris. 1708. fol.) p. 18—24. p. 558 sq. et Villosio. proleg. ad Hom. II. p. 57. sq.

¹² Strabo l. 7. p. 12. ἐπὶ τῆσιν τοῦ πλοῦτος Ἀρχίου ἐπὶ αὐτῶν φησὶ, τὸ ἴδιον ἄλλα τὰ ἄλλα. V. Strab. 5. p. 297.

¹³ V. Herodot. I. l. et 1. 143. 7. 94. Strab. I. l. et p. 309. Eustath. ad Dionys. Perieg. p. 109. (ed. Henr. Steph. 1577. 4. c.) Apollodor. 1. 7. 3. et Potter. ad Lycophr. 901. Ceterum Plato in Euthydemo T. I. opp. p. 302. D. et Steph. Byz. in v. Ἰωνία, dum Ionem fœderis Apollinis filium, poetam videtur secuti esse, ut Euripidem in Ione.

¹⁴ Olymp. 1. 164. v. Πηλεὺς. in v. Ἀχαιοὶ αὐτοῦ.

¹⁵ Ut Pausan. 9. 27. p. 753. ed. Kuhn. et Suidas in v. Ἰσθαίος, etiam Pindarus ipse Olymp. 1. 26.

¹⁶ V. Jo. Grammatici de dialectis p. 363. Ne vero quis miretur, communem Pindaro dialectum tribui, efficit Jamblichi locus de vita Pythag. c. 34. §. 428. ubi Orpheum dicit seripisse Doricæ dialecto, quæ eadem fuerit videtur. Doricæ enim dialecti videtur omnino nomine recenseri ab antiqua lingua Hellenum. v. Maltraiti introduct. in Gr. dialectis, et que ibi notant, p. 39. et 36. Certe et alia, quæ a veteribus colligi possunt, argumenta testantur, Orpheum floruisse postquam 300. vel 400. ante bellum Trojanum annos, (v. Lambec. prodrum. hist. literar. 2. 4. 4.) Æoliam autem migravit, ante quam Dures vel Thessaliam incolerent et Hellenicæ lingua usi viderent, vel ita Æoliis mixti vivebant, ut eorum lingua a lingua Æolium non diversa fuisse putanda sit, facta et ante fere 1300. post expeditionem Trojanam. (v. Herod. vita Hameri c. ult.) Recte igitur Doricæ dialectus videtur dici posse communis, cum hæc non alia sit, nisi antiqua Mæcedonicæ s. Hellenicæ.

¹⁷ V. Thucyd. 1. 2. §. 2. V. Herod. 1. 143. Strab. 6. p. 333. Isocr. panegyrt. cap. 54.

¹⁸ V. Marinum. Oson. 1. 42. Herod. 1. 143. Strab. 14. p. 633. Pausan. 7. 2. Elian. v. H. 8. 5. cf. Callim. h. in Dian. 266. sq. ibique Spensbetti. et Apollon. Rhod. 7. 559. et Menrs. de fortuna Athen. c. 6. Vol. I. opp. p. 38—49. Ceterum nomen Nelei quomodo scribendum sit, Nελεὺς an Νελεῖος disputat Davis. ad Maxima. Tyr. 53. p. 623. Nihil scribitur ut e. apud Pintarch. de gloria Athenicæ. c. 7. Sed Νελεὺς rectius scribi hæc nomen, jussit etiam Brunck. scribit. in anæcta p. 94. 97. 98. Fuit autem Codri filius. v. Helianus. p. 52.

¹⁹ Ita dicti ab Æolis, Hellenis filio. (v. Steph. Byz. in v. Ἀχαιοὶ, et Apollodor. I. l.) Horum gens late fuit diffusa. Nisi Græci extra Ithacum omnes, præter Athenienses et Megareses et Dorientes Parnasi accolæ, Strabonem etiam ante dicebantur Æoles. (v. Strab. 6. p. 333.) Antiqua autem temporibus Dorici quoque appellati fuerunt Æoles, et Thessaliam incolæ. v. Pausan. 10. 6. p. 816. De re ipsa v. Mela 1. 12. et Plin. H. N. 5. 30.

²⁰ Næpe ante migrationem illam, cum præter Ionas etiam Æoles ac Dures Poliopeponem incolerent, non paucis ab Achæis Ionibus relatis in Aristotela libello de poet. c. 4. p. 35. ed. Harles. ἡ γλῶττα γλῶττα ἢ τῆσιν ἄλλα τὰ ἄλλα, pro quo c. 12. p. 174. dixit ἢ λέγει. Hæc eodem capite ita vocabali hæntur vis apparet p. 166. et 172. ff. sq. Clem. Alex. Stromm. 7. p. 709. D. et Philon. 1. 2. de legito alleg. t. 1. p. 69. 33. fortassis etiam ap. Pintarch. de Is. et Os. c. 37. ubi Maneros dicitur esse διὰλεκτός, h. e. vox, quæ decet bonitas dicitur et equalitas. Sed alterius observationis utilitas apparere videtur, quod inventionarij ap. veteres scriptores loci, in quibus non potius quam γλῶττα suppliri recto possit. Aristoteles certe (hist. anim. 4. 9.) διὰλεκτός δηλοῖ τὴν εἰς τῆσιν ἢ γλῶττα ἄλλα τὰ ἄλλα, atque eodem dialectum intelligi vult de voce humana et articulis. Et Pintarchus in Coriolano c. 35. hæc dicitur τῆσιν καὶ ἄλλα τὰ ἄλλα.

²¹ Ut in loco Clementis Alex. supra §. 1. not. 2. aliat, apud Diodor. Sic. 1. 37. ἐπὶ δὲ τῶν Ἰσθαίων Ἰσθαίων. Strab. 6. p. 238. D. et Ἰσθαίων Ἰσθαίων. p. 377. D. ἐπὶ δὲ τῶν Ἰσθαίων. Pintarch. in Antonio c. 37. ἐπὶ γλῶττα—λέγειν κτῆσιν καὶ τὸ μάλιστα διὰλεκτός—ἐπὶ Ἀπολλωνίας διὰλεκτός. Pura dixit ad Maltraiti introductionem in Gr. dialectis, p. xxxiii.

²² Eodem modo legitur hæc definitio in criteriis grammaticorum veterum de dialectis libellorum editionibus, et in Planctio Varii de oratore, ceteris quoque et hactenus Adonibus, (qui liber prodit ap. Aldum. Venet. 1696. fol.) ed. 256. et 248. in Joannis Grammatici de dialectis libello p. 563. etc.

²³ In commentar. de hellenist. p. 67. 456. 456. ubi simul probabilem causam affert, cur grammaticæ recitatione—nam vetustissimum hæc de re præcepta interierunt—antiquam definitionem autem, quia nimirum nullis ipsorum ante locos erat, nullis quoque, qui peculiariter litteris posset dialecti illa, quæ dicitur communis, quam tamen et ipsam comprehendere definitione vellent.

²⁴ Nam τῆσιν apud Eurip. Phoin. 165. in Schollis Cantab. explicatur nomine χαρακτήρα.

²⁵ Stromm. 1. p. 538. B.

²⁶ Clem. Alex. Stromm. 6. p. 673. B. διὰλεκτός ἐστὶν λέξις ἰσὺν χαρακτήρα συσταμένης, et ibidem paulo ante, διὰλεκτός, ἰσὺν ἰσὺν καὶ χαρακτήρα, ἰσὺν ἰσὺν καὶ χαρακτήρα. Schol. Aristot. ad nuñ. 317. διὰλεκτός ἐστὶ γλῶττα χαρακτήρα ἰσὺν. Χαρακτήρα autem ἰσὺν quis fere idem significat, quod χαρακτήρα τῆσιν, nemini potius dubium fore.

numerorum, casuum, modorum, temporum, spirituum, accentuum, permutationum, atque per notionum vocabulis subiecturam differentiam, vel ex aliis omnino vocabuli usu, quo populus aliquis eandem rem significare solet, quae ab alio populo significetur alio.¹ Nam cum tanta sit in hominibus sentiendi cogitandique diversitas, ut nemo fere eadem plane cum aliis ratione fingat et conjungat notiones a sensibus menti oblatae et ratiocinando perfectas: facile intelligitur, cogitari nequaquam posse totum aliquem populum, qui eodem omnino modo et ordine, quo alius ejusdem gentis populus, verba animi sententiam declarantia collocet atque componat. Et quamquam quaedam verborum compositiones atque structurae, quae σχήματα λέγει vocantur a grammaticis, inventiuntur magis alicui dialecto usitate ac pene peculiariter fuisse, quam alii:² tamen cum paucissimae fuerint, non dignae videntur, quibus, vel per se et solas, vel saltem praecipue, distinguatur aliquis dialectus ab alia, quam tali syntaxi constet quaedam. Dialectus igitur, quam ex his, quae a nobis disputata sunt, intelligi potest recte dici idioma linguae: certo quodam in loco et apud certum quendam populum, qui illo distinguatur ab aliis populis atque locis, usitatum, cujus omnia proprietates in verbis singulis potissimum posita sit, non in conjunctis,³ differt a stylo et γλώσσει. Stylus enim est forma loquendi singulorum quorundam hominum propria, et γλώσσα, quod vocabulum etiam aliter usurpari acrio,⁴ cum quidem dialecto opponitur, significat linguam, qua in universum tota aliqua utitur gens, ita ut singuli gentis illius populi ac civitates pluribus vel paucioribus linguae ejusdem mutationibus efficiant non novas linguas, sed linguae communis differentias, quas dialectos appellari vidimus. Dialectus enim semper similitudinem aliquam servat ejus linguae, cujus ipsa quasi filia et propago est. Quapropter vel ipso Strabone auctore,⁵ non plures proprie quam quatuor numerate sunt Graeciae dialecti, quamquam sequentibus temporibus addita fuit a grammaticis quinta, *διπλασιος κωνσ* s. *Ἑλλησιος*,⁶ quae scilicet proprie quidem reliquarum quasi mater et Hellenibus antiquis peculiaris fuisset, sed extincto posthac priscae Hellenum gentis nomine, ne digna quidem iudicata a Strabone, quo dialectus appellaretur, qua quatuor illi populi, ex vetusta gente Hellenica orti, in universum quidem nondum illa uti desiderant, sed ita eam flexerant variis modis atque mutaverant, ut novis nominibus significanda videretur, propterea singuli populi consensissent de ea mutanda. Sed nec singula tantum nationes et regiones peculiarem sibi quaque dialectum vindicaverunt, verum etiam civitates singulae, insulae, atque loca. Et illius quidem generis dialecti, quae, ut diximus, non nisi quatuor ab antiquis numeratae fuerunt, commode vocantur *ἰωνικαί* vel *γραικαί*,⁷ hae *τοικαί* s. *ἰθακκαί*. Imprimis autem Doricae dialecti multae fuisse leguntur *βοιωτικαί* *τοικαί*,⁸ cujus generis sunt dialecti Lacedaemoniorum,⁹ Cypriorum,¹⁰ Syracusanorum,¹¹ Sicyoniorum,¹² Siculorum,¹³ Tarentinorum,¹⁴ Amyclaeorum,¹⁵ Eretriorum,¹⁶ et aliarum,¹⁷ quarum glossae nonnullae explicantur in lexico Hesychii, et in aliorum grammaticorum veterum libris.

§. 6. Quae cum ita sit, neminem opinor admodum esse miraturum, qui me statuere legerit, fuisse etiam aliquando peculiarem aliquam dialectum Alexandrinam. Nam linguam quidem Gr. jam a Psammitico in Aegyptum inventam fuisse docet Herodotus,¹⁸ qui sua quoque aetate superfuisset dicit, qui ex illa Psammitichi institutione linguam Gr. callerent, ejusque aegerent interpretes. Quod linguae Gr. in Aegypto studium nunc post Herodoti tempora vigerit, an perierit, equidem judicare non audeo; non tamen omnino linguae illius scientiam sequentibus temporibus evanuisse, verisimile videtur ex eo, quod philosophi Graeci descendit causa se in Aegyptum contulisse leguntur,¹⁹ et quorum consuetudine non absurde putantur Aegyptii haussisse aliquam Gr. ling. cognitionem. Etsi enim Aegyptii non solum Pythagorae temporibus ita sibi abstinentium putabant a consuetudine cum Graecis, ut illi non nisi amputato praepotio liceret cum Aegyptiorum prophetis familiariter congressi,²⁰ verum etiam hic idem mos ab iis in communi vita diligenter servabatur Herodoti aetate:²¹ tamen hic ipse historicus profitetur,²² inde a Psammitichi temporibus certiora se de rebus Aegyptiorum narrare posse propterea quod Graeci, Cares, et Iones, qui scilicet accurate omnia consignarent, admixti illi fuerint, et alio loco²³ narrat, Amasin regem adeo studiosum Graecorum fuisse, ut Graecis in Aegypto venientibus Nancratum oppidum daret habitandum, et feminam Gr., Ladicea, uxorem duceret. Unde saltem apparet, non plane abstimisse Aegyptios a consuetudine Graecorum. Sed ut uti sit, nostra non magnopere hoc loco interest. Ad seriora tempora descendendum videtur. Postquam enim Alexander Macedo magnam terrarum orbis partem, ipsamque adeo Aegyptum, victricibus armis subegerat et occupaverat, quam facile et pene necessarium fuerit, ut linguae Gr. studium ubique vehementer augeretur, nemo non intelligit, imo ita inter omnes haec de re constat, ut agere rem actam nolimus. Nobis potius ostendendum est, Alexandrinos quoque non solum Gr. locutos esse,²⁴ verum etiam peculiari Gr. ling. dialecto usos.

§. 7. Scilicet quae jam supra §. 1. breviter tradidimus de colonis Alexandrinam deductis, ea paulo uberius ex isdem, quos ibi laudavimus, scriptoribus narrata rem optime videntur posse illustrare. Alexander enim non tantum pari cum Macedonibus jure uti permisit Judaeos in urbe nuper condita Alexandria, sed etiam regi

¹ Cf. Jo. Grammat. in Isondo libello p. 365. ubi haec leguntur: *οὐκ ἐστὶν ἡ δὲ διὰ τὴν ἐργασίαν κατὰ τὸν ἰσχυριστὸν ἀλλοίωσις—κατὰ μίαν τι, ἢ κατὰ ἄλλαν, ἢ κατὰ τὴν ἰσχυρίαν, ἢ κατὰ τὴν ἰσχυρίαν, ἢ κατὰ τὴν ἰσχυρίαν.*

² V. Lebonax *ἐπισημαίων*, quem libellum cum Ammonii de affinis vocabulorum differentia libello edidit primus Valckenarius, Lugd. Bat. 1739. p. 175—188. cf. Salmas. l. l. p. 146—149.

³ V. Salmas. l. l. p. 84.

⁴ Intendunt enim, ut hoc ubique indicemus, *γλώσσα* significat vocabulum aliisquod peregrinum, vel antiquis tantum auctoribus, maxime poetis, mitatum, atque adeo ignotum vulgo et obscurum. v. Pollux 2. 109. Aristot. poet. 21. p. 154. c. 22. p. 164. 166. 170. 174. Clem. Alex. Strom. 1. p. 350. C. Pind. l. l. c. 61. de Pythiae oraculis c. 24. et 28. Athen. 10. p. 473. A. Aristot. theoloz. 3. 2. p. sq. Plura addunt Maastric. in diac. crit. ad Harpocrat. p. 387. sqq. (ed. Valer. Legd. Bat. 1663. 4.) Gataker. ad Anton. Philoz. 4. 33. alique, quae laudat Burman. ad Quintil. 1. 1. p. 23.

⁵ p. 333. Quare nos ego, quamquam id opinatus est vir doctus in Leips. Literat. Zeit. 1807. Nr. 74. probare nullo modo aut admittere hanc dialectum quintam in animam indexi: quod cuique, qui diligenter legerit, quo ad Maittairei introduct. in Gr. dialectos p. xxx. subnotas, facile apparebit.

⁶ V. Gr. Guld. Kirchneri diac. de dialecto Graecorum compuni, Viteb. 1709. 4. Clem. Alex. str. f. p. 338. B. et infra f. 3.

⁷ Auctore Clem. Alex. str. 1. p. 338. B. et p. 339. A.

⁸ V. Gageor. l. l. p. 135. et Jo. Grammat. l. l. p. 360.

⁹ V. (Jo. Gelffr. Hauptmanni) programma de Laconico dialecto, Gerz 1776. 4. imprimique Valckenar. ad Theocrit. Adoniaz.

p. 227—233.

¹⁰ V. Aristot. poet. c. 21. p. 154.

¹¹ V. Schol. Theocrit. idyll. 4. 28.

¹² V. Schol. Apollon. 2. 1176.

¹³ V. Schol. Theocrit. idyll. 3. 25.

¹⁴ V. Etymol. M. in *ἀργαίος*, *ἀργαίος*, *βαίσιος*, etc.

¹⁵ V. Schol. Theocrit. ad inscript. idyll. 12. et ad ejusdem idylli v. 13.

¹⁶ v. Plat. Cratyl. T. I. opp. p. 454. C. et Strab. p. 448. et Maittaire l. l. p. 196. sq.

¹⁷ v. Fischeri animad. ad Welleri grammat. Gr. Spec. l. p. 45—56. et Maittaire p. 350—378. ubi etiam emendatis edidi opusculum grammaticis aliisque, quae inscriptionem esse, *ἡδὲ τὸν ἰσχυριστὸν*.

¹⁸ B. 153. Quin Clem. Alex. str. 1. p. 343. D. Mosen jam a Graecis in Aegypto commorantibus *ἦτο ἰσχυριστὸν* rathus edoctum fuisse narrat et Philoz. (de Mose, T. II. p. 83. 4.)

¹⁹ Sic Plato geometriam in Aegypto didicisse fertur apud Clem. Alex. protrept. p. 46. A. cf. str. l. p. 302. D.

²⁰ v. Clem. Alex. Strom. 1. p. 302. C.

²¹ v. Herodot. 2. 41. 76. 91.

²² p. 254.

²³ p. 176. 181.

²⁴ Nam de hoc quidem satis constat v. Cassab. ad Athen. 12. 10. p. 549. 31. et nos statim f. 7.

ab ethnarcha quodam, h. e. principe Judæo, qui iudicia habere legesque populo suo daret, ut perfecta et propria republica rector, et Ptolemæi Alexandri in Ægypto successores, locum adeo proprium et ab alijs ejusdem urbis regionibus separatim si assignarunt, eosque appellari permiserunt Macedonas. Hi ipsi autem Judæi vocabantur etiam simpliciter Alexandrini,¹ quo nomine eos recte appellari putabat Josephus, ita ut, si quis id miraretur, *καθηστίας* esse diceret, quia etiam in alijs barbarorum urbibus habitantes Judæi, simpliciter et neglecta Judæorum appellatione, eodem, quo inquilini, nomine insignuntur. Certum igitur est, iudeos istos peculiarem quodammodo certisque finibus circumscriptum et ab alijs populis distinctum populum Alexandriae fuisse, neque adeo dubitari potest, quia eorum lingua dici recte dialectica possit.

Jam est videndum, Hebraicæ lingua uti perrexerint, an hac neglecta didicerint Græcam. Et hoc quidem probabilissimum mihi videtur altero. Nam est Josephus disertè dicit, Judæis a regibus Alexandria locum aliquem Alexandriae proprium datum fuisse propterea, *ὅτις καθαρῶτατος ἔχουσιν τὴν διαίταν, ἢ τὸν ἔπισημοῦσιν τὴν ἀλλοτρίαν*, tamen hæc verba vehementer dubito an ad linguam etiam sint referenda. Certè vel ex eo, quod Macedonas et Alexandrinos simpliciter eos nominari licebat, videtur colligi posse, cum patriæ gentis nomine linguam etiam patriam eos maximam partem abjecisse; neque eos ita distinctos fuisse a reliquis colonis, Ægyptijs, Macedonibus, aliisque haud dubie Græcis,² quin ex usu quotidiano et commercio multa, quæ proprie reliquorum essent, imprimis vero Macedonum, gentis imperantis, linguam, sibi vindicarent, intelligi facile potest ex insigni Judæorum mercatura et sacri studio, et ex eo, quod nostis quæque temporibus fieri videremus, ut populi etiam diversissimi, modo eandem urbem incolant, gentis dominantis atque primariæ linguam, sua pœne abjecta, facile addiscant.³ Quamquam igitur probabile esse puto, colonos illos ita inter se mixtos fuisse in urbe et agro Alexandrino, ut et nomine eodem insignirentur cuncti, et linguam haberent, mixtam illam quidem atque temperatam et singulorum dialectis, sed pœne eandem: tamen sic quoque videtur in nonnullis diversa fuisse Judæorum et Macedonum in eadem urbe habitantium loquendi ratio. Judæi enim haud dubie multa in Macedonicam linguam intulerunt verba Hebraica et Syriaca, imprimis structuram verborum ad Hebraicæ lingue ingenium formatam.⁴ Quæ tamen differentia vel non adeo magna erat, vel ad Hebraicæ potius quam ad Gr. lingu. naturam pertinere existimabatur. Unde factum est, præsertim cum tali dialecto Alex. perpauci libri scripti essent, ut minus innotesceret grammaticis tanquam peculiaris et a Maced. Alexand. diversa dialectus. Ea enim dialectus Alex. de qua peculiaris olim libri extabant,⁵ et quæ sæpe commemoratur a grammaticis, quorum locos infra afferemus, videtur omnibus Alexandria civibus communis fuisse, ita ut qui plenam vellet et perfectam ejus ideam habere, ei partes, e quibus composita esset, cognoscende sint singula. Quare quaramus ante omnia de Maced. dialecti natura, et qua maxime atque Ægyptijs ortam potamus Alexandrinam.

§. 8. Omnino autem dubitari non potest, quin Macedonum lingua vetustior distinguenda sit ab eorundem recentiori. Hoc enim non solum ipsa rei natura satis declarat, qua quælibet lingua, quædam populo alicui usitata, et quasi viva est, multis modis mutatur atque variatur, emendatur, emollitur, expolitur, verum etiam ceterarum Græciæ dialectorum exemplum, quarum Atticam quidem duplicem fuisse, et antiquam a nova distingui debere, multi viri docti ostenderunt.⁶ De Dorica idem statuentium esse apparet et grammatici ejusdemque verbis his: *ὁ θεότροπος δὲ θεότροπος ἀσπασίς ἀσπασίως κήρυττα τὸν νῆρ' ἐὸν γὰρ εἶσι, παλαιὰ, καὶ νῦν καὶ ἄλλοι μὴν πρᾶξιαι τὴν ἰστίη ἐν τῇ νῆρ, ἢ καὶ θεότροπος χροῖται, μαλακασίη καὶ ἐσολογία.* Quin etiam Ionicam duplicem fuisse, intelligitur ex Apollonii Rhodii Scholiasta.⁷ Hoc idem autem de Macedonica quidem dialecto demonstrant, qui nobis supersunt, lingue istius vocabula, qua liquida apparet alia vere et proprie Gr. et ad veterem Hellenum linguam referenda esse, alia ex aliorum populorum linguis, imprimis Persarum, Syrorum, Hebræorum, Ægyptiorum, aliorumque, quibus cum Alexandri ejusque successorum temporibus versati sunt Macedones, derivari debere. Collegi utriusque generis non pauca. Sed cum et priori genere pleraque protius inusitata esse reperiantur, quamquam ex his quoque plurima Orienti deberi nobis persuasimus, rejecimus ea ad calcem hujus paragraphi. Alterius generis exemplum nonnulla statim in margine adjeci.⁸

¹ v. Tiberius Claudius Caesar ap. Joseph. archæol. 19. 5. 2.

² Plura eam in rem ac certiora viderent altissimi fuisse, si perspexisset libri 10, quos scripserat, quos *ἄλλοτρίων*, Callinæus, cognominis Satorius, sophista, (de quo v. Suid.) et Callinæi Rhodii opus *ἐπὶ ἄλλοτρίων*, quod inedit Athenæus 5. p. 186. A. et 5. p. 287. D. et Apollonii Rhodii *ἐπισημοῦσιν ἄλλοτρίων*, qui liber lausatur a Schol. Nicandri ad *thiæcæ* c. 6. ed. Moreli. Paris. 1597. 4.

³ Talem Hebraicorum dialecto Macedonicæ-Alexand. illatum detexisse mihi videtur in Ptolemæi Euergetis monumento Adulitanæ, ap. Chisholm. antiquit. Asiat. p. 75. ubi insolens verborum structura, quæ conspicitur in his: *ἔχου ἐὸν μύνηρον βῆσιν ἄρα ἐξήρησται*, explicari fortassis possit ex ea Hebraicorum consuetudine, qua nominibus, qua verbis derivata sunt, eandem jungere solent eam, qui jungitur, verbis, a quibus ducta sunt, ut 2. Salm. 3. 11. *וְהָיָה וְהָיָה* etc. Vitavit hæc structura dicitur auctor libri 2. Mænech. 3. 23. *τὸ ἔργον γὰρ ἔστιν*, quæ est Attica loquendi ratio, v. Anonym. Atticæ de Atticis, in Villoisii anecd. Gr. t. II. p. 50. Sic Hebraicam et in Inscrip. Roset. lin. 10. ubi Ptolemæum vocatur *εὐμάρης βῆσιν*, in Suid. Et lin. 19. *ἐμάρης βῆσιν* ad *μῆρον*. Nulli tamen alienari hic potest. Nam, ut de primo saltem exemplo dicam, etiam Attici reperitur insolentior illa nominum structura non raro nisi tunc, ut Plato apol. Socr. T. I. opp. p. 50. A. *ἐὸν ἰστίη τὸν νῆρ' ἐὸν γὰρ εἶσι*. Innotescit etiam in *ἐπισημοῦσιν ἄλλοτρίων*. Epist. de T. III. p. 354. E. 4. *τὸν βῆσιν*. v. Fischer. et Persan. ad Erip. Phoen. 948. Sed nec secundi exempli similia desunt in Atticorum libris. Apud Plat. etiam Alcab. 1. T. tr. opp. p. 121. A. et Xenoph. Ages. 1. 2. sunt *βῆσιν ἐὸν βῆσιν*. Tertium vero, *βῆσιν καὶ μύνηρον*, pro *βῆσιν μύνηρον*, haud dubie originem debet linguæ Orientis, vel Verst. de Hebraicis N. T. 12. 2.

⁴ Nam et Irenæus, qui idem Latino nomine Picaus vocabatur, grammaticum Alexandriae, scripserat l. 7. *τοὺς ἐπὶ τῇ ἑλληνιστικῇ διαλέκτῳ, ἐπισημοῦσιν ἐξ ἄλλης derivaverat*, (v. Elym. M. in v. *ἐπισημοῦσιν*, Suid. in v. *ἐπισημοῦσιν* et *ἰστίη*) et Demetrii Isonis, Antæmynd. *τοὺς ἄλλοτρίων ἰστίων* quæ lausatur ab Athenæo 9. p. 395. B. *Visit iste Demetrius temporibus Aug. Caesaris, v. Suid. in v. ἀσπασίη*, et Menæg. ad Diag. Laert. 5. 84.

⁵ Ut Henr. Stephanus de dial. Att. p. 235. Taylor. præfat. ad indic. in Lysian extrema, Bernardus ad Thesaur. Mag. p. 579. et Vatekan. ad Erip. Phoen. p. 22. et Pierson. præfat. ad Mær. p. 26. 29. et Fischer. ad Weller. Spec. 1. p. 41-43. qui tres fuisse dicit hujus dialecti ætates, quarum primam terminavit Ionum in Asia oram migratione, secunda inde pertinuerit usque ad bellum Peloponnesiacum imperat, tertiam finem in ætate Philippi et Alexandri M. invidit.

⁶ Quæ loquuntur in editione Theophrasti Romani, quam Zach. Calliergus curavit 1516. h. post argumentum illius primi præfixum. Uglye sicut erat, quod virgula quædam divina se incidisse putaret Andr. Schottus (vbi. humans. 2. 50.) in cœteris aliquo Mstæne, in quo ferè videri legitur. Quam codicis ipsius notam cum etiam Maittaire in introductione in Gr. dialectos p. 111. transcripserit, non rædem videtur, quomodo vir doctus in Lætia. Literat. Zeit. 1807. Nr. 74. dicere potuerit, in libro Maittaireano præteritum esse dialecti Doricæ diversitatem.

⁷ l. 998. 1081. id vocabulum *ἄλλοτρίων* *ἐπισημοῦσιν ἄλλοτρίων*, Fischer. l. 1. p. 39. 39. et Maittaire l. 1. p. xxxvi. et p. xxxii. p. 1. et 5. *Uglye* non depulsum dialectum Ionicam præteritum a Maittaire fuisse patet.

⁸ Arædicis, grammaticis ineditis, apud Spanghem, ad Callim. h. in Del. 150. indicat, *ἐπισημοῦσιν ἄλλοτρίων*, Spanghem. libel ex Arædica lingua derivat. Sed potius mihi videtur Jungermann (ad Polluc. 10. 12.) qui legi jubet *παλιὰ*, quo vocabulo

ubi male editur: *ὅταν βασιλευσὶν ἀπὸ λαϊκῶν*. Ceterum potest hęc glossa ab his adhiberi, qui Latini verba utro-que arbitrantur & sic. Sic dicitur est fulmen. Cf. Lemperg. *etymologicon ling. Gr. T. 4. p. 157.*

Ἀρχαίονος *ἄρχος*, Macedoniae. Hesych. et Phavor. *Ἀρχαίονος* *ἄρχος*, *ἐπὶ στρατιωτικῶν*, *ἢ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου*. Hesych. et Phavor. Cf. Poll. l. 175. Athen. v. p. 194. D. Polyb. v. 28. Diodor. Sic. xiv. 28. Liv. xlv. 41. Curt. iv. 13. Ceterum hoc nomen, quod ad formam affinit, non deservit ab universa Gr. lingue analogia, neque adeo hęcina Macedoniae proprium existimandum esse, ut se patet cuivis. Eadem est nominum *χρυσόπαιδος* et *χρυσόπαιδα* ratio, atque etiam aliorum quorundam.

Ἄρχος *Ἡρακλῆς*, *παρὰ Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor. Opinatur quidem Alberti, Herculem ista dictum fuisse, quia *ἄρχος* etiam significaverit *τὸν βασιλέα*, ut paulo ante Hesychius exposuit. Sed parum magis placet, ut *Ἄρχος* proprie fuisse significet genitivus nominis *Ἄρχος*, *omnis nomine vici*, sed deinde in nominativum abisse (quae re in fine hujus paragraphi exposui), quo Macedoniae ear *Ἄρχος* de Hercule cui sint.

Ἄρχος *ἐπέων*, Macedoniae. Hesych. et Phavor. Nimirum proprie videtur adjectivum fuisse, ortum ex *ἀρχή*. *Ἀρχαίος*, *οἱ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου ἐπιτολάις*. Hesych. sed nullo interpretamento addito, ita ut, quales fuerint, sciri non possit.

Ἄρχος *ἴσας*, Macedoniae. Hesych. et Phavor. Facile id derivaveris a verbo *ἀρχο*, de *ἀρχε*.

Ἀρχος *χρημάτων*, *ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych.

Ἀρχος, *πυθίων* *Theophrastus* *hist. plant. lib. 10. τὸν περὶ Μακεδονίας* fuit quæritus species, cuius, ut Theod. Gaza interpretatur, sed improbatè Salmasio in exerc. Plin. p. 236.

Βασίλην ἑστίασαν *δαίον*, *παρὰ Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Βασίλην ἑστίασαν, *ὄνομα Ἄρχαίας*. Hesych. et Phavor. Sed Is. Vossius legit *Βαγίας*, de quo, præter alios, v. Athen. xiii. p. 603. B.

Βασίλην ἑστίασαν, *Ἄρχαίας*. Hesych. et Phavor. Sed Suidas dicit, esse nomen proprium, et nomen Americae omnifid.

Βασίλην *πρὸ βασιλείας* vel *βασίλειαν* dixit Menander, v. Eustath. ad Hom. Od. v. p. 1423. 40. et ex eo Phavor. in v. *βασίλει*. Cf. Suid. in v. *κωμῶν*, et infra §. 12.

Βασίλην *πυθίω*, Macedoniae. Hesych. ubi pro *πυθίω* Vossius legendum putabat *πυθία*, Albert. *κωμῶν*, equidem *πυθίω*. Nalæus *πυθίω* auctore Steph. Byz. est *ἄρχος* vel *ἐπίτης*. Sed *πυθίω* est *ἐπίτης*, *ἰσχυρός*, *ἀριστός*, *ἐπὶ τῶν ἀνατολικῶν* (v. Schol. Aristoph. Eq. 1057. et Suid.) et *πυθίω* teste Suida alioque est *στρατιωτικῶν*.

Βέλο, a Macedonium sacerdotibus vocatus est aer. v. Neanthes Cyzicenus apud Clem. Alex. str. 5. p. 569. C.

Βραχάσιον *τὸν τοῖς κατὰ μέρος*, *ὄνομα δὲ πρὸς τὸ Μένι Μακεδονίας*. Hesych. et Phavor. Legitur sic apud Polyb. iii. 39. et xxv. 12. Unde Berton, qui scripsit Strab. lib. 7. p. 12. *Ἀλεξάνδρου παρὰ τῶν*, Athen. x. p. 442. B. vocatur δὲ *Ἀλεξάνδρου βραχάσιον*. Et Strabo vii. p. 322. D. ubi de via in Macedonium loquitur, eleganter dicit: *ὄνομα βραχάσιον κατὰ μέλην*.

Βραχάσιον, *ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Βραχάσιον *ῥάβδον*, Macedoniae. Hesych. et Phavor. Ex *ῥάβδος* est Latinum *virga*.

Βραχάσιον, *παρὰ Ἀλεξάνδρου ἐπιτολάις* (ita enim, vel ἐπιτολάις, pro *ἐπιτολάις* legendum est), *ἐπίτης ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Γόλο *ἑστρια*, Macedoniae. Hesych. et Phavor.

Γόλο *τῶν Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Γράβιον *τὸν ὄνομα Ἄρχαίας*, v. Athen. xv. p. 699. E. et Eustath. ad Hom. Od. p. p. 1571. 14.)

Γύργον *ἐπίτης*, Macedoniae. Hesych. et Phavor.

Δαίον *ἐπίτης*, Macedoniae. Hesych. De cognato substantivo *δαίον* v. p. clxi. not. 5. et p. clxii. not. 2.

Δάρρον *Μακεδονίας δαίρον*, *ἢ ἐπίτης τῶν ρουσσῶν ἑστρια*. Hesych. et Phavor.

Δαρρόλον *ἑστρια*, *ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Δαυσίον, *Ἀρχαίας δαυσίον* *τὸ κατὰ τὴν εἰρησῶν τῶν Ἀπολλῶνι κλαστικῶν ἑστρια*. Suid. Habet hoc vocabulum Pherecrates apud Athen. vi. p. 645. A.

Δαυσίον, *οἱ ῥωσσογράφοι ἄρχος ἑστρια καταλόγου*.

Χάσιον *τὸν ἄρχος*, *ὄνομα Μακεδόνας ὄνομα καταλόγου*. Athen. iii. p. 114. B.

Ἄρχος *ἐπίτης*, Macedoniae. Hesych. et Phavor.

Ἄρχος *ἐπίτης*, *ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Ἄρχος *ἐπίτης*, *ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Ἄρχος *ἐπίτης*, *ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Ἄρχος *ἐπίτης*, *ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Ἄρχος *ἐπίτης*, *ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Ἄρχος *ἐπίτης*, *ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Ἄρχος *ἐπίτης*, *ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Ἄρχος *ἐπίτης*, *ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Ἄρχος *ἐπίτης*, *ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Ἄρχος *ἐπίτης*, *ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Ἄρχος *ἐπίτης*, *ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Ἄρχος *ἐπίτης*, *ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Ἄρχος *ἐπίτης*, *ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Ἄρχος *ἐπίτης*, *ὄνομα Μακεδόνας*. Hesych. et Phavor.

Λαγυῖα rejicitur a Phrynico p. 78. quod λαγυῖα, inquit, ἢ Ἀρσινῶν, δὴ δὲ τοῖς Ο ἢ Ἰαε, τὸ λαγυῖον δὲ εἶδος ἴεον. Jam quoniam hæc forma non improbari videtur ab Athenæo 9. p. 400. C. τὸ λαγυῖον, (op. apud Hom. Il. x. 310.) εἰ μὲν ἔστιν Ἰαετικὴ, ἀλλοφρον τὸ ἢ Ἀρσινῶν τὸ α. quæ verba paululum mutata repetit Eustath. ad Od. e. p. 1534. 19. et p. 1821. 23. et Phavorinus: tamquam cum Phrynico facio. Nam λαγυῖον in nullo scriptore idoneo reperitur, quoniam illud per librariorum incertiam in duo Xenophontis locos irreperit in Lexico Xenoph. docui, supra vero in recentioribus ac minus pura Græcitate usum, ut Callinacho h. in Dian. 91. et 153. et epigr. 53. l. Antipholo in Brunckii anal. T. ii. p. 175. nr. xxiii. Isidor. Ægata ibid. p. 475. nr. i. v. 3. et 6. in ἀβασκίον ἐπιγραμματικῶς multis, ut T. iii. p. 144. nr. xi. p. 239. nr. ccccxvii. p. 288. nr. DCXLVII. Plutarcho Lacon. apophth. T. viii. ed. Hutten. p. 209. 228. Hermete apud Stobæum eclog. phys. c. 52. p. 1074. Schol. Nicand. ad theriaca p. 23. 33. et ad alexipharmaca p. 54. 64. 69. Didymo in Geopon. xiii. 14. 9. Licet hæc obiter notare Leonidas Tarentini in Brunckii anal. T. i. inconstantiam. Nam p. 223. nr. xii. dixit λαγυῖον, p. 234. nr. xvii. λαγυῖον, et p. 228. nr. xxxi. τὸ λαγυῖον; quæ varietas fortassis nostri necessitati tribuenda videatur. In versione Alex. extat λαγυῖα, et quidem in cod. Alex., P. ciii. 18. Atque hæc veram esse Judæorum Alexandrinorum versionem, diserte docuit Hieronymus in epistola ad Suniam et Fretellam, T. iii. opp. p. 61. H. Omnino de hujus nominis scriptura v. Oudenloper, ad Th. Mag. p. 564. Cæterum si genuina est lectio in Cyrilli Lexico MS. a Bernardo ibidem allata: τὸ δὲ λαγυῖον Ἀνακίας ἴεον, hoc ipsum respondentem putem in Phrynico pro τὸ λαγυῖον δὲ εἶδος ἴεον, et rursus appareat, formæ istius fontem esse Doricum dialectum.

Λαγυῖον et Λαγυῖον, pro ἀνάετος sive κριεῖον, barbata a Suida vocari jam in v. ἀφάρδης vidimus. Legitur 4 Reg. x. 27. in Cod. Vatic. Λαγυῖον, in Cod. Alex. Λαγυῖον, in Abd. Λαγυῖον, in Complut. Λαγυῖον. In glossis ad h. l. exponitur per ἀφάρδης. Alias Λαγυῖον est balneum.

Μαγυῖον dicitur Phrynico p. 120. et Th. Mag. p. 391. Quibuscumque si confuleris locum Poll. 6. 13. ubi μαγυῖον et ὀστρακίον tanquam synonyma sine ulla nota ponuntur, videri possint male egisse Afflicite. Ad hæc dubia verba præceperunt. Nam ea tantum notione, quæ ipsam culinam significat, rejectum ab illi arbitror istud vocabulum: quare nec locus Pollucis, ubi paulo diligentius consideraverit, ad eos confutandos referri potest, quippe cujus hæc mens est, pro μαγυῖον dicendum esse ὀστρακίον, id quod satis docet alius Pollucis locus l. 80. ὀστρακίον τὸ μαγυῖον ἴεον. Athenis enim μαγυῖον significavit locum quendam, unde coqui conducebantur, forum coquinum, v. Poll. 9. 48. Sic nec Theophrasti locum (charact. 6. 4.) potest recte opponi: Atticis magistri posse, quæ Theophrastus ipse in idoneis pure Græcitalis auctoribus haberi aequit, et quæ vix dubium esse potest, quod illi significantur popine, h. e. loca in quibus cocta venduntur, non loca ubi coquantur opione. Philoni autem, apud quem et ipsam culinam notione subiecta legi docuit ad Thomam Salierium, facile inhæzere potnisæ apparet ex assida versione Alex. lectio, in qua sic legitur μαγυῖον Esch. xlv. 23. Præterea multa grammaticæ et interpretati reperuntur vocabula Attica, ut Schol. Aristoph. Plat. 816. Harpocraton, Suid. et Hesych. nomen ἴεον, Schol. Aristoph. Equit. 1030. Pac. 891. Etymol. M. p. 629. s. Suid. et Hesych. nomen ἰστρίον sive ὀστρακίον, Hesychius nomina τριάρια, τριάρια, et τριάρια, quorum primum ille dicit Laconicum esse.

Μαγυῖον, quod l. Reg. viii. 13. reperitur, hæc retuli, quia eodem modo formatum est, quod δακτύλιον.

Μαδῶς sive Μαδῶς, quod Hesychio aliusque est εἶδος ἰριῶν Ἡεροῦν πολέμου, jam a Sopingo ad Hæch. in v. βιβλίε vocatur vox Macedonica. Neque videtur, quid huic sententiæ possit opponi. Nam supra scriptissime vidimus vocabula Persica in dialecto Maced. et Alex. migrasse, et sæpe nomen, de quo agimus, legitur in versione Alex., ut Jud. iii. 16. l. Reg. xvii. 38. 39. ubi

Complut. habet *θεραπειας* pro *μαρτυρας*, 2 Reg. x. 4. aliisque post Alexandrum M. scriptoribus, ut Dione Cassio 67. 8. 71. 95. 72. 21. Artemidoro 2. 3. nunquam vero in antiquis. v. omnino interp. Hesychii, it. Reiff. ad Artemidoro. l. l. et Biel in novo thesauro philolog. et quos laudant, imprimis du Fresne Glossar. med. et inf. Graecitatis.

Μαρτυρας pro *σπρεττός*, sive a Dorico *μαίνας* s. *μάνος* (v. Poll. 5. 99.), sive a Latino manus derivandum censens, sive cum Polyb. 2. 31. a Gallis repetendum ducas, sive cum Bocharto P. II. Geogr. sacr. 1. 42. -e Chaldaico *מַרְטָא* ortum, certe novum esse vocabulum et Alex. dialecto vindicandum. Legitur enim non ubi apud recentiores, ut Polyb. 2. 29. et 21. interpretes Alexandrinos, ut Dan. v. 7. 16. 29. it. 3 Est. iii. 6. Plutarch. in Cimone c. 9., ubi tamen memorat *φάλαξ* *χρυσά*, καὶ *μαρτυρίας*, καὶ *σπρεττός*, ut ita et haec ultima vel grammatici alicujus glossaena, vel ipsius Plutarchi interpretamentum videri possint. Utuntur eodem nomine grammatici ad explicanda vocabula Gr., ut Hesych. *μαρτυρίας* — *μαρτυρία*, *περὶ δόξας*. it. *ἐπιπέτοις* — *μαρτυρίας*, *ἡ περὶ δόξας*. it. *κλόδος* — *κλόδος*, *ἡτοι μαρτυρίας*. Schol. Theocrit. idyll. 11. 40. *μαίνας* ἢ *ἐπίων* ἢ *περὶ ἀρχαίων κώμους*, τὸ *λεξιόμενον μαρτυρίας*. Hoc *μαρτυρίας* vix apud alium quonquam reperias, et fortassis mutandum putes in *μαρτυρία*, quod etiam Phavorinus habet, et exponit τὸ τοῦ *ἱππιῶν νεομαρτυρίας*. Cf. Scheffer. de antiquorum torquibus, cum notis Jo. Nicolai, Hamb. 1707. 8. p. 22—24.

Μεγατάρων, proceres. Phrynichus p. 84. testatur, Antiochum Sophistam hoc vocabulo usum esse, secutum fortassis ea in re Menandrum, dici vero debere *μέγα δυνάμειον*. Th. Mag. p. 602. *μεγατάρων*, *ἀδύκτων*. *σὸ ἐὼν μέγα δυνάμειον λέγει*. Salmassius de hellenistica p. 104. illud ut Macedonicum esse, propterea quod non habeat analogiam aut terminationem Gr., certe non exemplum suppetere ostendit vocabuli sic Graece formati. At vit summus, nisi putandum est de solo superlativo disisse, quod disertè Pauv ad Phrynichum fecit, laud dubie humanum quid passus est. Neque enim desunt talis formae exempla. Sic Etymol. M. p. 599. 14. et Phavorinus in v. *σενάριον* *παρὰ τὸ εἶδος γένετον εἶδος*, ἢ *μεγατάρων*. Et Stephanus Byzant. in v. *Αἰσία* τὸ *ἑθνητὸν Αἰσίων* — *ἢς μέγιστος μεγατάρων*. Quae ipsa et plura habet Eustath. ad B. β. p. 335. 14. Sic recte et bene dicitur *Ἀσπυρίων*, *Ἀσπυρίων* (v. Suid. in v. *σενάριον*) et similia. Huc etiam refero, quod Apollonium Dyscolus in grammatica sua scripsit (v. Vossii ex ea excerpta ad calcem libri Maittairiani de Gr. loquae dialectis p. 571.): *ἐπιπέτοις* *τραυλιότατος*, καὶ *παρὰ ταῖς μεγιστάς*, *δυνάεις* *τε* καὶ *ἐπὶ τὰς*. *ἐπιπέτοις* ἢ *ἐπιπέτοις* καὶ *παρὰ τὸ εἶδος*, *σενάριον* — ἢ *τὸ κενάριον* καὶ *σενάριον*, καὶ *παρὰ τὸ ἐπὶ τὸν γένετον* *παρὰ τὸ εἶδος* etc. Ha ego quidem legendum putabam, v. quae ibi notavi. Cf. Etymol. M. p. 825. 13. ubi scribitur *εἶδος* et *μεγατάρων* item Phavorinus in v. *σενάριον*, qui, ut Suidas in v. 3 *σενάριον*, quem excerpit, vocativum nominis *εἶδος* dicit docet *εἶδος*, et Dorice *εἶνος*. Quamvis autem ob eam causam, quam Salmassius attulit, negem hoc nomen posse Macedonicum appellari, tamen illud ad dialectum Macedonicam vel Alexandrinam referre ideo non dubito, quia et a recentioribus tantum scriptoribus, ut Artemidoro 1. 2. 3. 9. et 13. Anonymo apud Etymol. M. p. 311. 28. Josepho archid. 11. 3. 2. 30. 2. 3. et de vita sua 1. 23. et 31. Traeta chab. 5. 434. aliisque ab Alberto ad Hesych. habitatis, etiam Latinis quorum locus Brisonius de regio Persarum principatū p. 209. et Frisingensis ad Carp. 5. 13. 2. collegerunt, et ab Alex. interpretibus, ut 2 Paral. xxxvi. 18. et a scriptoribus N. T. ut Marc. vi. 21. ubi *Heupelios conferendus* est, adhibito reperitur. Scilicet proprie quidem indiciase videtur proceres et primores Persarum. Jam vero vocabula Gr. multa ex Oriente petita esse, imprimis post Alexandri M. tempora, satis constat. Ut enim taceam vocabula notissima, *ἀγροαρίων*, *γαζα*, *μάγα*, *σπαρδοίον*, et alia, afferendum putavi aliud ejus generis minus notum, verbi Eustathii ad Od. a. p. 1403. 40. *ἐκ τοῦ ἀπὸδ ἡμάτων* (*ἡδαι*), καὶ *τὸ παρὰ Αἰλίου Διονυσίου ἡδαιον*, *καὶ τὸ λέγει ἡδαιον*, *ἐστὶ τὸ μὲν ἡδαιον*, *ἑλλησικὸν* ἢ *ἐκ χρεῖας*, *Περσικόν*. ἢ *ἐκ ἡσπεί*, *προγενέστερον*, *προεθνητὸν τὸ βασιλείου*, *ἢ ἀσπυρδοκῶν*. *ἑσπυρδοκῶν* ἢ *ἐσπυρδοκῶν* *καλεῖται τὸν ἐπιπέτοιον* *τῆς ἐλαχίστου* *κακίας* *καὶ παρασκευῆς*. Cf. Athen. 4. p. 171. B. ibique Schweighäuser. vol. II. animadv. p. 611. sq. et Etymol. M. p. 315. 37. Eodem igitur modo nomen *μεγατάρων* arbitror recte dici Gr. quidem vocabulum esse, si termi-

nationem et formam species, sed recens inventum ad designandam notionem aliquam peregrinam, ac semel in dialectum Maced. et Alex. receptum, sensu de aliis quoque, praeter Persicos, magnitudinis dici solet.

Μόλυστα cum dativo rei, pro sludere, operam dare, vix dubito quin recte huc referatur. Forma enim verbi est antiquissima, sed hic ejus usus recens. Sic in Orphicis argonaut. 379. *δυσασπυλὴ μέλυστα καὶ ἰσάριον*. Dionys. perieg. 1045. *κρησίου τάσσει καὶ ἰσασσέρι μολυστα*.

Μουζῆζον, a nemine damnatum, tamen in nullo scriptore idoneo invenit. Exat saepissime apud recentiores, ut Diod. Sic. 1. 32. *καὶ ἢ μουζῆζον τούτοις*. ubi alii legunt *κρησίζον*. Apollonium Alexandrinum de syrtiaci p. 207. 14. Eustath. ad Od. a. p. 1389. 38. *ὁ μῦθος ποῦ τῆν Ἀλοφίαν χώραν λέγει μουζῆζον*, p. 1390. 9. *ὁ ὄφθαλμὸς μουζῆζει τὴν ζῶαν*. Schol. Eurip. Med. 60. *ὁ μῦθος ὁ λέγει, ἄλλ' οὐδὲ μουζῆζει*. Phavorin. et Etymol. ineditum apud Bielium in novo thesauro philolog. in v. *μουζῆζον*, et Sapiens. 13. 14. Locos Byzantinorum scriptorum, qui huc verbi etiam aliam notionem subjecerant, magno numero collegit du Fresne in Glossario mediae et infimae Graecitatis.

Μουσοποιῶν ut Menandri verbum rejicit Phrynichus p. 182. Ex illius igitur comediis transisse videtur in linguam vulgarem. Praeter Stracidem enim 34. 21., ubi Lamb. Bos male servavit *μουσοποιῶν* pro *μουσοποιῶν*, utuntur eo Diod. Sic. 18. 34. Appianus bell. civ. 2. 88. Theophrastus charact. 25. 1., ubi pro *μουσοποιῶν* Reiskio rescribendum videbatur *χρησοποιῶν*.

Μουρολαρα quid significet, patet et verbis Imp. Zenonis, in Cod. Justin. 1. 2. lit. 12. l. 27., ubi saepe legitur, semel autem explicatur per translationem mandati. Eandem legem Graece et Basilicis posuit et interpretatus est Cajacius Obs. 13. 5.

Μουρῶζον auctore Phrynicho p. 188. apud veteres et bonos scriptores significabat τὸ τὰ *σπυρδοκῶν* *μεγιστῶν* *φίλων*, sed Menander dixit pro *ἀδελφῶν*: quam ipsam notam lexico suo inseruit Phavorinus. Vera autem Phrynichum praecipio, cum hoc verbum, ubi pro egrotate dictum reperitur, improbetur, manifestum est. Nunquam enim sic legitur, nisi in versione Alex., Nelseni. 2., ubi pro *μουρῶζον* in edit. Complut. est *ἀδελφῶν*, et, quod apud alios scriptores recentiores, qualis est auctor carminis de effectis plantarum, Deo aliquid sacrarum, quod extat in Fabricii bibl. Gr. vol. II. p. 630—660. edit. 1., in quo *μουρῶζον* statim v. 3. sunt agroti, v. ibi Fabric. p. 632. sq. qui de omnibus verbi notionibus diffuse exposuit.

Μύρα saepissime apud scholasticas aliosque veterum scriptorum interpretes, ubi ostendere volunt, locum aliquem etiam aliter posse explicari, sic legitur, ut fere idem sit quod *ἴσως*, fortasse. Exempla ubique sunt obvia. Quare pauca attuli. Et primum quidem, quod Aegyptiorum codicum reliquiae Voeltius in bibl. Naniana asservate, et ab Jo. Aloys. Mingarellio Bononiae 1785. fol. editae, p. xcvi. suppeditant, ideo quia hic liber partim in paucorum nostratum manibus est, partim usum istum Aegyptiis atque adeo Alexandrinis frequentatam fuisse declarat, quantum ibi de re grammatica non agitur. Mingarellius p. c. notavit, particulam *μύρα* ab Origene, Didymo, aliisque accipi pro fortasse. Sic Athen. 1. p. 11. E. *ἄριστον μύρα ἐστὶν*, τὸ ἐπὶ τῆς *ἐκ λαμβανόμενον* *δὲ τὰς*, τὸ *σπυρδοκῶν* — *μύρα* *ἢ* καὶ *σπυρδοκῶν* ἢ *ἄριστον* *τῆς* *δύστης*. v. Casaub. ad h. l. et Schweighäuser. l. I. animadv. p. 107. sq. Idem Athenensis 13. p. 386. E. *μύρα* *ἢ* *δοξῶν* *ἀπὸ τῆς* *Ἀσπυρίας*. *Ἄριστον*. Eustath. ad Od. η. p. 1571. 15. In versione Alex. similiter est Gen. xxiv. 5. *μύρα* *ἢ* *βασίλειον*. ubi Cod. Alex. *βασίλειον*. l. 15. *μύρα* *ἢ* *μυρδοκῶν*, ubi al. *μυρδοκῶν*. Jud. iii. 24. aliisque in locis. Et in libris N. T. Matth. xxv. 9. etc. Item apud M. Antonium Imp. 4. 24. et Theophrastum, Bulgariae episcopum, in epist. p. 937. l. viii. opp. Meursii.

Μολύρα, columnis miliaribus distinguere viam. Ita bene explicatur in Glossario Polyb., additis tribus Polybii locis 34. 11. 8. 3. 39. 8. 34. 12. 3. Quare Strabo 6. p. 283. A. *Πολύρας*, inquit, *ἀπὸ τῆς* *ἰσχυρίας* *μεγαλοῦσθα* *ἔσται*. Idem p. 266. A. *τὰ διαστήματα* *δὲ* *δισησθέντα* *μολύρα*. Patet autem, haec et nomen *μολύρα*, quo saepissime Strabo alique recentiores utuntur, origine esse Latina.

Νεοκῆς et *ροσῆος* Phrynichus p. 88. *ἀδύκωτα* *σκατ*, et

tator verba *πίστευ ποιήσαντες τὴν ἡμέραν*, ad quem locum v. Albert.

Προσέομαι, inquit Phrynicius p. 182. *ὄνομα Μέγαςδοσι*. οὐ δ' ἀρχαῖα περιττὰ λέγουσιν. Quae in lexicon suum etiam Phavorinus transcripsit. Sed eodem nomine προσέομαι utitur Gr. interpres Prov. xxiii. 21. atque inde Clemens Alexandr. paedag. 2. 2. p. 153. A. Nomen προσέομαι habet Scholiastes Aristoph. Av. 286. Verbum *καταπροσέομαι*, sed sine auctore, in Thesouro Stephani ponit. Ceterum quia apud Pollucem 6. 188. Kuhluis et Jungermannus pro προσέομαι perperam e codicibus recipere προσεοσίων voluerint, dubium esse vix potest.

Προσάγομαι Meris p. 294. ait Ἐλληνικῶς dici, sed Attice *πεπράσμαι*. Etiam Th. Mag. p. 719. hanc alteram formam magis probat. Et sane prior illa in libris antiquiorum atque idoneorum scriptorum non facile reperitur, cum tamen frequens sit in versione V. T. Alex., ut Lev. xxv. 34. 42. xxvii. 27. Deut. xxviii. 68. Jerem. (xli.) xxvii. 44. Ezech. xlviii. 14.

Προσάγομα et *Προσάγομαι* pro *ἴδω* non tulit veteris Graeciae elegantia. Eustath. ad Il. 5. 629. p. 867. 54. *ἴδω*, ἵνα καὶ ἐπὶ τοῦ ἀρχαίου προσάγομαι, ταῖς δ' εἰρεῖς καὶ τοῖς προσάγοις, τοῖς ὄνομα λέγουσι. Meris p. 274. *ἴδω*, Ἀρριῶν προσάγομαι (Pierson. e cod. Cousin. aliique habet *προσάγομαι*), Ἐλληνικῶς. Th. Mag. p. 668. *ἴδω*, ὁ προσάγομαι. Et προσάγομα quidem legitur in Baschii hist. eccl. 2. 17. p. 45. D. et apud Dioscoridem, cujus locos monstrant lexicographi, sed *προσάγομα* Jo. xxi. 5. in Scholiis Venetis a Villosio editis ad Il. l. 1. p. 284. a. atque apud alios recentiores, quos du Fresne l. l. laudavit p. 1054 sq. Utroque vocabulo Suidas interpretatus est nomen *ἴδω*, ut nomine *προσάγομαι* Athenaeus 9. p. 383. F. nomen *ἴδω*, et 7. p. 276. E. nomen *ἴδω*, sed nomine *προσάγομα* ut explicandum *ἴδω* usi sunt Etymol. M. p. 646. 14. et Hesychius in v. *ἴδω*, ubi v. Albert. Cf. Fischer. de vitis lexie. N. T. p. 697. sq.

Πρόσχημα, auctore Florentino in Geopon. 6. 16. 14. a nonnullis vocatum fuit vinum s. mustum ex vitis nondum calcatis sponte profusum. Ab antiquioribus dicitur *ἄνω πρόσχημα* v. Athen. 2. p. 45. E. Meris p. 305. Pollux 6. 17. et Plin. H. N. 14. 9. et πρόσχημα. v. Athen. 1. p. 20. R. Unde Hesychius: πρόσχημα ἄνω τοῦ τοῦ ἄνω τοῦ πρόσχημα, ubi legendum videtur πρόσχημα, quò nomine Meris p. 492. utitur ad explicandum *ἄνω πρόσχημα*, ubi tamen vocabulo πρόσχημα aliud quoddam substituendum putatur.

ῥῆγες de avis eorumque acinis, barbaram dicit Eustath. ad Od. 1. p. 1633. 44. e quo loco Plavinius hausit, quae habet in v. ἀπορίστῃ. Dicendum potius esse ῥῆγες, quia ῥῆγες apud Homerum significant aedem partem. Pecorantur enim Dioscoridis in Brunckii anal. t. ii. p. 80. n. iii. cum y. 3. dixit *ῥῆγες* — *πεπράσμαι*, etsi p. 81. n. vi. v. 3. ἀπορίστῃ ῥῆγα adhibuit. Et Cu. Lentulus Galenus ibid. p. 166. n. iii. *πεπράσται τὴν ἀπορίστῃν ῥῆγας*. Denique interpretes V. T. Graeci, ut Levit. xii. 10. ubi edit. Abl. pro *ῥῆγας* habet ῥῆγας, et Jes. lvi. 8.

ῥαρόν non dicendum esse, sed *καρόν* et *καυρορέν*, auctor est Phrynicius p. 28. et 44. His *καυρορέν* addit, eodem precipiunt, Th. Mag. p. 348. qui idem p. 789. *καυρορέν*, inquit, ὁ *καρόν*. Similiter Meris p. 356. *καυρορέν*, Ἀρριῶν *καυρορέν*, Ἐλληνικῶς. Et sane praeter Lucam xv. 8. et Matthaeum xii. 44. et scriptores ecclesiasticos, nullam hujus verbi auctorem novimus, nisi Pamphilum in Geopon. xlii. 15. 4. et Quintilian ibid. 14. 6. 5. Cf. Croisobus, in N. T. c. 24. p. 267. sq.

ῥαῖον, quae voce interpretes Gr. utuntur Levit. xix. 27. et quam quidam *κράβηλον*, cincinnum vel nodum capillorum interpretantur, est vox Alexandrina. Ita recte, opinor, judicat Croius l. l. c. 33. p. 258. cujus judicium Hodius quoque l. l. 2. 4. p. 121. sequitur. Nam Scholiastes ad Levit. l. l. *ῥαῖον*, inquit, ἵστίον ἢ *κράβηλον* ἄλλοθεν δὲ ἴστίον τοῦτο, ὅπερ Ἐλληνες ἐπέλεοντο ὡς *Κροακίον ἰστίον*, καὶ μὴδὲν Σαρρακίον μέγιστον τοῦτο ποῦσιν. Similiter Suidas: *ῥαῖον* τὸ *κλεῖδιον*. Aliter explicasse videtur Hesychius. Videtur, inquam. Nam in ejus lexico leguntur haec: *σισοκρόν* ῥαῖον. *Φασαλίαν*. Quae verba corruptissimam Casaubonum ad Sueton. August. 45. et post eum Heinsius in Aristarcho sacro c. 4. p. 108. proclare viderunt sic esse emendanda: *σισίφ* *κομῆ* *κοῖν*. *Φασαλίαν*: quam rationem si sequimur, *σισίφ* non certum

quandam comae complicationem aut cirrum, sed aliquod totiusque genis significat, et fuit proprie Cilicum Phaselitaganum, a quibus illud ob mutua Phaselitarum et Alexandrinorum commercia, cum et Phaselis et Alexandriae urbes maritime fuerint, ad Alexandris omninoque ad Egyptios pervenisse non parum probable est. Quare Casaubonus vocabulum *σισίφ* non Gr., sed Alexandrinum, et Villosius in Troisième lettre sur l'Inscription Grecque de Rosette, quam asspissime jam supra laudavi, p. 330., *Ἀgypticum* esse aiunt, Heinsius vero Phaselitas istud nomen a Syris ultra Ciliciam accepisse conjectat, et Bochartus in Geogr. sacr. P. II. l. 6. p. 362., cum Solymi fuerint Phaselidi vicini, Phoenicemque linguam et ritum usurparavit, Phaselitas Phoeniciae linguae nonnulli Graco sermone inspersisse statuit, comparans nomen *ῥαῖον*. Cf. Devling. Obs. sacr. P. II. p. 154. sq. et interpp. Hesychii.

ῥαῖον, usquam reperi nisi Nehem. iv. 13. et apud Suidam, ubi simpliciter posita est glossa *σάκκινος ῥαῖον*. Quam scribendi rationem si amplectimur, ponendum est, hoc adjectivum descendere a substantivo *σάκκος*, ut *σάκκινος* a *σάκκος*. Sed cum *σάκκος* usquam extet, saepe vero *σάκκιν* legatur, equidem praefereundum arbitror *σάκκινος*, quemadmodum ab *ἀκμή* apud Hom. Od. ψ. 191. deductum est *ἀκμηρία*.

ῥαῖον pro *σάκκινος* est etatis recentioris, neque habet forma contracta usquam ante Dioscoridem videtur usum esse. Saepissime vero legitur in Geoponica, ut 12. 30. 12. 31. 3. et 7. 13. 12. e Leontino 14. 17. 5. et 7. e Paxamo. 15. 1. 28. e Zoroastro. 16. 13. 2. e Theonemio. 17. 15. 2. atque 2. 1. ex Oppiano. 20. 3. e Didymo. 20. 4. e Democrito. 20. 13. et 35. Hinc ibid. 12. 30. 7. *ἀκμηκόρον*, i. e. τὸ ἄκρον *κρόνον*, ut eodem loco explicatur. Etiam Theophrastus, Bulgariae archiepiscopus, habet *σάκκινος* epist. 7. p. 932. l. viii. opp. Meursii. Cf. Du Fresne in Glossario saepe laudato, qui etiam habet *ἀκμηκόρον*.

ῥαῖον et tanquam Alexandrinum habet referentem, motus sum eo, quod illud non nisi ab Alexandris et recentioribus scriptoribus adhibitum legerim, quales sunt Lycophron 46. et Apollonius Rhodius 2. 570. Cf. Suid., qui etiam attribuit verba Crinagorae Mitylenae in Brunckii anal. t. ii. p. 141. n. vii. Fortassis illud, ut multa alia, (v. quae in v. *βαρδοῦσα* monui) desumptum fuit e lingua Hellenam antiquissima. Etiam a Romanis dicitur *spelunca*.

ῥαῖον a Polluce 2. 162. explicatur *τὴν ἁρῆθὴν τὸ μέγεθος*. Sed quando pro diminutivo nominis *ἁρῆθῆ* dicitur, rejicitur a Phrynicio p. 168. Et profecto sic, vel omnino pro *ἁρῆθῆ*, apud idoneos auctores non reperitur, sed in loco Eriiphi apud Athen. 2. p. 65. C. et in versione Alex. Exod. xxix. 27. Levit. vii. 20. Num. xviii. 18. ac saepius.

ῥαῖον non modo solem et lunam, omninoque astra, (v. 2 Petr. iii. 10. et 12.) et eorum significavit in dialecto Alex. (v. du Fresne l. l.) sed etiam aera. Saltem sic est in Josephi hypomnest. c. 144. p. 320. ed. Fabric. ad calcem Vol. ii. Codicis pseudepigraphi V. T. v. quae e lexico Cyrilli MS. attulit, omninoque quos laudavit Bielius in novo thesauro philologico.

ῥαῖον de luxu et lascivia ac libidine cum insolentia conjuncta, nemo qui pure scriberet dixit unquam. In genere neutro sic positum legitur 4 Reg. xii. 38. Apoc. xviii. 5. et apud Palladium Alexandrinum in Brunckii anal. T. ii. p. 421. n. liv. In masculino apud Epiphani. haeres. 46. (66.) p. 267. 38. ubi etiam lin. 20. est *τὸ πρὸς τὴν ῥαῖον ἁρῆθῆ*, et de magna cupiditate est apud Lycophr. 438. Verbum *ἁρῆθῆ* pro *ῥαῖον* gravissime damnatur a Phrynicio p. 168. Et sane ego quoque illud Macedonicum et Alexandrinum maxime fuisse statuo. Nam *ἁρῆθῆ* pro lascivie et protervum esse traditur apud Athen. 10. p. 420. B. Lycophron dixisse, ut ibid. 3. p. 100. A. Sophilus, et p. 127. D. Antiphanes, comicus. Idem legitur Apoc. xviii. 7. et 9.

ῥαῖον recentius vocabulum esse, non solum ex eo patet, quod illi potius nomine *στροβίλος*, quod Hesychio teste Attice sic dicitur, uti sunt, ut Levit. xi. 15. Job. xxx. 29. etc. sed etiam ex his Galeni verbis, de alimentis 5. 20. τὸ *ῥαῖον* *στροβοδομήλον* (*ὄνομα*), ἄρῆθῃ ἀναμάσσον τῆρ αἰσῆς μεγάλας *στροβίλος*. (v. Xenoph. Anab. l. 5. 2.) Et de proba pravissime alimentor. succis c. 6. *ἐν ταῖς μεγάλας*

σπερδός, ἢ τὴν ἀσπιδόζουσαν σπερδοσπιδόζουσαν. Atque hoc reperitur apud Strab. 16. p. 772. B. in Alexandri Aphrodis. præfatione l. i. in versione Symmachii Job, xxx. 29. Ejusdem et Aquilæ Mich. 1. 8. Eodemque et Theodotionis Jes. xlii. 20. qui idem Jes. xlii. 21. σπερδοσπιδόζουσαν divisim translatur.

Υστερον, quo Menander usus est, adulterium vocabulum vocat Phrynichus p. 184. Saltem non legitur in antiquis et puris auctoribus. Nam de tessera, signo aliquo communi, quod ex composito datur, adhiberunt hoc nomen Diodorus Siculus 11. 22. et 61. 30. 31. Etiam Theophrastus in polioretico c. 4. ad quem locum v. Casaub. Item Strabo 6. p. 280. A. interpres libri de Suffragiis 20. 38. Marc. xiv. 44. Sails hoc nomine interpretatur notum σάβηλα. Sed σάβηλα etiam de quovis alio signo legitur, ut apud Diod. Sic. 3. 5. in lib. de fluminibus, qui Plutarcho vulgo tribuitur, 14. 5. in Hedylii epigrammate iv. T. ii. anal. Brunck. p. 527. Jes. v. 26. De iugibus vel imperii, apud Diod. Sic. 1. 70. vel forogladis, apud eund. 5. 29. Atque sic in Marci l. i. intelligi assuit Fischerus de vitislexic. N. T. p. 24.

Τελείων cum recte et eodem modo et τελειῶν formatum appareret, quo τελέωμενος et τελεῖται, (Cf. Etymol. M. p. 201. 22. et 33.) non hinc retulissent, nisi nullum præter recentiores et Alexandrinos scriptores eo usum esse viderissem. Legitur enim in versione Alex., vel potius Theodotionis (v. Salmas. de Hellenist. p. 244. sq.) Deut. xxiii. 18. ubi τελειώμενος diversis modis explicatur. Hesych. τελειώμενος πλερώμενος, τελειώμενος, quibus habet, M. p. 751. 4. addit ἐπιπλήρωτος. Unde Biellius in novo thesauri philolog. reddit: Initatus impari gentium sacris. Etiam Cyrillus apud L. Bos interpretatur τὴν γενεάν τελεωγόμενον. Et Hesychii in verbis modo allatis eadem mentem fuisse, intelligi potest et alia eius glossa: τελεωγόμενος τελειώμενος: ubi tamen additur etiam glossa ἐπιπλήρωτος, quocum consentit Lexicon Cyrilli MS. apud Biellium et Albert. ad Hesych. in v. τελεωγόμενος: τελεωγόμενος μεμνημένους. Haud dubie recte, si sententiam spectes. Nam in loco Deut. laudato τελειώμενος vix aliud quid significare potest, quam scortum masculinum, cui pro flore corporis tributum pœditur ac merces persolvitur, quæ sunt verba Salmasii de trapezit. famore p. 460. Certe etiam in Inscript. Roset, lin. 32. τελειωσαν dicitur pro persolvere. Verba sunt: ἐδωκεν τὴν τελειωσαν εἰς τὴν ἰδία ἱερὰ.

Τερίβητος pro τερμύβητος sive τέρμυβος est xvi recentioribus. Damogeron in Geopon. 10. 63. 2. τέρμυβος, ἢ οὐκ ἐπιχώρα τερμύβητος καλοῦσι. Democritus lib. 10. 75. 2. τέρμυβος ἴστω, ἢ καλοῦσι τερμύβητος. Nicolaus ad h. l. nota, non nisi semel, ἵστω per descriptivum vilius, apud Theophrast. hist. plant. 3. 15. legi, cum alius ille semper utatur altera forma. Similia jam Brodæus ad Epigr. Gr. l. I. p. 119. monuit. Ibi enim et T. ii. anal. Brunck. p. 177. legitur Antiphili Byzantii epigramma, in quo est adjectivum τερμύβητος. Scholiastes ibi præter alia habet hæc: τερμύβητος τὸ αἰὲς καὶ τέρμυβος. Ἐπιχώρα δὲ τὸ πλῆν ἐν Τυρῶ τῶ Μακεδονίᾳ. Pollux l. 2. 23. paulo aliter: τέρμυβος, εἰρησὶ δὲ αἰὲς ὁ κερπὶς ἢ ἐπιχώρα καὶ τερμύβητος. Sed minus recte, ut videtur. In versione V. T. Alex. reperitur utraque forma. Nam Gen. xiv. 6. pro τέρμυβητος cod. Alex. habet τερμύβητος. Sic l. Reg. xvii. 2. Ald. et Complut. exhibent τερμύβητος, ubi τερμύβητος, Jos. xxiv. 26. cod. Alex. τερμύβητος, reliqui τέρμυβος. Contra Gen. xliii. 11. idem codex τερμύβητος, ceteri τερμύβητος. Sed parum aberat quia ubique reponendum iudicaretur formatum τερμύβητος. Nam sine ulla lectionis varietate hæc legitur Gen. xxv. 4. Jes. i. 30. vi. 13. et apud Joseph. archæol. 2. 6. 5. qui Josephi locis maxime notabilis est, quia ibi refert ex Gen. xliii. 11. Apud Xenophontem vet. Anab. 4. 4. 7. ubi quidam editores formatum antiquum resituerere debelant, sine omni controversia pro τερμύβητος etiam sine libris rescribendum est τερμύβητος, cum vel in Aristotelis de mirab. auscultat. c. 89. unus codex Vindobonensis τερμύβητος præbeat pro τερμύβητος.

Τερεχία τερεχά, τερεχά τὸ ἀκούει μὴ λέγει, ἄλλ' ἀν' αἰσὴ τῆ δούριον χωρ τερεχά. Phrynichus p. 174. Similia tradunt Th. Mag. p. 842. et Phlavorin. Recte. Nam prout alia perfecti forma, consequendi notionem subjectam habens, reperitur tantum apud scriptores Doricos, ut Eryphanum Pythagoreum, in Galic opusc. mytholog. p. 665. ed. 2. vel Alexandrinus, ut Job, vii. 2.

ubi tamen pro τερεχά in Cod. Alex. ut τερεχάου. Hebr. vii. 6. vel alios recentiores, ut Polyb. i. 66. et 81. viii. 9. Phitarch. Aleib. c. 1. Phitruet. de mat. chor. c. 15. p. 163. ed. Gal. l. i. Sic παυροτερεχάδης Iul. Pich. 12. 8. παυροτερεχάδης idem 12. 27. παυροτερεχάδης idem 3. 48. παυροτερεχάδης Jambl. vit. P. Thag. sect. 199. Diod. Siculi locos Wesselingus ad i. 32. indicavit quatuor. Quare etiam Fischerus animadvertit in Weller. gramm. Gr. Spec. iii. P. l. p. 184. dialecto Macedonice hæc forma tribuit. Viletur autem resumata esse et lingua vetustiore, cujus generis exempli plurima passim jam attuli.

Υστερον cur hæc retulerim, doceant hæc verba Sexti Empirici adv. Mathem. i. 246. τὸ ἴσ' ἡμῶν καλοῦμενος ἐπιπλήρωτος Ἀβρουῖος καὶ Κάου χλωδία καλοῦσι. Certe ἐπιπλήρωτος apud nullum scriptorem antiquum et idoneum reperitur, sed vel apud Alexandrinos, omninoque Ægyptios, ut 2 Paral. ix. 18. in Complutensi quidem editione, sed in omnibus edd. Ps. cix. 1. Act. ii. 35. Jes. lvi. 1. Act. vii. 49. Thren. ii. l. Matth. v. 35. apud Athen. 5. p. 192. E. vel apud alios recentiores, ut Eustath. ad Od. 8. p. 1482. 5. imprimis apud grammaticos, qui eo utuntur ad explicanda nomina antiquæ et Atticæ, ut Schol. Aristoph. Plat. 543. et Equit. 368. ἡμῶν ἐπιπλήρωτος. Hesych. ἡμῶν ἐπιπλήρωτος, ἢ ἡμῶν ἐπιπλήρωτος, ἢ χλωδία τὸ ἐπιπλήρωτος. Cf. Suid. in v. ἐπιπλήρωτος.

Φάγματος βάρβαρος, inquit Phrynichus p. 144. λέγει οὐκ ἴσται καὶ ἀντιδότης, τούτω γὰρ Ἀναξίω. Hoc perceptum, cui simile etiam Th. Mag. p. 263. habet, si verum est, intelligendum putabam de præsent. Nam futurum secundum, si compares Etymol. M. p. 786. 23. recte sic dici videtur, quantum nec, hoc, quantum memini, usquam nisi in versione V. T. Alex. et in libris N. T. ut Gen. ii. 17. iii. 5. 18. 4. xxvii. 25. xl. 19. xliii. 16. xlv. 18. etc. Luc. xiv. 15. xvii. 8. Jac. v. 3. Apoc. xvii. 16. reperitur. Exemplum temporis præsentis, quod quidem certum videri posset, non nisi unum inveni, Sirac. xxxvi. 18. πᾶν ἄρμα φάγματος κοιλία. Super etiam legitur conjunctivus præsentis, sed nunquam in omnibus libris, v. c. Dan. i. 12. φάγμεθα, Cod. Alex. φάγμεθα. Damanda verò nisi quidem vilescitur forma φάγομαι, cujus permulta sunt in versione Alex. exempla, ut φάγο Gen. ii. 16. iii. 14. 17. 18. 19. Deut. vii. 16. viii. 9. 10. 4 Reg. xix. 29. in codice Alex. aliosque pro φάγο. Sed φάγο hæc eadem persona scribitur 4 Reg. vii. 2. 19. φάγομαι Jes. h. 16. aliosque in locis, ut Luc. xvii. 8. φάγομεθα est Gen. ii. 16.

Φάλασσα pro φαλακία legitur tantum Cantie. l. 3. Similia supra vidimus, ut φαλάσσα, βασιλίσσα. Cf. Valckenar. ad Theophr. Adonias. p. 321. et e. quem laudat, Hamsterburg. ad Lucian. judic. vocal. c. 8. T. l. p. 92.

Φελασάθος de amuleti dicta fuisse satis notum est e Stephani thes. Hunc autem vocabuli usum tribuendum esse dialecto Maced. et Alex., præcipuum inde, quod simili modo dicitur Math. xxiii. 5. et in Inscript. Roset, lin. 45. Multa alia exempla hæbet ad Fresne.

Χοράθειον ad homines relatum, non puto veteris Græciæ usum ferre. Utuntur eo sic Nicostratus apud Athen. 15. p. 693. B. Lucianus in Bruciæ anal. T. ii. p. 309. n. vii. Scholiastes Nicandri, quod ad theriaca p. 31. ἀνα, inquit, οἰκεῖ χοράθειον, κερσθηθῆν, ἡμελεσθηθῆν, ad alexipharm. p. 69. verbum αὐτοῖσιν explicat verbo χοράθειον, nempe οἰκεῖ, et p. 75. χοράθειον ponit pro κερσθηθῆν, quo poeta usus erat. Interpretes Alex. Ps. xxvii. 19. lvi. 15. lxxx. 16. ἐκ σπέρματός μου χοράθειον αἰῶνος. cvj. 9. cxxx. 15. τοῖς παγκοῖσι χοράθειον ἄνω. etc. Sic χοράθειον est Prov. xxiv. 15. ut in Lucilli epigr. apud Brunck. l. l. p. 322. b. xxvi. πῶς μοι χοράθειον ἀρραβίον πόνου; Item ἀχοράθειον Deut. xxvii. 20. in versione Symmachi, et ἀχοράθειον Ps. lvi. 15. apud eundem. Quin etiam χίρος de cibo hominis legitur in Cratetis Thebani apud Brunck. T. l. p. 187. epigrammate vi. χίρος ἰσθ' ἀνεχθῆναι ἕρε γαστήρι. Hesych. χίρος—χίρασσα. Sophocles hic ipsum quoque videri possit ab hoc verbi usu non aberrasse, dum in Tyro (apud Athen. 3. p. 99. F.) hæc verba scripsit: οἱ τοῖς χοράθειον ἡεζέθησαν. Sed nec hæc Sophocles locum, nec solum Aristophanis in Gerytæa, quem ibidem Athenæus servavit, potest adhiberi posse ad defendendum hæc nona verbi χοράθειον notionem, quantum ille quidem vocabulo χοράθειον uti recte potuit de cibus, qui appropinquaverit hominibus valde

quist. 71. T. viii. opp. Meursii p. 925. Schol. Nicandr. ad Ther. p. 20. extr. Schol. Eurip. Orest. 511. 2 Petr. ii. 3. et iii. 5. *ἀεὶ ἴεσι* præter versionem Alex. Eccles. viii. 12. inveni apud Schol. Apollon. Rhod. 1. 517. et Matth. iv. 17. *ἴεροι* habent Socrates Rhodius apud Athen. 4. p. 148. D. Chares Mityleneus apud eund. 12. p. 538. F. Phanodemus apud eund. 10. p. 437. D. Aristoteles hist. anim. 3. 12. extr. Clemens Alexandr. str. 6. p. 665. A. p. 698. A. Plutarch. in Cæsare c. 48. Æsop. fab. 143. Geoponicorum auctores 11. 2. 3. Eustath. ad Il. α. p. 43. Tzetzes ad Lycophr. 24. 49. 603. Schol. Nicandr. ad ther. p. 18. Schol. Theocrit. 3. 48. Causam, cur *ἴεροι* imprimis improbandum sit, afferre tentat Pauw. ad Phrynich. l. l. Fortassis etiam viri harum rerum gnari huc referendum putaverint *ἴεροι*, pro *ἴε εἶ* positum, ex Apollon. Rhod. 2. 634. 3. 67. 4. 867. qui etiam habet *ἴεροι ἴεροι* 4. 521. Certe in nullo idoneo scriptore me legere memini *ἴεροι*. Sed usi eo sunt Callimachus h. in Apoll. 48. Palladas Alexandrinus in Brunckii anal. T. ii. p. 413. n. xxx. Agathias ibid. T. iii. p. 37. n. ix. et p. 63. n. lxxviii. P. Silentianus ibid. p. 75. n. xiii. et p. 77. n. xix. xx. Anonymi poeta ibid. p. 96. n. xxxix. et al. Schol. Eurip. Cod. August. ad Phœn. 1528.

PAULI ERNESTII JABLONSKII

GLOSSARIUM VOCUM ÆGYPTIARUM.

EXCERPTA E PRÆFATIONE GUIL. TEWATERI

Ad P. E. J. Opusc. τ. i. Lug. Bat. An. 1804 edita.

Ad Opuscula, quæ cum maxime eduntur edenturque quod attinet; damus ante omnia Glossarium Vocum Ægyptiarum, quæ in Libris Sacris et apud scriptores veteres Græcos Romanosque dispersim inveniantur. Non meo tantum iudicio, sed et, quod majus est, Ruhmkemii, Schultzeii, Scheidii, hisque similium idoneorum iudicium, non diutius illud in obscuro latere et eruditiss. subdoci oportebat.

Diu ante existimarat Ludov. Picquesius, omnia λέξαις linguæ Ægyptiæ, in libris Græcorum ac Romanorum ubique sparsa, colligi oportere; non disscutiente Th. Edvardo, sed ex hujus sententia seorsim potius collocanda, quam Copticis in Lexico miscenda. Vide Commercium Epistolicum, subnexum dissertationibus Lud. Fourii Longueveii de variis Epochis et Anni Forma veterum Orientalium, p. 285, 292. Consilium simile placuit Hadr. Relando; qui indicem vocum Ægyptiarum ubique conquisitum, misit ad Davidem Wilkinsium, a quo edita suit a. 1715, et illustrata in dissert. de Ling. Copt. p. 94—112, ubi addit, potuisse se adjicere plus ducentas alias voces prisorum Ægyptiorum, sed earum explicationem peculiari libro de *antiquis veteris Lingua Coptica* reservare. Meminit ejusdem Wilkinsius in Thes. Epist. La Croziano t. i. p. 572, 574. In publicam lucem, quod sciam, non prodit. Eodem tempore animum adiecit Jablonskius ad colligendas illustrandasque voces Ægypticas, quotquot in codicibus aliarum gentium possent inveniri. Anno seculi præteriti quinto et decimo ad La Crozium libec scripsit: "Maximam partem indicis vocum Ægyptiarum a me in ordinem redactarum et ad te missarum cum ex appendice Dioscoridis et Apuleii de herbis libro depromserim, fateor quidem ea ut plurimum esse mirum in modum depravata; ærumtamen si aut secum invicem, aut cum aliis etiam scriptoribus illa comparentur, ne dubito quidem, quin aliquid visurus sit, qui in lingua Coptica aliquantum est exercitatus. Neque postremo loco commemorandum est, multa herbarum genera, quæ in his occurrunt, commemorari in S. literis." Sedecim post annos ita idem ad eundem: "Catalogum meum vocum Ægyptiacarum, quas partim ex mente tua, partim ex conjecturis meis explicui et illustravi, tantum non ad umbilicum perduxit. Insunt huic indici quidam articuli, qui in magnitudinem fere justarum dissertationum excreverunt: quæ omnia, ubi semel etiamnum Berolinum excurrere licerit, tux censura libentissime subjiciam." Cf. Thes. Epist. t. i. p. 163, 164, 187. Ad literas priores respondit La Crozius, ibid. t. iii. p. 131: "Quas voces Ægypticas misisti, eas fere omnes habebam, exceptis tamen iis, quæ ad Botanica spectant, pro quibus, ut et pro aliis, gratias habeo." Perrexit deinceps Jablonskius in legendis utriusque linguæ scriptoribus antiquis, Poëtis, Geographicis, Chronologicis, Historicis, item Theologicis veteribus, Patres vocant, et recentioribus itinerum descriptionibus, ut ex iis summa cum cura vocabula quæque Ægyptia recolligeret. Monet ipse in scidula, "filium laboris hujus, per complures annos interruptum et neglectum, se resumisse anno 1732, mense decembri." In alia scribit, "collectionem vocum Ægyptiacarum describi coeptam esse aucto 1722, absolutam anno 1740." Quantum temporis huic operi datum est! Facilius profecto erat, multos et magnos de quolibet disciplinarum genere per tantum temporis spatium conscribere libros, quam hunc unum.

Ex codice autographo, quo usus sum, appare, primum, dimidiam fere Glossarii partem ab Auctore recognitam esse, limatam, emendatam, mansu diligentiore descriptam; deinde, multa illic, præsertim in parte posteriore, aut mutata esse, aut erasa, aut etiam excissa, cum remittantur lectores ad Pantheon et disputationes in Miscellanæis Berolinensibus, et; porro, non pauca subinde et ad extremum usque vitæ tempus marginibus codicis ab Auctore, allata esse, vel ad finem Glossarii posita, vel scripta in chartis sine junctura errantibus, quas suis locis, quanta fieri potuit, accurate reposui; apparet insuper, citari sæpe testimonia quædam Coptica, e codicibus MSS. ducta, brevi tamen ante aut deinde typis descripta, ex. gr. ex interpretatione Palmorum Coptica, e fragmentis N. T. Sahidicis sive Thebaicis, aliisque; demque, provocasse nonnumquam Jablonskius ad sua scripta, quæ fortasse non supersunt, ad me certe non pervenerunt: ex quo genere sunt Cura Secunda in Prolegomena ad Pantheon Ægyptiacum, dissertationes de Syringibus et de Planete, quarum fit mentio p. 362, 374, et sibi.

Novimus aliunde, plura cum molitum esse, digna sine dubio, quas, si alicubi lateant, ad communem usum proferantur. Pectinet huc Index-vocum Scythicarum, Thracicarum, Parthicarum, et peregrinarum aliarum, cuius facit mentionem in Thes. Epist. t. I. p. 182. 183., quem non displicuisse La Crozio, letus intellexerat. Loquitur ibidem p. 194. de sua Historia Anathemismorum Cyrilli, Alexandrini Episcopi, in qua, ut scribit, opinionem hominum eximeret, quae multorum pectora occuparet, Anathematisms istos publico Concilio Ephesini iudicio probatos esse, ostenderetque, Cyrillum, etsi honesto modo, quodam in us incommode et darditer dicta revocasse et correxisset. Sed de hac re dicam in pref. ad eum Opusculorum partem, qua continentur libelli varii ad controversiam Nestorianam pertinentes. In Aeddotis, mihi ignotis, numeranda quoque Introductio in Linguae Ægypt. cognitionem, de qua Stoschius l. c.; item Disputatio de Therapeutis, quos neque Christianos fuisse autumat, neque Iudeos, sed Sacerdotes Ægyptios. Rem paucis tangit in Glossario p. 279., plenius autem argumentum libelli exposit in literis ad La Crozium t. I. Thes. Epist. p. 178—181.; qui quidem hanc sententiam arbitratur verissimam, non item, nomen eorum Ægyptium fuisse **ΨΗΘΥΤ**, quod fortasse **CHIH**, id est, *Targol*, unde et *Ψηθολ* appellati fuerint. V. eisdem Thesauri t. III. p. 168—170. An Calendarium Festorum Ægyptiacum MS. memoratum in Glossario p. 197. et 376. diversum fuerit ab illis, quae scriptis in Miscellaneis Berolinensibus, exploratè dicere non habeo, quamquam valde dubito. In praefatione ad partem priorem Panthei promiserat Auctor Ægyptum antiquam Sacram, sive dissertationem de Templis Deorum, per totam Ægyptum constructis, et sacris tibi fieri solitis, Explicationem Tabula Bembinæ sive Isiacæ, etiam Schediasma de diebus Festis Ægyptiorum, cuius utriusque specimen quoddam extant in Miscellaneis Berolinensibus, denique Syntagma de Sacerdotibus Ægyptiorum, eorumque variis ordibus; at vero in pref. ad Panthei partem posteriorem exposit causam mutati consilii. Ad Ægyptum Sacram quod attinet, ait, hic, Pocockium quasi mentem fecisse, quae posteris vis spicas relinquere. De Tabula Bembinæ, Festis Ægyptiacis ac Sacerdotibus abunde se dixisse monet, cum in Pantheo, tum in Prolegomenis c. 2. et 3., quae lectoribus iterum apponi nec oportere, nec opus esse existimavit. Car non, quod promiserat, ediderit La Croziana, de quibus sepius in hoc Glossario et in libro de Memnone p. 100., copiose docet in pref. ad eundem librum p. 6. ac seqq.

Ceterum, non necesse, anno 1753, Jablonskium, Syntagma de Memnone inscribentem Mânckenio, hac potuisse: "Non ignoras, me anno superiori, gravissimas ob rationes, chartarum mearum, ad res veteris Ægypti sacras et civiles spectantium, quas ab annis quadraginta et amplius, horis quibusdam subsecutis, in ritum meum concesseram, jacturam sponte et ultro fecisse.—Unicum tamen hæcæ ex illo naufragio tabulam servavi, eo quod juris mei non esset, verum tibi omnino deberetur." Quae calamitatis tui fatalis tamque defloranda causa fuerit et origo, si plena fide hic narrarem, nihil inde lucrì ad nos remique literarum proficisceretur. Est igitur, quod vehementer latenter, ex miserrimo isthæ naufragio servatum quoque esse Glossarium Ægyptiacum, de quo mihi hoc dicendum superest. Si Jo. Renoldo Forstero data est occasio inspicendi eruditum Jablonski opus, de qua re dubites, videtur alio ejus exemplo usus, siquidem conjectura non facienda est ex his argumentis, quae in annotatione p. 216. 217. animadvertit. Cum jam factum esset initium edenda hujus partis, recordabor primum, legisse me ante hos vixiginti annos Christ. Scholtzi Expositionem vocabulorum Copticorum, in scriptoribus Hebraicis ac Grecis proditorum. Extat in libro Germanico, qui est inscriptus, Repertorium für Biblische und Morgenländische Litteratur, Leipzig, 1785, t. XIII. p. 1—31. Bene se de literis Copticis meritis censetur, quoniam non tantum a. 1748, per libellum supplicem ab illustrissimis Academiae Lugduno-Batavae Curatoribus veniam petiit et impetravit, ut Car. Godofr. Woide, Polonus, tunc in Collegio Ordinum Hollandiae Theologico literarum studiis operam datus, describeret partem Lexici MS. Ægyptiaci, a La Crozio confecti, atque Liturgiæ Copto-Arabice librum *ἀκρίφαλοι*, verum etiam idem illud Lexicon in compendium redegit, Oxoniquæ a. 1775, prodire curavit. De quo ipse Scholtzius plura dixit in praefatione. Tantum tamen abest, ut in Repertorio, quod modo citavi, nova dixerit, ut, præter pauca, quae ex Forsteri Mantissis Ægyptiacis accesserunt, sua fere omnia iisdemque verbis a Jablonski traxisse videatur. Usus autem Scholtzius est exemplo operis alio, seu apographo, seu apographo, certe minus accurate perfectoque, ut hic illic a me observatum esse moui. Nonnumquam Jablonskiana ad verbum descripsit; aliquando summas rerum dedit; passim observationes Auctoris probavit, rarius ab eo dissentit, dicam an? dissentire visus est; paucis in locis nomen illius apposuit, p. 4. 16. 17. 23., non item alibi. Jablonski igitur, non Scholtzi, debetur arduus labor, in tot vocibus Ægyptiis in unum congerendis illuminandisque præclarum in modum conspicuus.

Sequitur, ut de opera, in edendo Glossario a me præstita, brevier dicam. Loca scriptorum veterum, ab Auctore citata, comparavi praeque cum exemplis editis praestantioribus, quae aut ad ejus notitiam non pervenerant, aut post ipsius mortem primum prodierunt. Haec loca, qua pagina, qua item lectionis varietate, legantur in illis optimarum recensione exemplis, monui vel in ipso opere, vel in annotationibus. In his autem, nonnumquam aliorum meoque iudicio longioribus, quam oportuerit, id mihi imprimis negotii datum credidi, ut a libris rarioribus, vel paucis abbas annis in Italia, Gallia et Britannia editis, quorum usum plurimum in Batavia hoc usque carere, ea conquererem, quae ad illustrationem emendationemque Glossarii Jablonskiani apta viderentur. Ordinis mei hominibus, Theologis, non omnino displicebat, ut spero et confido, quae aliquantum conducant recta interpretatione S. Literarum. Rem Botanicae, cuius frequens mentio in Glossario, cur vix usum sim attingere, sed aliorum industriae commendatam malim, opus non est, ut dicam. In Geographia veteri cum non plane hospes mihi viderer, de ea dixi plura; si non nimia. Critici ægre ne ferant, quæso, laudari conjecturas, quas viri eruditiores sua manu antiquis quibusdam scriptoribus allieverunt, item collationem codicis MS. Medicei, quam ad exemplum Strabonis, jure etiam nunc meum, Abr. Groenovius ascripsit. Bene novi, virum doctum in Variis Geographicis, a. 1739, hac in urbe vulgatis, dedisse animadversiones in Strabonem, et MS. codice Mediceo deprimas; sed hæc desunt in libro nostro. Itaque nihil illic de varietate lectionis in libro decimo et septimo, ubi potissimum Ægyptiaca pertractantur. Ad finem hujus partis accedit Auctarium vocum nonnullarum, recte vel secus pro Ægyptiacis habitarum, quarum numerus, si ita videretur, ab hoc ipso tempore posset augeri. Errores Jablonski, haud raro nimis sibi indulgentis in conjecturis Etymologicis, hic illic serendicum indicavi; meos vero, forsitan longe plures ac gravioris, emendat alii, nullarum rerum imprimis Ægyptiarum cognitione me multum antecellentes, quibus idcirco, quod candide profiteor, maximas habeo et agam gratias, nec detrectabunt, quotquot hoc studiorum genere delectentur. Denique, Glossario subjungendos putavi complures Indices, et quibus Theologi, Antiquitates, Geographæ, artis Criticæ, Botanices aliarumque disciplinarum studiosi intelligant, Glossarium hoc Jablonskianum cura omnium et attentione dignum esse.

¹ [Nota inter [] inclusa, quibus subjuncta sunt literæ, End., e nostra manu profectæ sunt. Literæ H. St. loca ex H. Steph. Thes. Indice descripta indicant; voces asterico notatæ in Thesaurio non leguntur. EDITORS.]

COLLECTIO ET EXPLICATIO
VOCUM ÆGYPTIACARUM,

QUARUM MENTIO APUD SCRIPTORES VETERES OCCURRIT.

Ἀβραβίαν, πικρὴν πλεοκομένην καὶ Ἀγυπτίαν ἐπιβίβαν
καὶ καθάρην αἶμα, Hesychius. Originem vocis Ἀβραβίαν
in Chaldaea quaesivit Bochartus, in defensione
contra Salmasium, p. 820. et 832. Non satis feliciter.
Quaerenda potius videtur in Ægypto. Vide, an huc
spectet ΤΒΕΗΗ, ὁ σπαθίος, postis januae, Exod.
xxi. 6. ΛΑΩΥ est potio ἀβραβίαν, Exod. xxviii.

4. Vix audeo huc referre Copticum ΠΙΕΡΗΘΟ,
quod in Scala Copto-Arabica explicatur Byblus, juncus,
papyrus. — Quid, si legatur Ἀβραβίαν in Hesychio?
Nam BIP videtur Ægyptiis designasse πλέκην, unde,
ut eredo, formatum est BIP, quod in N. T. Coptico
corbano, σπινθίς, significat. Forte ejusdem originis est
quoque βίαι, quam vocem vide infra suo loco. Σπινθίς
hinc sine dubio erant sacrae, et, nisi fallor, illae catenulae
sive corallae, collum ambiennes, quibus in Tabula Bem-
bilis simulacra Deorum toties ornantur. Credo easdem
a Sacerdotibus quoque gestari consuevisse. In vitis
Patrum et Monachorum Ægypti saepius mentio fit hujus-
modi Σπινθίς. Ita in apophthegmatibus Patrum, in Co-
leteri Monumentis Ecclesiae Gr. l. i. p. 340, θεωρεῖ τὸν
ὁ Ἀντώνιος ἐν ταῖς καθάραις καὶ ἠεροζόμεναις — καὶ
τὴν σπινθίαν πλέκοντα, p. 520, καθίζηται σὺν Θεῷ βίβας τὰ
μυρία μὴ ὅλλα, καὶ πλέκων αἶμα σπινθίαν ἕγω, p. 675.
ἀγαπᾷ τὴν σπινθίαν καὶ οὐ δύνανται πικρὴν ἠεροζόμεναι. Jo.
Moschus¹ in Prato Spirituali c. 176, scribit, ἔμμεν
σπινθίαν καὶ πλέκων σπινθίαν. Apoll. Palladium in Hist. Lau-
siana² c. 2. ἔλεγον σπινθίαν τὴν ἐκ θαλάσσης φοιτοῦσαν, c.
28. p. 942, καὶ βίβας θαλάσσης ἐκ φοιτοῦσαν, λέγει ἀπὸ
δύο, πλέκων σπινθίαν, ὡς βίβας ἰστέ. Auctor Etymol. M.
in v. Ἀβραβίαν huc habet, Ἀβραβίαν, τὸ ἀβραβίαν,
καρὰ τὸ ἀβραβίαν τὸ ἀβραβίαν, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ
σπινθίαν σπινθίαν τὸ σπινθίαν λέγουσαν ἐκ τοῦ πλέκων
σπινθίαν ἀβραβίαν καὶ ἀβραβίαν. Scriptores Latini
Σπινθίαν, quia nempe πλέκοντα, Plectas vocare consueve-
runt. Cassianus Collationum l. xviii. c. 15, “Codiceem
suum, inter ejus Plectas, quas de palmarum foliis solebat
intexere, lateus abscondit,” et interjectis nonnullis,
“inter Plectas palmarum, quas illi Siras vocant.”³ In
hisc locis indicatur, Plectas illas a Monachis a foliis pal-
marum contexti solere. Hesychius⁴ vero invenit Plectas
ex bybulo, sive juncu, specie quadam papyri, confectas.
Et omnino adhibebatur etiam vulgo juncus: unde recte
in Glossario, quod Cassiano subjungi solet, Plectas expli-
cantur, “quas Ægyptii, (nempe Graeci loquentes), Siras
vocant, habent sine, et palma, juncu aut spurto contextas,

ex quibus sportas, canistras atque similia conficiuntur.”
Nescio, an non Plectas eandem reses sive resticulae quo-
que appellentur a Cassiano l. i. de habitu Monachi c. 6.
p. 82. “Gestant etiam resticulae duplices, lanes plexas
subtegmine, quas Graeci αναβλαβας (ἀβραβίαν), non vero
succinctoria, seu redimicula, seu proprie rebrachatoria
possimus appellare. Quae descendit per summas cervi-
cis, et a lateribus colli divisa, utraqueque alarum sinus
ambiunt, atque hinc inde succingunt; ut constringentia
latitudinem vestimenti ad corpus contrahant atque con-
jungant.” Moris Ægyptiaci dependuntur hodieque
vestigia apud Brachmanns, quorum Theologia et instituta
religiosa cum Theologia et institutis sacris Ægyptiorum
mirifice⁵ conspirant. Vide de his Brachmannum corollis
Abr. Rogerii portam apertam part. i. c. viii. p. 45. 46.
p. Vallensis Voyages part. iv. p. 80. ed. Gall. le Recueil
des Voyages faits pour la Compagnie Orientale t. vi.
p. 415. t. vii. p. 70, les Voyages de Vincent le Blanc
part. i. p. 90. 228. 232., le Voyage de Gautier Schouten
t. i. p. 340. [“Ἀβραβίαν, teste Hese, σπινθίαν πλεοκομένην
καὶ καθάρην αἶμα, ἠεροζόμεναι, βίβας, funiculas
qui apud Ægyptios plectebatur ex papyro ad purgandum;
ut hodie orbiculi ex herbis quibus utuntur ad extergendas
patinas.” H. St.]

“Ἀβραβας. Athenacus l. vii. p. 312. inter pisces Nilo-
ticos hunc quoque numerat. Cum nomina reliquorum
aut indubie Graeca sint, aut ad hanc linguam referenda
videantur, hinc Ἀβραβας, piscis forsitan Ægypti vicinis
que proprius, τὸν Ἀβραβίαν pra se fert. Opus
voco esse originis Ægyptiacae. Piscis vero hujus me-
mori et Oppianus Halicut. l. i. v. 244. [“Ἀβραβας,
piscis Nilus ap. Athen. vii.” H. St.]

“Abrech. Ἰβρεθ. Vox haec, et quidem, ut videtur, ceu
peregrina adfertur a Mose Gen. xli. v. 43. ubi de Josepho,
Ægypti Prorege, legitur; Et Pharaeo vili fecit esse in
curru suo secundario, et clamavit ante eum Ἰβρεθ
Abrech. Interpretes Alexandrini vocem illam in sua
interpretatione omiserunt, id tantum indicantes, praecones
ante currum Josephi aliquid populo edixisse.⁶ Nisi
prolixum esset, omnes virorum creditiorum de hoc no-
mine conjecturas, et interpretationes afferre. Possunt, si
cui volupe est, Pfeifferi Dubia vexata ad h. l. ⁷aliquae
hic consuli. Ut vero meam huc de re sententiam pro-
feram, non dubito, quin cordati terribi arbitri mecum
sentiri sint, i. quidem, vocem hanc Abrech ex lingua
Ægyptiaca⁸ esse explicandam. Res agebatur ubi
Ægypto, praeco vocem hanc ad Ægyptios proferre juco-

¹ Inserta operibus Bocharti ad eadem Geographia S. Praeter ipsius opinionem de origine vocis Chaldaea, Alberti ad Hesychi-
um, etiam, immensis Hartii observationibus Barckenrothii, in Misc. Obs. Crit. vol. 98. p. 316, vocabulum Ἀβραβίαν derivant ex
Ἰβρεθ. Nisi, inquit, abscissa esset vel abscissa. Quae conjectura nempe Cl. Rudolphius videbatur digna, quam in Anneturum Eusebiastinum
referret. Praeter aliquam observationem Jablonkii repetitur, sed nulla de causa vocem Ἀβραβίαν huius praebuit Schellinus in Repertorio
Literat. Bibl. et Orient. t. xlii. p. 4. 5.

² Est in Magna Bibliotheca Patrum t. xlii. Parisiis edita.

³ Inventus ibid. Palladii Historia. Primum Graece edita est a J. Meurice, ac repetita in editione operum ipsius Florentinae s.
1746. t. viii.

⁴ Cf. nota ad Cassianum, p. 627.

ἐν ἑσέτῃ τῷ ἰατρῷ ἐσάλας ἐν ἐπιθίμα. Ex his intelligitur, quid sint Embriim. Recte præmisse I. Casaub., ubi locum Cassiani, quem et nos adduximus, attingit, ita judicat: "suspicabamur nos, *ἐπιθίμα* dicta *εἶνα* τῷ *ἀποστόλων*, quod dormitare, et somnum levem capere significat." Sunt igitur *ἐπιθίμα* palmaria, in quibus quiescit somnante capere licet. Videtur vox imprimis apud Ægyptios Monachos in usu fuisse, unde etiam in Regularum Pachonii se insinuavit, tanquam esset Ægyptica.

* **Εβύρα**. Potamogeton, herba. Append. Dioscor. iv. 101. [p. 469.]

* **Εβύρα**. Polytrichon. Apul. de Herbis c. 51, Append. ad Dioscor. iv. 136. [p. 472.] habet *εβύρα*. Nam forte **ΗΠΙΘΡ**, numerum faciens, i. e., numerosus, ut respondet *εβύρα* Gr. Sed hæc sunt incerta, quemadmodum dubia est etymologia plerumque nominum Æg. quibus herbe appellantur.

* **Εβύρα**. Eruca. Append. Dioscor. ii. 170. [p. 446.]

* **Εβύρα**. Nomen ab Ægyptiis cultum. Jamb. de Myst. Ægyptiorum v. viii. c. 3., *ταύτην δὲ (τὴν ἑβύρα) τὸ ἐν ἀμύρις καὶ ὁ φασκὸς (Hecetes) ἐπίσκοπος μύρατος, ἢ καὶ Εβύρα (τροπὸν) ἔχει*. Crediderim esse cognomen Cereph, atque significare **Ιθ** **Θ**, Ich-tho, i. e., Spiritum Universi. Pluribus de nomine hoc dixi in Panth. i. c. 4. §. 6.

* **Εβύρα**. Lactuca sativa. Append. Dioscor. ii. 165. [p. 446.]

* **Εμηνυπε**. Dictamnus. Apul. de Herbis c. 62, Kircherus, in Ed. T. iii. p. 75., opinatur, nomen hoc Coptice scribi oportere **UHHIΨΥ**, idque inepte interpretatur genium Lunæ. In hoc vero interpretatione nihil proavis inest sani, profit ea potius summam sermonis Æg. imperitiam.

* **Εμινον**. Dracontea. Apul. c. 14. Vide Kircheri Prodr. Copt. p. 149.

* **Εμπτονε**. Narcissus, seu bulbos vomitorius. Apul. c. 55. Cod. MS. Voss., quem consului, exhibet *Estane*.

* **Εντες**. Vide Antes.

* **Εναρτα**. Vide **Αβύρα**.

* **Εναρτα**. Medium. Append. Dioscor. iv. 18. [p. 463.] Cf. Plin. xxvii. 12.

* **Επαφης**. Satis ex Falbuis Gr. notus est. Verum ille, haud dubie, ex antiquis Sacerdotum Ægyptiorum traditionibus mysticis profuerunt. Traditur nempe Epaphus ex Ione Argiva, postquam in Ægyptum pervenisset, ubi et postea, nomine Isidis, cultum religionis invenit, in lucem editus fuisse. Idem postea Ægyptii imperavit, urbemque inclytam, totius regni sedem, Memphim condidit. Eum quidam cum Api eundem fuisse contendunt. V. Herod. iii. 27., Clem. Alex. i. Strom. p. 222., Elian. H. A. xi. 10., qui tamen traditionem hanc falsi coarctat. Quæ coniectura, ut si navis, traditio, forte aliquid ex vero trahit, quod tamen aliter explandam relinquo. Ipsum nomen videtur idem esse, quod Erotosth. in Catal. Reg. Theob. effert *επαρτες*, idque interpretatur *μύρατος*, i. e. magnitudine corporis alius longe superantem. Accuratius nomen idem scribitur *Αροτα*, et *Αροτα*, quippe quod Æg. sermone giganteum designet. Plura de h. nom. disserui in Vignoli Chron. S. T. ii. p. 742, et in Panth. Æg. v. c. ii. §. 23.

* **Επείρα**. Vide in **Εθνα**.

* **Επείρα**. Mensis Æg. undecimus. Meminit illius Plut. de Is. p. 372., *σημῶνας, ὕψιμα* die mensis Epiphi, sole et luna in eadem linea coeuntibus, ferias apud matutinos oculorum Ori. Schol. Anat. p. 56., eum respondere putat Rom. Augusto, Julio vero, Arrianus in Periplo Maris Erythraei, p. 8. 22. 29. 32. ed. Huds. Incidit vero Epiphi, maximam partem, in Julium mensem, Quod si ea fuisset primæva ratio Calendarii Æg., quam, a temporibus Augusti Imp., adoptarunt Alexandriini, et

* Similia habet Schultz. L.c. p. 6. Forster de Hynso p. 78. censet, corpora medicata sic ab Æg. appellata esse, quia sacre custodiuntur, tanquam **ΣΟΥΔΑΒ-ΔΡΕΣ**, nam **Σ** est articulus, alia item vocibus præfixus, **ΟΥΔΑΒ** est sacra, et ultima omnium pars significat custodiam vel custodie.

* Per hæc occas. observo, lit. Copt. **Δ** non inveniri in vocabulis, quæ origine sunt Æg., sed tantum in vocibus, quæ Ægypti a Gr. sunt. Atque in his ipsis non raro per **Δ** marparat lit. **Τ**. Hinc in Lex. La Croz. litera **Δ** præter prætermissa cit. Cf. pro **Μαγάρ** ad Æg. Codd. Reliq. p. xxviii. xlii. xlv. et Akerblad de Inscri. Roset. p. 16.

* In Exere. i. de Reb. Sacre. et Eccles. p. 37.

* Pro **ἑβύρα** videtur legendum esse vel **εβύρα**, et pro **μύρατος** potius **μύρατος**, partus. V. Gale in notis p. 361. Addit autem ille, nulla de sua sacra procedisse Kircherum, sibi autem istud novum ad hunc incognita esse significatio.

in universum Graeci in Aegypto, ratio aliqua vero non dissimilis huius nominis reddi facile posset. Certum enim est, mensis Epiphi, secundum Calend. Alexand. fixam, Nilum crevisse, et incrementa eius potissime iam observari. Schol. Arati, l. c., affirmat, incrementum Nilivacuum, illo mensis, ad medium circiter partem pertinere: *ὅτε τὸ πλεονάζοντες ἑρῆ ἔρη τὸν Νείλου ἀνὰ τὸν αἶμα*. Itaque Aegyptii mensis illud graecum et Nilotum Nilii crescentis sedulo observabant. Sermone vero *Ἐγ. ΠΙ ΠΠΙ*, sive *ΠΠΙ*, aut quod eodem redit *ΠΠΠΙ*, Epiphi, significat numerare. V. Levit. xxv. 27, 50. Iude igitur dictus fuerit Epiphi, i. e., mensis numerationis, quo nempe sollicite Aegyptii ascensus Nilivici incrementa numerabant. Quantum vero solitudinem Aegyptii in isthoc negotio adhibuerint, intelligi potest ex his, quo observavi in Panth. iv. c. i. §. 8. Quae quoniam ita se habent, fateor tamen non invitus, interpretationi huic duo ob stare argumenta, non levisissimi momenti. Nam primo quidem, antiquissimum *Ἐγ. Calend.* scimus fuisse non vagum, sed fixum, et menses eorum, ab initio, in aliud omnino tempus incidisse. Quod tempore Augusti, quando Alexandrini Calendarium adhibere coeperunt fixum, Epiphi in Julium mensem ingruerit, non nisi fortuito casu accidit. Deinde, in libris Copt. nomen huius mensis non scribitur Epiphi, uti a Graecis¹ Romanique effertur, verum *Επεφ. ΕΠΠΠ*.² Quantumvis vero non negem, fieri potuisse, ut nomen illius mensis, processu temporis, corruptionem aliquam expertum fuerit, scriptio tamen illa Copt. efficit, ut de origine mensis Epiphi, quam suppeditavi, et quae pro certo ponit, Aegyptios nomen hoc ita extulisse, Epiphi, certi haudquaquam esse possimus. Andr. Muller in Gloss. Sacr. p. 2. existimat, nomen mensis *Epep* idem esse cum Hebr. *Abib*. "Jamque," inquit, "illa ipsa dictio *Abib*, et *Ἐγ.* mensis vocabulum est. Namque Aegyptii, in hunc usque diem, quendam suorum mensium, *ΕΠΠΠ*, (ita enim scribunt) vel *Abib*, (ita enim legere solent) appellant. Arabes quoque *أبب* scribunt, idem quibus Hebraei *Abib*. Graeci *ΕΠΠΠ*. Sed Moses peregrinum vocem, non aliter, ac si Hebr. esset, usurpat." Et p. 4., "Vides prope omnes velle, vocem Hebr. esse, et PRIMUM GENIUM FRUCTUM notare. Sed vox vere *Ἐγ.* est: atque ut habet mensium nomina: *Adar, Eul, Tamuz, Thebet*, et *ispum Nisan*. Et sunt, qui velint, Epiphi de *Erapo* dictum esse. Quod et credible est. Namque et alios menses *Heroum* nominibus insigniverunt Aegyptii, atque ac Persae, Athenienses, Romani." Hoc, ut videtur, sententiae suae fundamentum princeps p. 7. suppeditat: "Nihil dubito, quin, cum Israel Aegypto excederet, mensis, quem ante Martium dicitur, ap. Aegyptios, adeoque Hebraeos Epiphi fuerit." Verum Cl. Vignolius probare conatus est, nihilque etiam persuasit, Aegyptios tum, cum Israelitae exirent ex Aegypto, egisse primum suum mensem *Thoth*. V. ejus Chron. S. T. i. p. 568. ac deinceps. *Abib* igitur Hebraeorum tum concurrebat, non cum *Epep* Aegyptiorum, sed cum eorumdem *Thoth*. Fundamentum igitur, cui superstructa est sententia Mulleri, re ipsa nullum est. [¹ *Ἐπεφ*, Aegyptius undecimus mensis nomen, Anthol. i. (Anal. ii. p. 510.) *Καὶ σπουδαίως κατέχων ἐπιφάνειά τῆς Ἐρῆφ*.] H. St. *Ἐρῆφ* vulgo et in Vat. Cod. Jacobusius

edidit *Ἐρῆφ*, Edn.]
Ἐρῆφ, nomen proprium regis Thebaici, qui etiam dicebatur Siphosus aut potius Sophthas, in Catal. Eratosth. ad quem legatur annotatio mea in Vignolio Chron. t. ii. p. 763. 764. Vertitur illic *Ἐρῆφ* Mercurius, et non minus, quam sequens illic *Ἐρῆφ*, habetur pro interep. Gr. nominis *Ἐγ. Σοφῆος* sive *Σοφῆος*. Male omnino. Eiusdem regis nomen *Ἐγ.* alterum erat *Ἐρῆφ*. **EP-UEE**, Ermech, cum proprie significans, qui alicui rei complementum dat, vel eam plenam perfectamque reddit. Plura dixi in Panth. v. c. 5. §. 20.
² *Ἐρῆφ* nomen urbis Aegypti, de qua vocatus est Jupiter et Apollo. ³ *Ἐρῆφ*, ut auctor est Steph. Byz., testem appellans Strabonem, lib. nempe xvii. p. 817. Nomen habuisse videtur urbs a voce. **EPYAN**, quod *Ἐγ.* malogranatum significat, vel malum Punicum. Pot sunt hoc referti, qui habet Balth. Bebel, de Orig. Philistaorum §. 5. 6. p. 165—167. coll. p. 141.
Ἐρῆφ nomen *Ἐγ.* olim dicebantur *ἱ μάχισοι*, bellicosi, i. e., milites. V. Herod. ii. 164., et ix. 31., Steph. in *Ἐρῆφ* nomen, Diod. Sic. i. p. 25. et avi. p. 445. Assentior autem La Crozio, qui aliquando me docuit, vocem hanc compositam esse ex **EPYATOI**, pugnare, vel bellum facere, et **OYBE**, contra. Nam **YATOI** *Ἐγ.* militem sonat, **EPYATOI**, militare, bellum facere, i Cor. ix. 7., **OYBE** autem contra. Esset igitur **EPYATOI OYBE**, qui militat, vel bellum facit, contra. Haec acute omnino et vere⁴ observavit vir doctiss. Opera autem pretium est animadvertere, Herod. et Steph. aliud praetera *μάχισοι* nomen in Aegypto commemorare, quos *καλασπῆται* vocant, de quibus suo loco plura dicentur. Hoc inter eos credo fuisse discrimen. Si recte iudico, *Ἐρῆφ* nomen veterani, secundum antiquos Aegyptiorum leges, defensionis patriae usque destinati, ut omnem alienam injuriam ab ea averterent. Non alios extra patriam aggrediebantur, bellumque contra Aegyptii fines proferebant, verum lares patrios tantum contra aliorum vim pro virili tutabantur. Id ipsum eorum nomen *Ἐγ.*, uti a La Crozio quondam mihi explicatum fuisse meminisse, satis clare indicat. *Καλασπῆται* vero, quod nomen hoc per se declarat, erant juvenes, qui belli muneribus vacabant cunctis, et si bellum extra patriam gerendum esset, en quoque ibant. V. praetera de Aegyptiorum *μάχισοι* Plut. de Is. p. 254., Aristidem Rhet. Opp. t. i. p. 379. ed. P. Steph. Hanc vero Aegyptiorum inter *τῶν μάχισων*, et reliquos terrae illius incolae, distinctionem, qua effliciebatur, ut perpetuum illic aleretur miles, Lycurgus, teste Platarcho in ejus Vita, vehementer admiratus est, eundemque morem Spartam advenit. Adde Herod. ii. 167. Hermotyribibus haec Aegyptiis similes erant Persarum veterani, qui extra patriam bello non vacabant, quod ap. Xenoph. legitur, K. II. l. i. p. 4. ed. Steph. Ap. Romanos pariter Serv. Tullius instituit, seniores ad urbis custodiam, ut praesto essent, juvenes et foris bellum gererent, teste Livio l. 43. [⁵ *Ἐρῆφ* nomen *Ἐγ.* *ἡ πόλις τῶν μάχισων*, ut Steph. ex Aristogore Aegyptiacis tradit: ap. Herod. p. 98. et 332. legitur *Ἐρῆφ*.] H. St.]
⁶ *Ἐρῆφ*. Ita *Ἐγ.* patrio sermone dixerunt Stellan

¹ In libris Gr. non est eadem scriptura ratio, *ἑρῆ, ἑρῆ, ἑρῆ, ἑρῆ, ἑρῆ*, ne quidem in Codd. MSS. et editis conjuncte scriptura. V. Fabrici Menolog. p. 22—27. et quos in hanc vim. Non neglexit curam de mensibus *Ἐγ.* et ejusdem interpositionem Lat. Grotii, sed servavit nominibus *ἑρῆ* et *epiphi*, pro quibus in nov. ed. Anthol. Gr. cum veris. Lat. H. Grotii t. i. p. 354. 355. *ἑρῆ* et *epiphi*.

² In fragmento cod. Aegyptii, quod et bibl. Nam. edidit Minsarell. p. clxxxviii. nomen mensis scribitur **ΕΠΠΦ**, sed in gradum potius **ΕΠΠΦ** existimavit p. ex. in cod. Evang. MS. Paris. est **ΕΠΠΠ**, teste La Crozio in Theop. Epist. t. iii. p. 124., qui istam scribendi rationem in Lex. retinuit. De origine nominis enim in sententiam Georgius duxit, in prof. ad Pragm. Evang. Joannis Thebaicum p. cxl. et in *Ἐγ.* istius mensis appellatione Isteret nomen Ibdos, **ΣΠΠ**, adhibita terminatione **ΣΠΠ**, atque cum articulo Aegyptiaco **ΠΣΠΠ**. Cum nom. *Ἐγ.* comparandum censet **ΠΣΠΠ**, mensem sic dictum de epica natura, atque inde illustranda verba Martiani Capelle l. ii. p. 42.: "Ipsa vero *Ἐγ.* praenotatum gerit nomen ejusdem mensis Memphisitici."

³ Cum his comparandis, quo Jabl. ad Vignol. a. 1740. de eodem nomine scripsit. V. Syllogon nov. Epist. V. iv. p. 146—150.

⁴ Nomen non una ratione scribitur. In edd. Steph. Byz., quae Bebelius et de Pinedo curantur, legitur *Ἐρῆφ*; ap. Strab. lib. xv. p. 1171. *Ἐρῆφ*, ubi tamen in cod. MS. Mod. *Ἐρῆφ*, ubi *Ἐρῆφ*, *Ἐρῆφ*, *Ἐρῆφ*, docente Wesseling, ad Anton. Itin. p. 160., in quo Hermuthi. V. ibid. nota surta. Nomen gentile scribitur *Ἐρῆφ*, in Pocockii Inscript. aut. ap. 42. De recitibus nominis ratione, Ernest. Arment. Arment. Arment. Arment. Michaelis ad Abulofodum p. 58. In tribus Hadriani nomen apud Zoega p. 126. legitur *Ἐρῆφ* et *Ἐρῆφ*. De novo dixerit Bellel in Comm. Acad. Inscr. t. xxviii. p. 536. 7.

⁵ Fide Kircheri, dedit La Crozio in Lex. **EPYUOT**, Arabice **أرضة**. Minus recte, iudicio Georgii in prof. ad Prag. Evang. Jo. Theop. p. xxix. lxxxv.

⁶ Notatio sive Gr. aliorum, sive Hebr. Berckelii ad Steph. Byz., non probanda, sed potius quaerenda in Aegypto. Non disceat T. H. ad Aristoph. Mist. p. 249. qui apparet mens mirabitur, qui non nocent, Virum illum sumimus, juvenis ad hoc cum esse, literis quoque Aegyptiacis cavasae, apparet et Catal. vocum *Ἐγ.* Hebr. et Arab. in Diss. Wilkinsii de Ling. Copl. p. 112—115.

⁷ Distinctio esse fuisse, non debet Wesseling, ad Herod. li. 164., nec tamen docet, quale eorum fuerit discrimen.

Martis. Eoque nom. virtus, quam Stellæ huic inesse credebant Æg. exprimitur. Ap. Vettium Valentem, Astrologum nomen edium, Æg. nomen hoc effertur Ἀστρῶν, additque auctor ille, Æg. ideo Stellæ huic istud imponisse nomen, ἔτι τῶν ἀγροκότων, οἱ τῆς ζωῆς παραμέτρῳ ἔστιν. Forte Vettius nomen istud ex Gr. sermone derivare amicus est, quæ est Seldeni et Salmasii sententia. Ἀστρῶν enim potest formatum esse ex ἀστρῶν, e medio tollo, tumque significaverit interfectorem. Sed potuit etiam interpr. hæc respici ad voc. Æg. quæ ap. Codrenum, iudice etiam Salmasii, nomen rectius effertur Ἐρῶν. Posset hoc etiam exponi ΕΡ ΤΟCΙ, damnatum inferens, quæ est interpr. V. Valentis. Verum id quidem suo loco relinquamus. Cedrenus, cui genuinum vocis huj. lect. debemus, Ἐρῶν, eandem etiam, recte, ut videtur, et commode interpretatur. Τετρῶ δὲ Ἐρῶν τὰς τὰς γῆρας Ζωοποιεῖται, οἱ ἀστρῶν οὐρανῶν καὶ ἄλλῃ φύσιν οἱ δὲ τῶν ἀγροκότων οἱ Ζωοποιεῖται: Significat autem nomen hoc omnis generis procreationem et vivificationem, omnisque substantiæ et materiæ naturam et vim arduantem ac procreantem. Nempe ΕΡ ΤΩΧΙ, Er-tos, Æg. dicitur τὸ αἶμα τῶν φασείων, vim habens et indens genitivam et seminalem. Plura videri possunt in Pantb. Æg. iii. c. 6. §. 4.

* Ἐρῶν. Irius, Erysimum, herba. Append. ad Diosc. ii. 188. [p. 447.]

* Ἐρῶν. Ballote, s. Marturium nigrum. In Append. ad Diosc. iii. 117. [p. 457.]

* Ἐρῶν. Esamnus, de quo Damascius in Vita Isidori ap. Phot. in Bibl. cod. cexlii. p. 1074: ἢ ἐν Βαβυλῶν Ἀλεξανδρῶν οἱ ἔστιν Ἐλλῶν, οὐδὲ Ἀγγύτων, ἀλλὰ τὰ ἐπιχρῶμα φασὶν Ὀρῶν δὲ ἔλκετο ἐπὶ τοῖσιν ἢ Ἐρῶν, ἢ Ἀλεξανδρῶν ἰσχυροποιεῖται. Et postquam observasset, Esamnum sic dictum esse a Phœnicibus propter calorem vitæ, addebat Damascius: οἱ δὲ Ἐρῶν οὐδὲν ἄλλοθεν ἰσχυροποιεῖται, ἔτι ὁρῶν ἢ τῶ Ζαχάρι καὶ, ἢ τῶν διὰ τοῦ γῆρας τῶν ἀνθρώπων. Erat Esamnus l. q. Pan s. Esculapius. Orpinaluntur Seldenus ac Bochartus nomen esse explicandum e sermone Hebr.: ego puto, e ling. Æg. in qua **ΨΟΥΘ** et **ΨΥΗΝ** signif. octavum. Plura dixi in Pantbæ ii. 7. §. 11—14.

* Etum, ΨΩΝ, quæ vox in Proverb. occurrit vii. 16, ubi pro Tapetum aliquo genere, cortina, aut opere texto, scriptur. Quoniam vero dicitur ΨΩΝ illud fuisse Ægypti. **ΨΩΝ** interpr. Alex. verterunt ἄφρατα τὰ ἐν Ἀγγύτων. Credi potest, v. hæc ΨΩΝ esse Æg. camque Græcos extulisse ὄψων, et ὄψων. Clem. Alex. Paed. l. ii. c. x. p. 204., memorat τὸ ὄψων τὰ ἐν Ἀγγύτων. Vestimenta Sacerdotum Æg. ex ὄψων conficere, moris erat. Sic Lucanus in Philops., Opp. t. ii. p. 495. ed. Salmasii, Sacerdotem aliquem Æg. ex ordine rēps Ἰσχυροποιεῖται, hunc in modum describit, ἰσπῶν ἄλλῃ ἔστυλον, ἢ ἰσπῶν, ῥοκίμα. Apud Pseudo-Callisthenem de rebus Alex. m. in Fabric. Bibl. Gr., V. ult. p. 149. legas: Ὀψῶν ἰσχυροποιεῖται, οἱ ἀφῶν τῶν Ἀγγύτων. Hist. de Aenetha, Ægyptia, Josephi, Ægypti Prærogæ uxore, (ed. a Fabric., in Cod. Apoc. V. T. v. ii.) c. ii. p. 85.; et alibi ἰσχυροποιεῖται, οἱ ὄψων ἰσχυροποιεῖται. Observa tamen, ὄψων, Act. x. 11., ad in-

esse arbitror.
 * Ἐρῶν. Sempervivum parvum. Append. ad Dioscor. iv. 90. [p. 465.]
 * Ἐρῶν. Lampyræ, napium. Append. Dioscor. ii. 142. [p. 444, ubi ἔστυμα.]
 * Ἐρῶν. Canobi uxor, in urbe Canobo culta. V. v. Mithras.
 * Ἐρῶν. Chamæleon albus. Append. Dioscor. iii. 10. [p. 452.]
 * Ἐρῶν. Chamæleon albus. Append. Dioscor. iii. 10. [p. 452.]
 * Ἐρῶν. Biltum. Append. Dioscor. ii. 143. [p. 444.]

* Zachlas. Nom. Propheta Æg., de quo nonnulla narrat Apul. l. ii. Miles. Loquens de eo Gibb. Gaulminus, in not. ad Vit. Mosii p. 234., Zachlas inquit, i. e. φασεία, vel vocalis. Quam interpr. utinam quilibet evolvisset, vel explicuisset! Voluitne vir d. nom. hoc explicare ex vetusto Æg. sermone? cuj. cognitionem aliquam, sed admodum tenuem, aut propria industria acquisivisse, aut a Salmasio, amico, acceptisse videtur.

Æg. Zachlas, satis verosimiliter, scribi posset **ΣΔ**—**ΛΔC**, i. e., Scribæ lingua. Inter Æg. Sacerdotes erant quidam Γραμματεῖς, Scribæ. Apul. eorum mentionem quoque fecit, Miles. xi. p. 265: "Tunc ex his unus, quem cuncti Grammatæ dicebant." Plerumque dicitur Γραμματεῖς, Scribæ Sacrorum. Æg. vero scribita dicitur **ΣΔ**, Sach. Lingua porro istædem sonat **ΛΔC**, Las. Erat igitur Sach-las, idem quod Scribæ Lingua. Utraque hæc vox conjunctim occurrit in vers. Copt. Ps. xlv., ubi v. l. verba ita habent: ΠΛΑCΟΥΡΩΠΗΝΤΕΟΥCΩ, LINGUA mea calamus est Scribæ. Posset etiam Zachlas exponi **ΣΗΡ ΔΔC**, Sakhis, lingua perfecta. Nolo tamen dissimulare, nomen illud Zachlas, in omnib. Apul. Codd., haud eodem modo scribi, ut protioe ambigi quest, sitne Zachlas vera et genuina lectio, et ab ipsa Apul. manu profecta. Ego in Cod. quodam MS. Bibl. Bodlianae, quem Guil. Laud. legavit, scriptum reperi Cathlas, et Zathlas. Aliud non docet Salmas. in Exerc. ad Solin. p. 408., ubi scribit: "Insecunda Milesia Apulei, quidam Æg. Propheta Zachlas vocatur. Sed optimi libri ibi legunt Tachas. Legendum Tachos, Ταχος, nomen proprium Æg. cuius ap. Plutarch. et alios mentio. Haud equidem difficite, conjecturam Salmasii, nihil quidem minus probari. At hoc tamen dubio careat, in opt. Codd. pro Zachlas legi Tachas, adeoque dubis obnoxium esse, quænam sit gentium nom. illius lectio. Ea de re igitur certi quidpiam definire minime auiam.

Cum nom. hoc Zachlas, affinitatem aliquam habet, si sonum spectes, nom. Angli cjudam, aut Eoni, quem olim Gnostici crebris celebrabant sermonibus. * Saclas nomen. Epiphanius Hæresi. xvi., quem est Gnosticonum, §. 10.: Ἐκ βεβαίως ὀνομαζομένη ἐστὶν τῆς Σακλῆς, ἄφρατα τῆς φασείας. Repertur etiam nom. hoc in aliquot geminis Gnosticonum Abraxæis, in Montfauc. Antiq. explic. editis. Erat quoque nomen. idem in Secta Manichæorum percelebre. Augustus, de hæres. p. m. 216., illius mentionem scribiturque: "Adam et Evam ex Parentibus Principibus fiant asserunt natos, cum pater eorum nomine Saclas sociorum factus omnium devogasset." Plura dabit

terpr. Copto reddi **ἩΒΨHC ἩΙΑΥ**, vestem lineam. Quamobrem porro in isthanc rem inquirendum

¹ Locum prestabit Salmas. de Ann. Climact. p. 506., et Seld. de Dilis Syr. p. 190.
² Cf. Jabl. in Thea. Epist. La Coen. t. l. p. 167, 168., et ap. Vigoul. Chron. t. ii. p. 767.
³ In nova vers. Gr. Proverb., quæ ex vulgæ S. Marci Bibl. cod. Ven. primus cruit-d'Ansse de Villœison, edititque a. 1744. **ΨΩΝ** dicitur **ΨΩΝ** ἰσχυροποιεῖται.
⁴ **ΨΩΝ** ab **ΨΩΝ**, quod Arabibus **ك**, mollem et delicatam acubitionem designat, commodissime descendere, existimat Schultze ad Prov. vii. 16. Ex Ægypto orig. vocis repetit Forsier de Byso ant. p. 75., scribens: **Δ** **ΑΤΣΙ** stamen Ægypti significabat, **ἩΙΑΥ** vel **ΟΥἩΙΑΥ** est limum; igitur **ΑΤΣΙ-ΟΥ-ἩΙΑΥ**, Athionianum, feret stramen seu vestem lineam seu linteam; quod pressus consensum verbis Hebræicis, **וּמְשָׁלִים** hinc **וּמְשָׁלִים**. Non dissentit Michælis in Sup. ad Lex. Hebr. p. 68.
⁵ Voces **Ἡ** et **ἰ** hinc esse origine Gr. putabant Grammatici, Andromachus, vel quilibet auctor Elym. M., Heysch., Cyrillus, ab Alberto in notis innotatis, Apollon. Lex. Hebr. p. 490., aliique. Cum Jabl. faceret Schultzes, Foster, Michælis, ne dicam de iis, qui sunt nimis in derivandis vocib. Gr. cōsente Opiani.
⁶ Elym Act. xi. 5. **וּמְשָׁלִים** non eodem modo, Loc. xxiv. 12. Jo. xix. 40. xx. 5, 6, 7., redditum est in utraque vers. Ægypt., Memphis, et Sakh., sed utriusque **ΑΤΣΙ-ΟΥ-ἩΙΑΥ**.
⁷ Sant verba Apul. l. ii. Metam. p. 120.: "Zachlas adest Ægypti, qui necum janthodum grandi premio pepigit," etc. Mergens lectionis varietatem in nom. Zachlas, quod tamen in nova edit. servatum, atque eruditiorum conjecturas Gudendorp. notavit.

Is. de Beausobre, in praestantiss. Hist. Manich. t. ii. p. 405., ubi et interpret. quaedam nom. huj. afferuntur.

* Zenis. Cynoglossa. Apul. de Herb. c. 90.

Zobos, Zythus. Potus Æg. ex hordeo confectus, unde ab Hes. et Suid. exponitur *ὄλεος ἀπὸ κριθῶν γυρίμενος*, vinum hordeaceum. * Non tantum rem ipsam, sed nomen hunc, Ægypto etiam deberi, testatur Theophr. de C. P. l. vi. 15., *ἢ οὐ τοῖς οἴνοις ποιοῦντες ἐκ τῶν κριθῶν, καὶ τῶν κριθῶν, καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλοῦμενος Ζόβος*. Idem Plin. tradit xlii. 23. D. Wilkins, in explic. vocum Æg. p. 103., iudicat, voc. hanc e Græciā in Ægyptum fuisse translata, cum tamen certum sit, hanc potius confectiōnem non Græcis, sed Ægyptiis deberi. Hi igitur rei a se inventæ nomen utique dedisse videntur. At ibid. vir erud., neminem, excepto Theophr. et Plin., voc. istam nobis per Ægyptiaca venditare. Verum id nullum rei huj. detrimentum aufert. Theophrastus, scriptor Gr., vocem orig. esse Æg. handquam affirmasset, si ea natales habuisset Gr. Sed præter duos illos, quos excitavimus scriptores, sunt alii non pauci numero, qui idem asseruerunt. Et nemo omnino est veterum, qui loquens de orig. Zythi, id non observaverit. Clarissime id testatur Diod. Sic. l. p. 31. Hieron. in Is. vii. col. 184., et alii, quorum testimonia conquisiverunt G. J. Vossius, de vitis Lat. Sem. l. 4. p. m. 18, 19., et Lindenberg, in Amman. p. 166. Hebraei cum his consentiunt. In Tractatu Talmud. *סודות* c. iii. et Mischn. i. 1. legas, *זיתון זית*. Zythus Æg. Plura inventiri possunt in Buxtorfi Lex. magno Talmud., v. *זית*, p. 694, 695. Adde, Harenbergii Diss. de inopia pluvie in Ægypto, in Misc. Lips. Nov., V. l. p. 213. ac seqq. Quod jam ad originationem vocis Æg. attinet, *ΖΙΤ* exponi potest dans potum, vel liquorem potabilem. An vero hæc sit genuina vocis illius significatio, pro certo affirmare non ausim.

In Bibl. Dutali Gothana servatur Cod. MS., qui inter alia continet brevem notitiam, quomodo (in Ægypto hand dubie) ex hordeo potenta fiat, et cervisia coatur. V. Fabric., ex Keines., in Bibl. Gr. V. xii. p. 749. Cum autem illius brevis notitia a C. Schlegero, qui Serenis. Duci a Consiliis, a Bibliotheca, et Antiquitat. est, apographum huius expetissem, is pro sua humanitate precibus meis locum dedit, schedamque petitam ex Cod. MS. descripsit, atque ad me transmisit. Ea autem sic habet: p. 165. b. *Περὶ Ζόβου ποιοῦσθαι. Λαβὴν κριθῶν καθαρίαν καλάν, βρέξον ἐπ' [i. e. ἡρίων μίαν. Schleg.] καὶ ἀνάσταντος ἢ καὶ κότερον ἐν ἀντήρῳ [i. ἀντήρῳ Sch.] τῶν τῶν πρῶτ' καὶ πῶτος βρέξον ὅπως ἐπιβάλλει ἐπὶ βροχίονος ἡγέρωνος ἡθροῦσιν ἐκ βροχῆς, προσαυλάσθαι, [i. προσαυλάσθαι, Sch.] τῶν ὅσ' γίνονται ὡς τῶν καὶ ὅτε γίνονται ἴσον ἐν ἡλίῳ, τῶν ὅσ' τῶν. Τὸ μάλιστα γὰρ ποιεῖται, λαμβὼν ἄλεον καὶ ποιεῖται προσηλαῶν ζῶμα, ὅσπερ ἄρεον, καὶ ὅσα ἄμεινον καὶ ὅτ' ἂν ἐπιβάσθαι, δάλακ' ὅσπερ γλαῦν, καὶ ἴσμεν δὴ ἴσμεν ἢ κότερον λεπτόν, ἄλλοι δὲ ὀστάντες, [i. ὀστάντες, Sch.] ἄρεον βάλαντον ἐπὶ εὐνοῖον, [λαβὼν hic zhennum, vel simile aliquid vas est.] μετὰ ὕδατος, καὶ ἔλθειν κροῖον, τῶν μὴ κοχλάσθαι, μήτε ἢ κροῖον, καὶ ἀνασπῶσι, καὶ ἴσμεν ποιεῖται καὶ περιουσιάζει θερμίσσεται, καὶ ἀναρίσσει. Hac usque Cod. MS. [*Zobos*, ov, ὄ, vel ev, τῶ, Zythus: vinum hordeaceum, seu potus ex hordeo: Lat. nonnulli cervisia, Gr. etiam βρώτος, βρώτος, βρώτιον, βρώη, βρώνη, πῶτος seu πῶτος, et periphrasticon κριθῶν οἶνος. Dioscor. ii. 109. *Zobos* σενάδιον ἐκ τῆς κριθῆς. Theophr. de C. Pl. l. vi. c. 13. *ὡς οὐ τοῖς οἴνοις ποιοῦντες ἐκ τῶν κριθῶν καὶ τῶν κριθῶν, καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλοῦμενος Ζόβος*: et et Herod. l. ii. p. 74. scribit *Ἐγύπτου οἶνον ἐκ κριθῶν πεποιημένον διαχυθῆναι*: et Hecatæus, Ath. x. (476.) κριθῶν ἐκ τῶν πύρρα καταλεῖσθαι (καταλείσθαι). Hieron. in Is. xix. *Zobos* genus est potationis ex frugibus aqueque confectum, et vulgo in Dalmatia Pannoniaque provinciis gentili barbaroque sermone appellatur Sabinum; hoc maxime utuntur Ægyptii. Et*

Plin. sub fin. l. xxii. Et frugum quidem hæc sunt in Ægypto medico. Ex iisdem sunt et potus, zythum in Ægypto, ocella et ceria in Hispania, cervisia et plura genera in Gallia aliisque provinciis. Ubi nata neutro genere dixisse zythum: quum Dioscor. masculino dicat *ὁ Ζόβος*: ut et Galen. Simpl. Medic. l. vi. *Ζόβος κριθῶν ὄλεος τῶν κριθῶν ὁ πρῶτος*. Ap. Plut. vero reperio etiam *τὸ Ζόβος*, seu *τὸ Ζόβος*, in l. i. *ἀντήρῳ ἡφαῖος πρὸς κατασπῶσιν*, sub fin. p. 887. mea edit. (T. iii. p. 9. Wyttben. vii. 945—9. Reisk.) *τὸν ἔλεγον τὸ Ζόβος μάλιστα γυρίμενον καὶ καλῶντα κροῖον καὶ διαχυθῆναι ἴσον, ἄλλως δὲ ὁ ὀστάνος*. Cujus rei et Dioscor. meminit l. ii. c. 109. *εὐρίων δὲ (inquiens) καὶ ὁ ἔλεος γίνεται κροῖον ἀντήρ*. Sunt vero et qui *Zobos* scribant, circumflexo v, dicentes ita scriptum reperiri ap. Galen. Columella (x. 116.) certe ipsum producit, in Hortulo suo canens, Ut Pelusiaci prorit potula zythi. Ap. Theophr. vero in loco sup. cit. per *η* scriptum *Zobos*: quod nequaquam probō, quum et ap. Hesych. et ap. Suid. sua serie reperiam *Zobos*, expositum itidem *ὄλεος ἀπὸ κριθῶν γυρίμενος*: ap. Hesych. vero etiam *Zobos*, *ἀλῆρον πῶτος*. H. St. Voc. *Zobos* non agnoscit Schneid. Lex. Glossæ Labb.: "*Zobos* Fermentum." "*Zobos* ἀπὸ οἴνου Curmen. P." "*Zobos* Cervisia." Eisdem Glossæ: "*Fermentum*: *πῶτος ἀπὸ ζῶμα*. C. Zérov. C. Zépa. S. Zépa. C." In primo loco pro *Zobos* leg. *Zérov*, ut et secundo loco patet. Vocem * *Zérov* H. Steph. omisit, et Schneid. Lex. non agnoscit, male, ut opinamur, EDD.]

* Hb. Cor. Ita interpretatur voc. h. Horapollid., et recte, l. 7. Nam in Æg. libris cor dicitur *ΖΗΤ*, Hæc seu Heth.

* Hb. Inter Æg. vasa commemoratur et hoc ab Hællanico in Ægyptiacis, ap. Athen. xi. p. 470. Addit Casaub. in notis, nuppiam præterea voc. h. reperiri, Neque est non Gr., verum Æg. Pensitandum aliis relinquo, an non credi possit vox *θῆβαιος* descendisse ab *ΟΥΤΩΣ*, quod *ἀρτεῖον* significat, ut igitur *θῆβαιος* Æg. dictum sit *ἀρτεῖον*, hanritorium, vas, quo aqua aut alius liquor lauriri possit. Hæc tamen, fateor, explicatio nunc oblate videtur adverbii, quod *θῆβαιος* Hællanici, non fuisse *ἀρτεῖον*, verum poculi quendam speciem, ex Athen. satis liquet. Quare nihil definire. Rem potius in suspensio relinquam. Alius forte meliorem ac verosimiliorem dabit interpretationem. [Cf. Thea. G. L. i. p. 1448. F. Athenæi locus est: *Αἰγυπτῶν ἐν τοῖς οἴνοις οἴτου φαῖλον χρῆσι, καὶ εὐνοῖον χαλκῶς, καὶ θῆβαιον γάλακτος*. Hællanici h. l. de poculorum generibus tractat. Budanus ex Hermol. interpretatur "*colum*, quo vina aut similia excolantur," v. *θῆβ*, colo: sed bene addit H. Steph.: "*Ubi tamen colum significare non videtur, sed poculi genus, foras simile aliquid cum colo habens*." Paria atque H. Steph., annotavit J. Casaub.: "*Etsi suadet vocabuli origo colum hæc voce significari; puto tamen, non sine gravi causa inter pocula esse hic positum id nomen*." Addit Schwigh.: "*Disertum de poculo interpretatus est Breviator: θῆβαιον, inquit, ἔκταμον παρ' Ἑλληνας, καὶ ἡμίτονον παρ' Ἀρραβί, ἀπὸ τοῦ σχήματος οἴνου οἰομένου*. De hemitono brevier Hesych. *ἡμίτονον* ἔκταμον: videtur dimidiati globi forma fuisse. Ap. Polluc. vi. 98. in neutro genere, plurali numero, *ἡμίτονα* legitur." Vocem * *ἡμίτονον*, et * *ἡμίτονον*, pro poculi genere, omisit H. Steph. Ap. Hippocr. vox usurpatur in alio sensu, de quo idem H. Steph. scribit: Erotian. *ἡμίτονον* ἐπὶ δέπτερον ὄνομα. Ceterum voc. *θῆβαιον*, ut nobis videtur, non ex Æg. radice derivandum est, sed e Gr. *θηβ*, colo, unde vel Græci in Ægypto, vel Ægyptii ipsi fecerunt suum *θῆβαιον*. Strabius in lib. de Ling. Maced. et Alex. silet. EDD.]

* *ἡμῖτιον*.⁴ Vestis quoddam genus Æg. Pollux vii. 16., *τὸ δὲ ἡμῖτιον, ἐστὶ μίαν καὶ τοῦτο Ἀἰγυπτῶν*. At dicitur, esse sudarium, et sic in media Comœdia accipit, quum in rem versus hos adfert ex Aristoph. Plut. p. 76.

¹ De Ægyptiis Herod. ii. 77., *ὄλεος ἐκ κριθῶν πεποιημένον διαχυθῆναι*. Diod. Sic. l. 34., *καταλεῖσθαι ἐκ τῶν κριθῶν ποῖον, καὶ τῶν κριθῶν καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλοῦμενος Ζόβος*. Item Strabo xvii. p. 1179., *ὡς ἡ Ζόβος ἡμῖτιον ποῖον ἐστὶν ὄλεος*. Alia de *Zytho* dicitur Alberti ad Hes. v. 259. Valer. et Wessal. ad Herod., multi alii, quos laudavit Tydemans not. ad Shawii Itinera t. ii. p. 97. Veterum autem testim. tantum non omnia sedulo jam collegat H. Steph. in Thea. Gr. Ind. p. 1011.

² Gr. voc. esse exaripante pueri, in insque J. D. a Lempet pt. l. Etym. p. 312. Quorum est sententia tolerabilior, quam Pontani et Rami Gallie esse orig. consentiunt. V. Wesseling ad Diod. Sic. v. 26.

³ C. x. p. 142. ed. Surenhmii.

⁴ Inventur apud scriptores Gr. *ἡμῖτιον* et *ἡμῖτιον*, eademque lectiois varietas est in eod. MSS. Pollucis aliarumque.

⁵ Utram scribendi rationem sequar, modo *ἡμῖτιον* origini esse magis consentire tenussum, nulli omnino interest: quæ veritas est T. Hæ ad Aristoph. Plut. v. 729. Hesych. *ἡμῖτιον* καὶ ἴσμεν, *ἢ οἰνοῖον* dicitur, ubi cf. Alberti et cet. Interpr.

Ἐπειτα, καθάρων ἡμετέριον λαβίαν,

Τὰ βάλαντα περιέλασαν.—

ubi Schol. : ἡμετέριον, ἀπὸ τοῦ ἀνομιῶν, ἴσως ἡμετέριον λέγειν ἢ, ὡς ἐμαρτυροῦν. Καὶ Σαφροῦ, ἡμετέριον ἐπαλάσσειν [σφάλασσον] ἢ ἐμαρτυροῦν [ἵεροσταν] φακέλων, Damascius in vita Isid., ap. Phot. Bibl. p. 569., ed. Gr. Hirschel. Τὸ πρόσκαιρον τὸ ἐμαρτυροῦν, ἡμετέριον. Galemus in Lex. voce Hippocr., editus cum Erotiano, p. 75.; ἡμετέριον, ὁμοῖον καὶ τοῖς μέτροις.

Si vox verè Æg. est, quemadmodum Pollucem affirmare vidimus, credo, τῶνδον esse orig. Æg., et sic dictum fuisse lino, aut aliquam lini speciem, Sacerdotum præcipue usibus destinatum, id enim vox τῶνδον significare videtur. ἡμετέριον vero Græcis debetur, qui aliam lini speciem, crassiorem et viliores, sic appellaverunt. Τῶνδον, ablata nempe terminatione Gr., Æg. sonuisse ΤΟΥΒΟ, valde verisimile est. Id autem purum, mundum, sanctum designat. Hæc denotatio ap. Ægyptios lini generatim competit, quippe quod sanctum et purum censebatur. Apul. in Apol. p. 310. " Lana, segnisissimi corporis excrementum, pecori detracta, jam inde Orphi et Pythagoræ scilicet, profanus vestitus est. Sed enim mundissima lini segetis, inter optimas fruges terræ exorta, non modo indutai et amictui sanctissimi Ægyptiorum Sacerdotibus, sed oportui quoque in rebus sacris usurpatur." Sic et Grætus in Cyneq. 42.

Vix operata suo Sacra ad Babastia lino

Velatur sompne astivi turba Canopi.

Philostr. de V. A. Tyan. viii. 7. 5. Ἄνω δὲ ἐπιπέσει μὲν, ὡς ἐπρεπε, — ἄνω ὅμοιον ἀπὸ τοῦ ἡμετέριον ἐμαρτυροῦν, καθάρων μὲν Ἰεδοῖα δόσει, καθάρων δὲ καὶ Ἀγυρτίων. Hinc ap. Sueton. in Octavio c. 12., Lintæ religiosæque vestis. Poterunt itaque Æg. ΤΟΥΒΕ dici, et inde Gr. τῶνδον, quæquæque ex lino, mundissima segete, et præcipue lino Æg., quod optimum fuisse testatur Plinius, conficeretur. Quæ autem adulterarentur, et viliora viderentur, ἡμετέριον dicta fuerit. Nam certe pro lino crassiori, notæque pejoris, accipiunt Gr. Grammatici. Idque res ipsa satis clare ostendit. [" ἡμετέριον esse dicitur ἠνδιόλον Ἰεροσταν, et Schol. Aristoph. exp. Ἰεροσταν φακέλων et σιδάρα, in h. l. Plat. Ἐπειτα καθάρων ἡμετέριον λαβίαν. Τὰ βάλαντα περιέλασαν, fasciolum, seu sudarium ex puro lino. Hippocr. De Morb. Lib. II. (LII. 35. V. Lind.) προσερίσσει ἀπὸ τῶνδον ἡμετέριον, et De Artic. (t. 46.) ἄνω τὸν ἄνω ἡμετέριον. Galen. (Lex Hippocr.) ἡμετέριον esse dicit ὁμοῖον καὶ τοῖς μέτροις. H. St. Hesych. ἡμετέριον λέγειν ἔνδορα, ἢ συνδύον Ἰεροσταν. Suid. ἡμετέριον Ἰεροσταν. Hinc bene calligit Sopiogius verba illa ap. Schol. Aristoph., ἢ Ἰεροσταν (ἵεροσταν) φακέλων, non esse Sapphus, sed pro interpretamento ipsius Scholæste. Doct. Blomf. in Mus. Crit. I. p. 28. Sapphionis fragmentum sic legit, ἡμετέριον σταλάσσειν. Volgerus quoque ad Sapph. Fragm. p. 119. verba ista, ἢ Ἰεροσταν φακέλων, pro interpretamento habet. Aret. de Morb. diuturn. I. 5. p. 123. Boeth. ἐνδύων τὸν ἄνω ἄνω (al. ἄνω) ἡμετέριον λέγειν ὁμοῖον (al. ὁμοῖον), i. e. extremis sudario ex erudis lincis confecto involutus. " Philostorgius Hist. Eccles. VII. 14. p. 102. λευκὸν ἀπὸ τοῦ καθάρων περιελκόμενον ἡμετέριον. Observabis juxta hanc lectionem dici ἢ ἡμετέριον, genere feminino: repugnat tamen auctoritas aliorum scriptorum, ap. quos constat ἡμετέριον, genere neutro? quomodo etiam ap. ipsum Philostorg. xi. I. p. 145.: Ὁ μὲντοις τῶνδον ἀπικεῖσθαι, ἵνα μὴ το σαρταῖον πρὸς ἔσταν τοῦτο χωρῆται τὸν ἱεροστανίον, τὸ ἡμετέριον αἰσὶν τῶν τροχίλων ἵσων τῶνδον περιελκόμενον ἀνομιῶν, ἢ δὲ αἰσὶν τῶν τῶν αἰσὶν γῆρας ἀπαγερῆται. Suiceri Thez. Eccles. EDD.]

Hæc. Ita Gr. sermone Aurora dicitur. Accipitur sero etiam pro die. V. Eustath. in Od. B. p. 1450. et imprimis in Od. E. p. 1527., ubi quoque observat, τὴν Ἥην σαρταῖον, et Deam, a Poetis hinc. Adde Athen. v. p. 195. B. Nec minus Eustathius illic ex Hesiodo monet, Deam hinc perhiberi vocis filiam. Τὴν γὰρ vero, quando interpretatur diem, id ex Æg. sermone illustrari potest. Illis enim dieis dicitur ΕΞΘΟΥ, Eho-n. Idem hic tanto magis observatione nostra dignum est, quia Hæc, Dea illa Poetarum σαρταῖον, mater fuisse

signatur Memnonis, cujus in Thebaide statuum vocalem veteres magnopere celebrant. V. itea de Memnone Syntagmas. Deam illam Diem interpretatur ex veteribus non pauci, quorum loca adduxi in Syntagmate primo. Diem vero inter VIII. Æg. Nunina primaria et antiquissima numerari, ostendi in Proleg. ad Panth. Æg., c. II. §. 29. p. lxx. et seqq.

* Thaboris, Chamaelon, herba. Apul. de Herb. c. 23.

Θάλαμος. Vox notissima significatio, quam Æg. esse originis, apud quosdam memoria profudum inveni. Dico potissimum habet vos habet significaciones, quarum altera notior est ac vulgata magis, eamque Ægyptus quoque in acceptis fert Isidor. Orig. xv. 3. " Ægypti quoque, lingua sua, loca, in quibus habitantes succedunt et inculant, thalamum appellat." Hanc, significatiorem vocis thalamus ap. Gr. Romanosque fuisse receptam maxime, omnes norunt. Hinc vero etiam Æg. designaverit θάλαμος, dubis expositum magis videri potest. Nam Ps. xix. 5., quod in Gr. legitur, ὡς ῥόμβος ἐπερπέμενος ἐκ παρῶν αἰσῶν, ubi παρῶν idem place significat, quod θάλαμος, Coptus ita reddit: ὙΦΗΤ ΗΟΥΠΑΤΨΕΛΕΤ ΕΓΗΗΟΥ ἘΒΟΛ ΗΕΗ ὙΔΗΨΕΛΕΤ. Παρῶν igitur Æg. veritatur ὙΔΗΨΕΛΕΤ, proprie locus (habitato) sponsæ. Nulla hic in Æg. sermone vestigia vocis thalamus. Potuit tamen fieri, ut locus, qui de sponsa dictus est ὙΔΗΨΕΛΕΤ, conclave sponsæ, alio quodam respectu diceretur θάλαμος. Est et alia vocis hujus significatio, Ægypto magis propria, quam Plinius aliique plurimi nobis tradunt. Verba Plini sunt viii. 46.: Sunt ei (Ari) delubra gemina, quæ vocant Thalamos, anguria populorum. Solum, ubi de Ægypto, c. xxxii., Delubra, quibus succedit et incubat Apis, mystice thalamos nominant. Observa, his ipsis verbis usum esse Isidorum, paulo ante excitatum; sed ca ad alium sensum transtulisse. Thalamum pariter Apidi tribuit Amm. Marcell. xvii. p. 245., et Elian. H. A. xi. 10. Video θάλαμος etiam vocari Sacella in majoribus Templis aliarum gentium inædificata. Sic Lucianus de Dea Syria c. 31.: Ἐρδοθεν δὲ ἐν τῷ αἰε ἀπὸ τοῦ ἐστὶ, ἄλλῃ δὲ αὐτῶ θάλαμος ἄλλοις πεποιθῶν.—Ἐν μὲν οὖν τῷ μὲν ἔσταν ἔσταν κἀντες εἰσέρχονται, ἐν δὲ τῶν θάλαμον αἰ ἱερείῳ μόνον. Interpretes Alex. loquentes de Templo Domini, thalamos hujusmodi solent appellare παρῶν, vel παρῶρα. Hieron. in Is. vii. (Opp. t. iii.) col. 200., " Præcipitur Isai Propheta (xxii. 15.) et ingreditur ad eum, qui habitat in Tabernaculo, quod Hebr. dicitur Sochen.—Sochen autem, vel Tabernaculum interpretatur, vel Pastophorion, h. e. Thalamus, in quo habitat Propositus Templi." Ibi in Gr. est, Ηιερον εἰς τὸ παρῶρα. Idem Hieron. xii. in Ezech. xl. col. 981. " Post lincem autem porte, juxta Hebræicum, mensus est Thalamum sive cubiculum, et Symmachus transtulit παρῶρα, i. e., postes ex utraque parte, calamo uno, tam in longum quam in latum. Quod et ipsum Lxx. Eliam transtulerunt, quod in consequentibus Symmachus autelincem interpretatus est. Inter thalamos autem duos, sive cubacula, et παρῶρα erant quinque cubiti." Et post nonnulla addit: " Thalami autem, i. e. cubacula, quæ post portam Orientalem erant ædificata in vestibulis, respiciebant ad viam Orientalem." Videtur igitur thalamum dictum fuisse cubiculum in Templo, vel exiguum delubrum aut sacellum singularis formæ sive structuræ. Herod. thalamum etiam nuncupat ἄλλῶν: Ἄλλῶν τὸ τῶ Ἄξι ἑσῶρα, ii. 153. Nisi modo Aula Apis, ab eisdem Thalamo, vel sacello, distinguenda sit, quod utique verum est. Cf. Strab. xvii. p. 555. Pantheon Æg. pt. II. p. 186, 187.

Crediderim Thalamum, qualis ille fuit Apis, Porticum fuisse oblongam, vel cubiculum, forte columnis distinctum, cujus major multo esset longitudo, quam latitudo. Inde angur sero, quod Ægypti navigia quoque habuerunt, in formam et ad imitacionem Thalamorum fabricata, quorum nonnullam veteres meminerunt. De Ptolemæo Philopatore Athen. memoria prodidit v. p. 204., κατασκευασε δὲ ὁ Φιλόσοφος καὶ πτωχῶν πλοῖον, τὴν θάλαμῶν ἐκδομῆν. Strabo quoque xvii. p. 530.,

* Voc. ἡμετέριον ab Ægyptiis usum esse, vere monuit Pollux, judicante T. H. ad Aristoph. Plin. v. 727, ad quem locum E. Spanheim non aliter judicare videtur.

nomenclationem fecit τῶν θαλασσοῦν πλοίων, ἐφ' οἷς αἱ ἑρμῆ-
ται εἰς τὰς ἄνθ' ἡμετέρας ἀναπέλευσαν. Huiusmodi navibus
θαλασσοῦς ἄριον σιγίλλαν, Nilopolim Memphim veli
conversus, testatur Diod. Sic. l. p. 76., cuius hæc sunt
verba: Ἐρετα εἰς θαλασσοῦν ναῦς, ὁμοίαν ἀρχαίων ἐκ-
έχουσαν, ἐπιπέλαγος. [τὴν μέρησιν] εἰς θεὰ ἀνάγουσι
εἰς Μέρην, εἰς τὸ τῶν Ἡραίων γέφυρον.

Voces hæc Ἐγ. Θάλαρον aliquando la Crozius puta-
bat plane eandem esse cum ΘΑΣΥ, Thlom, quod
nomine Ἐγ. vocant ἄλακα, suleum, Num. xxii. 24. Ps.
lv. 10. Neque mihi tum illa interpretatio displicuit.
At nunc, ubi rem hæc curatius expendo, nescio, possitne
edificium aliquod, aut conclave, sulci nomine rite de-
signari. Estne, qui suleum Apici intelligat de Saccello,
homi huic apparatus? In mentem itaque venit, quod in
Wilkins, Diss. de Ling. Copt. legisse me recordor p. 113.,
ΘΑΣΥ Copt. porticum significare. ΘΑΣΥ,
inquit, porticus, Hebr. פֶּתַח. Hebr. cerce פֶּתַח dici
porticum, observant Philox. in l. 1 Reg. vi. 3. Forte
idem significat Ἀλάκα, qua voce interpr. LXX. sæpius
utitur Ezech. xl. Videtur Wilkins. eandem vocem
ΘΑΣΥ, in libro aliquo V. T., Coptice verso, depre-
hendisse, quod ego usque non sum. Estque verisimile,
vores has פֶּתַח, Ἀλάκα, et ΘΑΣΥ, rem unam

eandemque significare, et ex Ἐγ. ΘΑΣΥ deinde
reliquas derivatas fuisse. Quod si ita se habet, uti auguror,
tum habebimus originem vocis θαλάσσιον Ἐγ. Nam si voci
ΘΑΣΥ, præposita notam femin. generis, habebis
ΘΕΑΣΥ, Thalau, quod porticum, aut conclave
porticium simile, designat. Si addideris terminationem
Gr., exibit θαλασσα.

Thebe. Urbs Ἐγ. amplissima et præstantissima, to-
tiusque Ægypti superioris princeps, a qua Provincia
Thebais denominata est. Verum quidem urbis illius
maxima nomen, quod ex S.S. didicimus, fuit Amun-
Noh, vel Noh-Amun, de quo nonnulla deinde obser-
vabo. Sed veteres tamen aliquo modo significat,
Thebarum nomen eidem urbi Ἐγ. pariter impositum
fuisse. Et Hieron. Proem. l. ii. ad Galatas observat,
urbem hanc suo tempore Thebesten vocatam fuisse.
Est igitur originatio nominis illius ex sermone Ἐγ. pe-
fenda. Bochartus, in Hieroz. Pt. l. col. 169., ex Kir-
chero, monet ΘΕΒΑ, thba, Ἐγ. sonare decem millia.
Hinc putabat nomen fuisse Thebis. Verum ipse Bochar-
tus legendus est, qui illustrari poterit ex notis Is. Vossii
ad Pomp. Mel. l. 9. p. 77, 78. Aliud mihi quoddam
in mentem venit, quod paucis exponam. Testantur
Scriptores optimi, Herod. et Aristoteles, ab Is. Vossio,
l. c. p. 79, ad testimonium vocati, olim Thebarum no-
mine totam Ægyptum, Ægyptum nempe superiorem,
designari consuevisse. Adde locis, a Vossio allatis,
Olympiod. in Aristot. Meteorol. p. 26. a. Ægyptus
vero erat, ut Hieron. monet, humilis et dejecta. Verba
ejus hæc sunt l. ix. in Ezech. (Opp. t. iii.) col. 904.:
"Neque vero unum habet flumen draco Ægyptus, sed
multa flumina, quibus irrigat Ægyptum humilem et de-
jectam, et nihil in se habentem montium." Humilem
vero et dejectum Ἐγ. dicunt ΘΕΒΙΕ, thebie, et
ΘΕΒΙΩ, thebio. Plerumque id de morum humilitate
quidem usurpat, sed tamen etiam de terra humili
et æquabili planitie. Ita accipitur in fragmento quodam
lex. xl. 3., quod ex Lectionario quodam vetusto Ecclesie
Copt. in Abbata S. Germanensi, Lutet. Paris. descripti:
ΤΩΟΥ ΗΙΒΕΝ. ΗΕΥ ΚΑΔΑΥΦΟ
ΗΙΒΕΝ. ΕΥΘΕΒΙΩΟΥ. — ΟΥΟΣ
ΗΕΘΗΑΩΤ, ΗΑΩΠΠΙ ΕΣΑΗ-
ΩΙΤ ΕΥΧΗΗ. Græca, que interpr. Copti
in linguam suam transtulerunt, ita habent: Πᾶς ἵβος
εἰς βένους πρὸς ἐπιπέλαγος, καὶ ἑταίρα—ἡ τραχὺ εἰς πεδίον.
In eo vero humilitas Ægypti sita est, quod sit πεδίον,
campestris, et plana, quemadmodum Herod. loquitur, ii.

108.; quod et omnes, qui Ægyptum viderunt, conor-
dissime affirmant. Anniversario indignum non est,
quod in verbis ex Ies. translatione, conjungantur loca mem-
bra et ΕΥΧΗΗ, levis, montibus et collibus vacua,
πεδίον, campestris, ut est in Gr. Uti enim a priori voce
ΘΕΒΙΩ, humilitate, nomen labuisse Thebas urbem,
non præter rem conjicio, ita a voce posteriori ΧΗΗ,
vel ΧΑΗΕ, levi, denominata videtur urbs Ægypti
inferioris antiquissima, que in S.S. dicitur ΒΥΒ, Tyoon,
Gr. Τάβις, in Coptorum vero libris ΧΑΗΗΗ. Ad hæc
vero urbis Taneos, et non. huj. interpretationem, ipse
textus S. manu nos ducit, in quo legitur, Deum mira-
cula edidisse ἐς πεδίον Τάρεω, in campestribus Taneos.
Et vero, in loco Ies. πεδίον, campestris, Copt. interpre-
s vertit ΕΥΧΗΗ, quod e ΧΑΗΗ descendit.

Objici quidem posset, Thebiden postea Arabibus
dictam fuisse, hodieque dici Sahid, i. e. regionem aliam,
teste Vanslebii, in Relatione itineris sui Ἐγ. Gallie,
p. 20. Id etiam de Ægypto superiore observat Theopha-
de Ventis p. 404., τὸ δὲ ἄνω ἑρμῆπορε. Sed id tantum
locum habet respectu Ægypti infer., quæ depressior er-
ditur. Ægyptus superior ceteroquin, non minus quam
inferior, humilis est, et dejecta, atque in campis agrum
multis non intercipientur. Ideoque dici recte potuit
ΘΕΒΙΕ, vel ΘΕΒΙΩ.

* Theomestrum. Pentaphylon, herba. Apul. de
Herb. c. 2. Ed. Torini habet Theomestron.

* Θερμοσίθις. Aspidis quædam species, sacra, Isidi
quippe singulariter dicata, qua et Dea hujus capiti cingi
solebat. Elian. H.A. x. 31. Quod, si interpretetur,
θερμωσίθρον significat, vel mortiferam. Cujus rei ratio-
nem suggerit idem Elian. vi. 38., "Nullus, ab aspidæ
morbus, ex malo incoluntis evasisse memoratur.—Amplius
quatuor horis,* quos non dormiderit, vivere non possunt."
Erat hæcæ aspis symbolum Isidis, que Týrhambo, cog-
nominabatur, quasi dicas iræ furentem. Etenim certum
est scelerum vindex habebatur. Ideoque et ipsa
hæc Isis cognomen quodæ habuit Thermuthis. De hisce
Isidis cognominibus egi in Panth. Æg. l. 3, sigillatim de
Thermuthi, §. 10, 11.*

* Θέουξ. Cyclaminus, herba. Append. Dioscor. ii.
194. [p. 447.] V. infra in v. Týthotos.

* Θέουθ, a Platone, in Philebo, appellatur Nomen illud
Ἐγ. celeberrimum, quod alii Thot, vel Thoth, alii Thyoth
nuncupant. De eo plura vide in v. θεθ.

* Θέουθ. Polygonon, vel Proscopiniaca, herba. Apul.
de Herb. c. 18. Append. Dioscor. iv. 4. [p. 462.]
Kircherus interpretatur CΤΕΥΦΤ, idque vult sig-
nificare curam Dei, in Ἐδipi ton. iii. p. 75.; imperite
omino, ut reliqua omnia.

* Thiophengé. Peristeron, herba. Apul. de Herb.
c. 65.

* This. Mentastrum, ἰδέουρον. Apul. c. 9. Append.
Dioscor. iii. c. 41. [p. 454.] habet This. Observa, ἰδέου-
ρον Matt. xxiii. 23., et Luc. xi. 42., redditum esse
ΠΙ ΔΩΠΗ ΗΣΘΟΙ, ab interpr. Coptis.

* Θυοτίς, Thumus. Urbs Ægypti, dicta lingua Ægyptia
ab hircu, inquit Hieroz. xiii. in Ies. col. 340. Opp. t. iii.
et l. ii. in Jovin. c. 6., Opp. t. iv, ubi Thumus, inquit,
interpretatur hircus. Ad hæc loca respiciens D. Wilkins,
in Diss. de ling. Copt. p. 111., ita pronuntiat: Copti hodie
ΟΥΟΙ hircum feram vocant. Verum in libris Copt.
ΟΥΟΙ Leonem designat quidem; et nunquam hircum.
Si ad sonum vocis Thumus attendas, dicendum foret, eâ
significari Leontopolin, vel urbem Leonis, aut Leonum,
quod, qua ratione urbi illi, cuius Nomen tutelare erat
hircus; convenire queat, alii viderint. Suspicio tam-
en, urbem hæc Ægyptiæ, forte non a ΟΥΟΙ,

leone, verum a ΟΥΟΕ, quod radium solarem innuit,
denominatam fuisse. Vox hæc Ἐγ. eo, quod dixi, sensu,
reperitur Hebr. l. 3., et ab ea Pyramis, vel obeliscus, in
honorem solis erectus, nomen accepit, quod pluribus
explico in Proleg. ad Panth. Æg. c. ii. §. 34. Quia

* Θαλασσοῦς ἄριον πλοῖον οὐ γινώσκουσα memorat Appianus Alex. in præf. p. 13. ed. nov. Cf. Rhodomann ad Diod. Sic. l. 83., Burmannus alique interpretes Suetonii in Cæs. c. 26.

* Forster in epist. ad J. D. Michæillis p. 7. nomen Thebarum repeti a voce ΤΕΟΥΤΗ, habitatio, existimantque illustrari
hinc posse Herod. ii. 13., τὴν δὲ πᾶσαν εἰς πεδίον ἀγροῦνς ἰσχυρίσθαι, quandoquidem pars Ἐγ. ἄριον semper fuit habitabilis.

* Legebatur quoniam τέρητος ἄριον. Ed. Gronov. præbet τέρητος ἄριον, ut significetur pars quarta hore. * Cf. Scholtz. l. c. p. 7.

igitur Mendes, Numes Æg. Thmus, in hirco animali cultum, symbolica quaedam solis imago erat, quod ad ductus Ægypti rationibus, in Panth. Æg. l. ii. c. 7., prolixè ostendi, potuit urbs, in honorem solis, aut hirci, qui ejus putabatur imago, condita, facie a radio solis denominari, etsi proxima hujus denominationis ratio, a veteribus quippe memoria non mandata, non lateat. Quod vero Hieron., sine dubio post alios, Thmus ab hirco sic dictam esse perhibeat, hanc veram esse rationem existimo. Urbs huc Thmus, Æg. Prefectura Mendesia caput, etiam vocatur Mendes. V. Cellarii Geogr. antiq. Africae p. 28. 29. Mendes vero nomine hoc insignita erat a Mendete Nubine, quod in hirco animali colebatur, unde veteres quidam nisi persuaserant, etsi falso, Mendes Æg. hircum sonuisse. Sed hac de re prolixè disserui in Panth. Æg. l. ii. c. 7.

* **Θεο**, Thoth, vel Thot, vel Theuth, vel Thoythi. Nomen Æg., sermonibus veterum non mediocriter celebratum, quod Gr. Mercurium interpretatur. Nominis huic Ægypti inventionem literarum, et scientiarum aliarum propendendum omnium, in acceptis ferunt, ut videtur esse nomen, non Philosophi cujuspiam, aut etiam Dei, verum ipsius scientiæ. Quia autem scientiæ olim, ac præsertim in Ægypto, columnis inscribebantur, idque quod in columnis inscriptum erat, Mercurio huic vel Thoth, tanquam vero auctori, adscribebatur, suspicatus sum, Thoyth re ipsa nihil aliud fuisse, quam **Θυσωϑ**, i. e. columnam, in qua res memorabiles, ac imprimis scientiarum meliorum inventa, inscribi consueverant. Extat ea de re ampla nostra Dissert., in Panth. Æg. l. v. ubi omnia, que ad Numinis hujus historiam veramque significationem spectant, diligenter excutuntur. [* **Θεο**, mensis Æg. nomen est, Lat. septembris respondentis, ut voluit nonnulli. Suidæ vero **Θεο** est Mercurius." H. St.]

* **Θεορ**, Thyphonis solis, teste Plut. de Is. et Osir. p. 358. Auguror, vocem hanc Ægyptiæ scribendam esse **Θουϑρhc**, quod antrum vis ventum meridionalem significat. Pluribus expositionem hanc adstruxi et illustravi in Panth. Æg. v. 3. §. 5-8.

* **Θεορ**, Nomen regis Thebæi in Ægypto, quod Eratost. in Catal. regum illorum exponit **θεορ** et **θεορ** Ægypto. In annot. ad illum Catal., in Vignelli Chronol. S. t. ii. p. 756., monui, nomen Æg. sic legi oportere, **Θεορ**, quod sic scribi potest Æg.

ΟΥΘΝΗ ΧΟΥ ΕΡΗ, i. e. **potens**, qui est sol. Plura, quibus interpretationem hanc confirmavi, legi possunt loco huic indicato.

* **Θεορ**, Aliud nomen regis cujusdam Thebæi, quod ab eodem Eratost. Gr. redditur, **θεορ** **αδζουρ** **ου** **εραουρ**, auctens robur paternum. In annot. meis ad h. l. p. 757, 758., observavi, pro **Θεορ**, legi **Θεορ**, que est levisissima mutatio, præsertim, si, ut olim fieri consueverat, literæ adhibentur majusculæ.

Parum certe a **ΘΥΠΑΑΟC** differt **ΘΥΠΑΑΟC**. Id jam ex sermone Æg. explicandum est. Nempe **ΘΗΗ**, (thebi) est **αδζουρ**, crescere, Mart. iv. 8. 27. **ΔΑΟΥ** vero, vox valde communis et trita, puerum designat. Erit igitur **ΘΗΗ ΔΑΟΥ**, thebi-alo, **αυτ** **αδζουρ**, puer crescens et augetens. Sed plura l. c. videri possunt.

* **Ιαορ** vel **Ιεορ**. Eo nomine in V. T. flumen Nilum designari videmus, Gen. xli. 1. Ex. i. 22., et **αβη**. Ægypti fluvium **ΙΑΡΟ**, Iaro, dicunt. Et quia Nilus unicus et solus est in Ægypto fluvius, antiquissimis temporibus aliud quam fluvii, **ΙΑΡΟ**, nomen non habuisse videtur. Succedente ævo, cum Ægypti aliorum insinuum fluviorum notitiam acquisivissent, ad fluvium suum ab aliis distinguerent, Nilii nomen eidem imposere. V. Panth. Æg. iv. 1.

* **Ιβουδ**, Pedicularis, herba. Append. Dioscor. iv. 156. [p. 473.]

